3 †illud procedere in literis impetratis ad lites; & sic super literis impetratis de iustitia. iste hic impetrauit literas gratiosas super absolutione. Item dic, q̃ hic malitiosè fecit, quia si dixisset, q̃ pp concubinatum fuerat suspensus, nunquam obtinuisset absolutionem.

ADDITIONES.

a SEB, SAP. ¶Super eo. Limitat istum tex. d. Iaf. in l. 1. circa prin. C. si contra ius, vel vlt. pub. inquantum hic colligitur, q̃ non valent literæ facti seriem nõ continentes, vt non procedat, quando est aliqd elidibile exceptione, vel repetitione, vt ibi per eum. Et vide, quod per istum tex. dixit Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vti publ. refert Fely. in c. postulasti, supra de re iud.

b ¶Non valet. Adde Alex. in consi. 64. 2. lib.

SVMMARIVM.

1 *Clerici concubinarij moniti, non se corrigẽtes, suspenduntur, & deponuntur.*
2 *Clericus constitutus in minoribus, potest licitè matrimonium contrahere.*
3 *Licet, istud verbum, non importat præceptum.*

CAP. VI.

1 Si autem. †Si clerici moniti, non dimittãt cõcubinas, suspẽdũtur a beneficijs; & si se nõ corrigũt, deponuntur hoc dicit. Tria sunt dicta, quæ patẽt. Casus liter. Clerici Ledonien. habebant publicè cõcubinas, quæsiuit eps̃, qualiter procedere deberet o̅ illos. Rñdet Papa, dicẽs, q̃ si in q̃buscũq; ordinibus sint constituti, admoniti secũdo, & tertio, a se nõ demiserint, extunc de cætero nõ admissuri. ecclesijs, vel earum portionib. app. respõdere procuret; officio nihilominus ipsis interdicto. Ber. No. 1. ibi, [Siue inferioribus.] q̃ ẽt constituti in minoribus, coguntur ad continentiam. sed Jo. And. intelligit de beneficiatis. Nam nõ beneficiati, non coguntur cõtinere, si nolunt. Ego miror de hac additione
2 sua ad istum tex. iste nõ loquitur de cõtinentia, sed q̃ non possint habere forniciarias, a quibus abstinere debẽt, nedũ clerici in minoribus, sed etiã laici, vt 5. ti. j. c. vt clericorũ. 32. q. 4. c. nemo. †Fatemur.
3 tamen, q̃ cõstitutus in minoribus, potest o̅here matrimonium, vt de clc. coniu. per totum. Secũdo no. ibi, [Liceat] q̃ eps̃ nõ teneatur deponere clericum cõcubinarium. sed potest alijs remedijs, & mino
a ribus procedere cõtra eum. Illud. n. quod licet, nõ præcipitur. 32. q. 7. c. apostolus, & l. non quicquid, ff. de iudi. & c. cõsuluit, de dele. Et facit istud verbum ad ea, quæ dixi in c. sicut, §. eo. vt sit o̅

Universidad de Deusto
Biblioteca

nutrīūt filios, ita q̄ ipsi ēt audēt diffiteri; & tūc credo, q̄ oīno sit absti-
nēdū ab eis, sine alia monitione. Et hoc ꝑbat iste tex. ī fi. ibi,] Nec
hēt operis euidentiā,] Et mēlius in c. seq. vbi nulla fit mentio de ad-
monitione, & pro hoc gl. ibi no. in ver. ibi [Nō euidentia,] & in ver.
[Celari.] Et sunt ambæ glo. no. & vide 2. q. 1. c. de manifesta. & gl. in
c. Michael, de fil. presby. quæ ponit qualiter probetur, quem esse fi-
lium præsbyteri. Item tex. vī probare de directo in d. c. nullus, & c. p̄
ter. Requirunt. n. illa iura solam euidentiam facti; non autem, q̄ ex-
pectent monitionem a superiore. Item a contrario sensu sequeret,
q̄ nunq̄ fornicatio, vel rarò posset esse notoria. Si verò fornicatio,
nō habet illā operis euidentiam, sed pōt probabiliter tergiuersari;
puta, quia concubina habitat cum mātre clerici, dicit ipsam esse pe
disseq̄ matris, vel quid simile; & tunc ꝑcedit p̄ria opi. vt expectetur
monitio; & eius contemptus; & hanc puto esse mentem iurium.
Non ob. iura prox. alle. nam ibi exigitur monitio, ad aliū effectū, vt
7 multifarie dictum fuit in d. c. sicut. † Circa tertiam q̄ō. nunquid sit
a suspensus[b] ab officio, nec dicas hanc q. esse solutam ex præcedēti-
bus, quia vt dixi in d. c. sicut, respectu aliorum, scilicet audientium,
ista est suspensio indirecta. Nā licet p̄cipiatur vobis, vt non audiatis
Titiū legētē, nō per hoc infertur, q̄ ille sit suspensus a lectura. Et iō
quidā volunt dicere, vt no. Inn. in d. c. celebrat. q̄ fornicatius, ēt no-
torius, nō est directe suspensus a iure; & p hoc inferebant ad solu.
vlt. q. q̄ celebrādo nō efficitur irregularis: quia illam nunquam q̄s
incurrit, nisi in casibus a iure expressis, vt in c. is, qui, de sen. exc. li. 6.
Et mouētur isti, quia canon nō dirigit directe verba suspensiua ad
clericum. & hanc opi. tenuerunt multi, vt dixi in c. sicut; & specifice
Io. de Lig. & d. Card. hic. Sed ego distinguerem. prout. s. dixi in præ
cedenti q. q̄ si habet operis euidentiam indubitaram, est talis suspē
sus directe a canone, & prob. per d. c. præter, vbi dicit tex. ex authori
tate Dei, & beati Petri sibi interdicimus, vt missam nō cantet &c.
Non enim video inter hæc verba dr̄iam. Suspendo te ab officio, &
ista, Interdico tibi officiū. sed per prima verba infligitur suspensio;
adeo q̄ celebrans efficitur irregularis, vt probatur clarissimē ho-
die in c. j. de re iudi. li. 6. & in c. j. de sent. excom. eo. li. Ergo & per ista
sēda verba, quia non refert q̄d per æquipollantia fiat. c. licet ex q̄dā,
de testi. facit l. non possunt, de legi. Ad idem vide tex. 32. dist. ꝑ. verū.
vbi tales appellantur suspensi, seu præcisi ab ecclesia; sic eus autē vbi
cessat talis operis euidentia; Et per hoc soluitur fi. fan celebrando
8 incurrat irregularitatem. † Ad quartā q. nunquid sit suspensus a be
b neficio.[b] Host. & d. Aut. tenuerunt, q̄ non, supra eo. c. sicut, vt ibi
dixi. Sed ego distinguerem modo prædicto; vt vbi detur talis in du-
bitata scientia, sit inflicta suspensio a beneficio; & vī clare probari
in tex. & gl. in d. c. præter. Item facit, quia suspensus ab officio pp
graue crimen, est suspensus per consequens a beneficio, vt notant
Doc. in c. a crapula. 5. titu. 1. vide bonā gl. in clem. cupientes, de pœn
ver. no nouā. Probatur rōne: beneficium est sequela officij: vnde si
nō pōt dicere officiū ex culpa sua; nō debet percipere beneficiū. c.
fi de reser. li. 6. & c. pastoralis, in fi. 5. de appell. Nec ob. iura supra alle
gata, quia loquuntur de suspensione hoīs; & q̄n de facto male ser-
9 uatur, de suspēsione iuris, mādatur, ibi, [Sententia hoīs.] † Quoad
secundum principale, nunquid sit abstinendum a diuinis, seu sacra
mentis aliorum peccatorum, seu in crimine iacētium, & de hoc ali
quid tangunt Doct. hic, & multum confusē, & vide Inno. & Hosti.
in cap. per tuas, de fim. & omnino in c. j. de schis. & aliquid in c.
fraternitatis, de her. Sed p̄cludebreuiter, & clare p̄ rationem. Pri-
mā. n. pp crimen sunt suspensi, siue p̄cisi ab homine, vt excōicati, de-
positi, vel suspēsi ab officio. Quidā aūt sunt præcisi a canone, non a
iudice. Quidā vero iacent in peccato, sed nō reperiuntur præcisi,
nec ab homine, nec a canone. Primo casu dic, q̄ nō est licitū ab eis
recipere aliqua sacra, nec audire diuina; q̄a nō possunt dici tolera-
ti, ex quo iudex istam ꝑ specificam in eos tulit, vt hic, & c. q̄. 3. & 2.
Inn. in c. qualiter, & q̄n. 2. de accus. vbi notabiliter dicit. q̄ semel de-
10 positus a iudice, nō potest amplius dici toleratus. † Posset tn̄ dubita
ri, nunquid sacramentum baptismatis in necessitatib. possit recipi
à talibus. Potius inclinarem in istam affirmatiuā: nam & ab hære
tico licite quis recipit hoc sacrm̄ in necessitate, vide bonū tex. in rō
ne eius, 32. dist. c. præter, d. §. verum. Secundo casu ēt, vt q̄n sunt præ
cisi a canone, distingue; aut factum est occultum, aut notorium: si no
torium, nō licet a talibus percipere sacra, arg. hic, & d. §. verū. Puto, q̄
hoc fallit in sacro baptismatis, & in sacro corporis Christi, vt in ne
cessitate liceat a talibus ista recipere, sicut dr̄ de fornicariis, & si-
moniacis in ordine, vt in d. §. verum: & quare potius permittantur
ista sacra, quàm alia, vide bonam gl. in d. §. verū. Si vero factū est oc-
cultum, sentiunt Doctores hic ꝙ in sacramentis necessariis, nō sit
abstinendū ab eis, sed in voluntariis, licite possumus abstinere; dū-
modo euitetur scandalū. Quinimò debemus abstinere in istis vo-
lūtariis, arg. q. 2. cap. si tn̄ & c. placuit. & vide Inn. in d. c. i. de schism.
& ibi fuit singularis opinio, q̄ talis occultus, quāuis nō habeat exe
cutionē ordinis, nihilominus trāsfert in aliū, ꝓferendo sibi ordinē
pp cōem opinionem, & publicā vtilitatem; sicut in simili dicimus
in l. Barbarius, de offi. prætor. Multi tn̄ in hoc ꝓtra, vt no. in c. nihil,
de elec. & in c. veritatis, de dolo, & ꝓtum. & 1. q. 1. in summa. Et nun
quid excōicatū occultū, quē possem, ꝑbare excōicatū, debeā euita
re, maxime si est prælatus meus, vide no. per Innoc. in d. c. j. per eun
dem in c. cum non ab homine, de sent. excom. Vlt. casu, quando
præcisio non est facta a iudice, vel a canone, sentiunt Doc. hic, q̄
possumus sine scandalo abstinere a sacramentis voluntariis; non ta
men peccamus non abstinendo; quia non sunt suspēsi, quoad nos,
vt in c. fi. infra eo. Et quæ sint sacramēta voluntaria, & quæ neces
saria, vide bo. gl. in c. veniens, de transl. Et utrū ecclesia liget peccata
oīno occulta, seu peccatores delinquentes occulte, dic q̄ sic; vide
gl. no. in clem. 1. de hær. in uer. incurrat, quasi in fi. Sed in hoc casu
d. An. distinguit, q̄ ubi peccatum est notoriū, non est licitū ab eis
audire diuina, uel percipere sacra; quia omne peccatū notorium,
interdicit officiū sine dispensatione, ut in c. fi. de tēp. ord. Adducit
& alias rōnes nō p̄cludētes iudicio meo. unde simpliciter inhæreo
primæ p̄clusioni; & dico tex. esse in c. fi. inf. eo. nam ibi se restringit
ad peccatū fornicationis notoriū, & idē facit tex. in d. c. nullus. Nā
opi. sua esset uera, si dixisset canon: nullus audiat missam illius, quē
indubitanter scit in peccato iacere, & non posset specialiter in
fornicario, ad idē d. §. uerum. Nec ob. c. fi. de tē. ord. ga fatetur, q̄ ip-
se grauiter peccat celebrādo; sed nō alij audiendo, sicut patet in si-
mili, in c. fi. j. eo. Et per hoc habes expeditā mām intrinsecam huius
c. & ad prædicta reduco oēs gl. hic positas, quæ multū generaliter
loquntur sunt, præter gl. in uer. notorii, quæ attingit aliam materiā
extrinsecā ad c. cū qua dicemus aliquid de notorio; saltem pro in-
tellectu terminorū. In gl. in uer. notorii, in fi. de hac mā notoria, no
de satis per Spec. in tit. de noto. crim. & bo. glo. iunct. tex. 2. q. 1. c. ma
nifesta. & c. de manifesta. & per Host. in sum. eo. tit. §. fi. aliquid per
Cy. C. de accu. l. ē. quidē, & ex dictis huius gl. nōn pōt haberi certa
doctrina, nec pp prolixitatem talis materiæ potest legendo facilēr
explicari. Sed pro notitia glo. & terminorum instabimus circa ali-
qua. Primo declarando terminos. Scdo quot hominum scientia re-
quiratur ad inducendum notorium. Tertio, quomodo probetur.
Quarto, utrū exigatur probatio, & procedā plusiue. Ad primū ad-
uertendum, q̄ habemus duo extrema. f. scientiā, & nescientiā. Nō
scire, est prorsus ignorare; ita, q̄ nulla ibi cadat credulitas, ut no-
de iu. & hic. ign. super rub. per Bar. in l. admonēdi, ff. de iureiu. Scien-
c quod no. glin c. 2. de testi. lib. 6. Scientia uero [c] potest haberi duplex.
Primo in his, quæ sunt alicuius artis, seu scientiæ, & in his scire, est
rem per causam cognoscere, ut dicit Philos. & facit l. scire, ff. eo.
de legib. & c. intelligentia, infra de uerb. signific. Habet scdo in-
quæ sunt alicuius facti. Nam dicimur quid scire, oñ ad notitiam
peruenimus per aliquē sensum corporeū, ut putā, scio q̄ habeo ca-
putis in capite. hoc enim scio, q̄a deprehendo per sensum istum.
hæc scientia regulariter in teste. 4. q. 9. c. testes. & l. testiū. C. de test. Ha-
hāc scientiam iudex nō pōt adducere, nisi in actu p̄cinuo, uel q̄n rei
sta est corā eo, tanq̄ coram iudice. In actibus uero transeuntibus,
seu in momētaneis iudex non habet talem scientiā; sed ex uariis ad-
iecturis, & uarijs probationū gradibus adducitur ad credulitatē,
q̄ tenet mediū inter scientiā, & nescientiam. Et ad habendā scientiā
seu istam credulitatem, habemus (ut dixi) multos gradus proba-
nis, & diuersa uocabula. Nā q̄nque factū est occultum, q̄nque
ne occultum, q̄nque publicū, q̄nq; dr̄ manifestū, q̄nque euidēs, fa-
ma, rumor, indiciū, argumētū, suspicio, opinio, credulitas, præsum-
ptio notorium & fi. Occultum proprie dr̄, sicut est, quod probari
nō pōt unde Dei iudicio relinquitur. 32. dist. c. erubescant. idq̄ ad
11 omnia, facit l. duo sunt Titii, ff. de testi. tut. † Pene occultum dr̄ ad
d q̄d probari pōt; sed cum difficultate. unde dicio, pene, diminuit,
[d] sicut dictio, quasi, ut in c. cum dilecta, de ꝓbr. uti. Publicum uero
est nomē generale, & uerificatur in notorio, & q̄nque in fama. Ve
de notoriū potest dici publicum, sicut id, quod constat per fimā,
12 vt est tex. in c. seq. † Et idē quasi de manifesto. Nam manifestū mul-
tipliciter capit in iure. Quādoque manifestum est idē, q̄d notorio
facti permanētis, vt probat. 2. q. 1. c. manifesta, & d. c. de manifesta.
Q̄nq; sumitur pro notorio facti trāseuntis, & nō redeūtis. 3. q. 5. c.
q̄a suspecti. Q̄nq; & proprie est species de p se, differēs a notorio,
& habet se in minus, q̄ notoriū. Nā proprie manifestum est publi-
ca, seu famosa sinuatio, ex certo authore, & ex certis causis proue
niēs. Et differt manifestum a fama, quia fama q̄nque procedit ex
certo authore, q̄nque, ēt est fallax. Non sic manifestum, pōt ha-

ADDITIONES.

a ¶ Nunquid sit suspensus. Tu vide plene de hac qu. Fel. in c. at si clerici, col. pen.
uersi. simplici autem fornicatione, & col. 12. uersi. quæ autem crimina, Ange.
de iud. Et utrū sit pro fornicatione simplici deponendus, vide Ant. Cor. ibi
suis, in uersi. fornicatio, incip. an pro. qui late disputat de hoc qui concludit, q̄ no
pro quo allegat duas glos. singu. primam in c. Maximianus, 81. distin. & Inno-
ram in c. lator, 2. q. 7. quas ad hoc reputauit sing. Io. de Imo. in c. vt clerici. 34.
& honest. cle. q bus idē Ant. Cor. addit socia in c. presbyter, 83. di. & casum ibi
allega. c. presbyter, quod est contra ipsū, in c. at clericorū nu. 9. supra tit. pro-

b SEB. SAP. ¶ A beneficio. Nunquid aūt pp fornicationem clericus sit depo-
dus, vide Fel. in c. at si clerici, in prin. col. pen. ver. q̄ autē crimina, supra de iu-

c SEB. SAPIA. ¶ Scientia vero. vide Alexan. in l. 1. col. 5. ff. si cer. pet. vbi pone
q̄ quandoque ponitur scientia pro uehementi opin. & ibi quando q̄s dice-
tur proprie scire.

d ¶ Dictio. pene, diminuit, sicut dictio, quasi. Adde quod no. in apost. ad istum
dudum, nu. 9. in uersi. ista dictio, pene supra de elec.

ANT. FRAN. ¶ De hac dictione, quomodo ponatur, & an importet diminu
rionem, vide Old. in consi. suo 49. in fi.

bati, sed non ita clarè apud alios, sicut notorium. Fama vero solet
describi, put dr̄ in gl. q̄ est illæsæ dignitatis status, vita, & moribus
cōprobatus. Sed iste describit tm̄ bonam famā, non malā, q̄ tm̄ pōt
habere ad malum, sicut ad bonū. vnde appellat eos famosos la
tro. l. capitalium, §. famosos, ff. de pœ. & in c. ex parte Adæ, de test. vbi
raptores vocāt notabiles. Propterea aūt describēdo famā in gñe suo,
dic, q̄ est cōis locutio ex verisimilibus coniecturis surgens, & dixi
no verisimilibus; q̄a alias proprie non est fama, saltē quo ad iuris
effectū, sed sunt vanæ voces populi; de quo plene p Bar. in l. de mi-
nore, §. tormenta, ff. de q̄st. & glo. & Doc. in c. inquisitionis, & c. cū
oporteat, de accu. Rumor verò in minus se hēt, q̄ fama: vide bo. gl.
iunct. tex. in c. sup eo. de eo, q̄ cog. q̄ang. ux. suæ, & 35. q. 6. c. si duo.
Indicium, ꝓprie est notabile signum alicuius dicti, rei, seu facti, q̄
subijcitur necessitati probandæ; & largo mō argumentū pōt dici
13 indiciū, vt dr̄ in c. forus, de ver. sig. † Nā tot pñt esse indicia, & ita vt
gentia, q̄ inducerent iudicē ad credulitatē, & sufficerent ad ferendā
sniam, ēt in criminali b. l. indicia, C. de rei ven. l. sciant cuncti, C.
de prob. c. afferte, de præsum. & vide, quod dixi in c. tertio loco, de
14 prob. & idem dic de sim. † Sed veniamus ad notorium, qđ sm glo.
est triplex. f. iuris, facti, & præsumptionis. Notorium vero iuris, pōt
sic describi, q̄ est spontanea ꝓfessio, clara, ꝑbatio, iusta, & indubita
ta diffinitio, & irreuocabilis, & clara: dr̄. n. ꝑspontanea ꝓfessio; q̄a ex
spontanea ꝓfessione in iure facta, oriē notorium, vt in isto text. Itē
ex clara, & indubitata, ꝑbatione, ēt oriē notoriū, vt in c. cum olim,
de ver. sig. Item ex diffinitione, seu snia, q̄ non pōt amplius retracta
ri, vt hic, & c. fi. & c. cum inter. de re iud. Nā res iudicata, pro verita-
te accipiē. l. res iudicata, ff. de re iud. & l. ingenuum, de sta. ho. & d. c.
inter. Et dr̄ notorium iuris ex duplici cā, vel q̄a l. iure oritur. l. ex his,
quæ in iudicio fiunt; vel ex eo, q̄a iuris artificio inducīt. Et hoc re-
spectu diligenter aduerte, q̄a notorium q̄d glo. appellat p̄sumptio-
nis, pōt dici notorium iuris. Nam artificio iuris inducīt, & sufficē-
ret facere distinctionem bimēbrē, sicut dēt esse quælibet bona di-
stinctio. Nā quoddam est notorium iuris, quoddā facti. Notoriū
iuris pōt dici duplex. Quoddam oritur ex his quæ aguntur in iudi-
cio. Quoddā vero ex actibus extraiudicialibus, q̄ns vehementer
aliquid p̄sumit, vt in filiatione probāda. Nā ex coniecturis a iure in
ductis, filiatio dr̄ notoria. Et tunc dic, q̄ notorium iuris, seu p̄sum-
ptionis, est iuris euidētia vehemēter præsumpta. Notoriū facti, va-
rio mō diffinit, sed sufficit ponere duas diffinitiones, seu descriptio-
nes. Primo, q̄ est crimē, vel factum, cuius testis populus est, & dissi-
mulationi loc⁹ nō est, vt no. Arch. 2. q. 1. c. de manifesta. & vide bo.
tex. in c. cū dilectus, j. de purg. can. Scdo mō diffinitur, q̄ est clara,
15 & famosa locutio ex euidētia rei surgēs, q̄ terguiuersatione aliqua
celari nō pōt, ꝑbat in c. seq. & in c. euidētia, de acc. Et hoc notoriū
facti est triplex. Nā quoddā est notoriū facti permanētis, vt q̄ pala
tium dñorum sit in platea; & hoc proprie debet dici notoriū, qua-
sires nota omnibus volentibus inspicere, pro hoc auth. q. semel,
C. q̄uo, & q̄n iud. & d. c. euidētia. Vñ dicit tex. in d. auth. q̄ vox p̄co-
nis, q̄a est trāsitoria, non transit in notoriū, q̄a paucis innotescit;
sed edicta sic, q̄a habēt actū p̄manētē. Scdm est notoriū facti tran
seūtis, & nō redeūtis, vt si in ꝑspectu populi aliq̄s fuit occisus. Nam
pōt dici notoriū tūc, nō aūt q̄ si notoriū nūc, & sic intelligo, q̄d dixi
de voce p̄conis. Tertiū est notoriū facti iterpollati. Exēplū 1 eo, q̄
est paratus semp ad mutuandum sub vsūris. Nā nō semp mutuat,
sed interpollatim, licet possit dici habere actū p̄tinuū respectu apti
tudinis, sed nō actus: & hæc sufficiant quoad primū. Habes. n. ex p̄-
dictis terminos declaratos, & ex quibus iudex adducitur, q̄nq; ad
16 ¶ Venio ad 2m. f. quot hominum scientia requiritur ad inducendū
notoriū facti. & in hoc varia dūr, vide gl. no. in c. de manifesta, iūct.
tex. 2. q. 1. q̄ dicit sufficere scientiam 10. hominū; sed intelligo illam
gl. prout ibi no. Nam oporteat, q̄ detur scientia totius viciniæ, uel
maioris partis, ita q̄ nō sint min⁹ 10. vnde in loco, vbi sunt nō 10. p
sone, nō pōt oriri notorium. Et q̄ sufficiat scientia viciniæ, & q̄ nō
requiratur scientia totius populi, vide bo. tex. in d. c. cum dilectus, de
purga. cano. dicit tn̄ hic Cal. & bn̄. q̄ discretus iudex, ex varijs circū
stantijs, & qualitate actus, loci, & temporis, arbitratur factum esse
notorium, vel nō. Et cōiter dr̄, q̄ ex tribus causātur notoriū, ex ho
minum scientia; & loci, & tpis qualitate; Nā oportet, q̄ non fiat de
nocte, neq; in loco secreto, nec paucis scientibus; sed q̄ in publico,
& patenti loco. Item de die, ne homines de facili decipiantur. Item
q̄ in plēnia plurimorum, vt prædixi: sed vt dixi, discretus iudex ha-
17 bebit oīa pertscrutari diligenter. nā ēt de nocte ita possent adhiberi
lumina vt possit haberi īdubitata scientia act⁹, & idē die de si. † Ad
tertiū q̄o probe notoriū, dico, q̄ duo testes sufficiūt, sicut ad cān
dū notorium: sufficiunt tn̄ duo ad ipsum, ꝑbādū; q̄a in ore duo-
rum, vel trium, stat omne verbum, de quo uide gl. in c. Deus omni
18 potens. §. q̄n; 2. q. 1. et quod no. glos. in l. 3. ff. de testi. † Circa quartum
a videlicet nunquid in notorio requirat ordo iuris, [a] dic p̄clusiue, q̄
in notorio p̄sumpto, vt q̄a agit de ꝓsanguinitate, ꝑbanda, seruat
ordo iuris: sed ibi est spāle; quia ex probabilibus coniecturis proba
tur factum notorium. In notorio verò facti, non requiritur us-
que aque ordo iuris; sed cōmuniter dicitur, q̄ regatur citatio.
Item snia, vt in c. ad nostram, de iureiu. & in c. de manifesta, 2. q. j. Et
possit in hoc multa allegari pro, & ꝙ, sed vide, quod dixi de citatio
ne in c. cum olim, de re iu. vbi cunq;. n. factum est ita notorium, q̄
certum est absenti nullam defensionem cōpetere. tunc non est ne
cessaria citatio; quia illa fit, vt se defendat, & sic intellige tex. in d. c.
cum olim, & l. 2. ff. de admi. re. ad ciui. perti. & c. venerabilē, de elec.
Q̄nq; pōt competere aliqua defensio, q̄d est quasi regulare, & tūc
requiritur citatio; alias non valebit snia, & ita intelligo tex. in c. fin.
iuncto c. j. de offi. dele. li. 6. & in clem. pastoralis, de re iu. De snia ve-
ro dicit hic Cal. q̄ requiritur; sed nō cum solemnitate solita. & sic
intellige Inno. in c. ex parte, de uerbo. sig. Et q̄ requiratur aliqualis
b snia, [b] uī tex. in l. si confessus, ff. de cust. & exhi. re. & 2. q. j. ca. nos in
quemquam. litis vero contestatio, & alius ordo iudiciarius, solem-
nitatem respiciens, necessario nō est obseruandus, p quo uide bo.
19 tex. in cle. pastoralis, de re iu. Ad ultimum, nunquid requiratur pro-
batio, dic, q̄ in notorijs facti pmanētis, nulla ꝑbatio requrīt, ut in c.
seq. & ī c. euidētia, de acc. In notorio iuris requrīt, ꝑbatio, si negaret
vt si nego snīam latam ꝙ me, debet, ꝑbari plene, ut in c. sicut, de re
iudic. Idem dic in notorio p̄sumpto, vt in c. per tuas, de prob. ī no-
torio facti interpolati, requirīt probatio; licet non multū plenē, ut
in c. in dioecesi, de usu. in notorio facti transeuntis, requiritur pro-
batio plena. & est ualde utile, q̄ index a principio declaret factum
esse notorium. de quo uide tex. cum gl. in uer. declarato, in d. cle. pa
storalis. Et hæc sufficiant ꝙ cursō lectionis, nam plenissime potest
materia examinari, & uideri in locis s. alleg.

ADDITIONES.

a ZACH. ¶ Ordo iuris. Adde quod no. in apost. ad istum, in c. accepta. nu. 6. in
apost. in ver. defensionem non competere. infra de restit. spol.

SEB. SAP. ¶ Ordo iuris. Vide Bal. in c. ad nostram. il. 3. supra de iureiu. vbi di-
cit, q̄ in notorijs, ordo est, ordinem non seruare, & nunquid possit manda-
pœnam imponi in crimine notorio, sine condemnatione, tradit And. Sicu. in
c. euidentia, in fi. infra de accus. vbi aliquid in materia notorij.

b ZACHARIAS. ¶ Requiratur sententia. Adde quod no. in apo. ad istum in
c. quoniam. nu. 3. in ver. constat iudici, infra de fil. presb. & in c. licet Heli. nu.
18. in apost. in ver. requiritur probatio, infra de simo.

SVMMARIVM.

1 *Crimen, quod transiuit in notorium, non indiget, neque teste, neque accusato-
re.* 3.
2 *Publicum potest dici illud, quod est notorium, vel famosum.*
4 *Notorium, non redditur dubium, si negetur.*
5 *Infamati ifamia generāte scādalū, debēt purgari; alias habētur ꝓ cōuictis.* 6.
7 *Concubinatus ex quibus probetur.*

CAP. VIII.

1 **Tua nos.** †Si fornicatio clerici, est ita publica, quod tran
sit in notorium, nec accusator, nec testis necessarius est; sed si est publica per solam famam, non sufficiunt ad p̄dē
nationem, sola testimonia. i. testium dicta non iuratorum; sed si ex
hoc oriatur scandalum, inducitur purgatio, in qua deficiens, cano
nice punitur. h. d. cōis diuisio. Secunda ibi, nos. Casus literalis. Qui-
dam clerici publice habebant concubinas; q̄ns interrogabātur ab
eꝙ suo, negabant se concubinarios esse; & ꝙ eos nō apparebat ac
cusator; quærebatur, vtrum credendum sit testimonio bonorum
uirorum, inter quos huiusmodi clerici cōuersantur. Rñdet Papa,
q̄ si crimen eorum ita publicum est, ut merito dici possit noto-
rium; tunc nec testes, nec accusator necessarij sunt, cū inficiari nō
possint. Si uero publicum est, nō ex euidentia, sed fama; tunc talia
testimonia non sufficerēt ad condemnationem alicuius; quia testi
bus, nō testimonijs est iudicādū; sed si de illis talis habeat suspitio,
q̄ scādalū generēt; illis est purgatio īdicēda; q̄ si pōtare noluerint,
2 vel defecerint præstando, canonice puniantur. B. † Primo no. q̄ pu
blicum potest se habere ad notoriū, & ad famā. Nā q̄nq; dr̄ publi-
cum id, q̄d est notorium, q̄nq; id, q̄d est famosum, ut hic optime, p
batur. Et no. diligēter in hoc istum tex. pp interpretationes facien-
3 das in statutis, & in alijs dispositionibus, ut dixi s. c. prox. † No. scdo
tex. apertum, q̄ ꝙcubinatus pōt esse notorius, ex euidentia rei, sine
aliqua monitione p̄cedente; & pōt iudex p̄cedere ad pœnam impo
4 nendā, sine accusatione, & sine teste. † Tertio no. hic limitationē
a ad id, q̄d dr̄, per negationem rem effici dubia[a] 13. C. quibus ad li. p
cla. non licet. Nā non procedit illud in notorio facti permanētis,
& facit, quod no. in l. post rem iu. ff. de trans. & bon. tex. in c. sup eo.
5 de test. cog. † Quarto no. q̄ ex qualibet p̄sumptione, seu suspitione
orta ꝙ aliquem, pōt indici purgatio; sed dēt esse talis, q̄ generet scā-
dalum, & non memini alibi ita bo. tex. Nā multa iura, uidentur in-
nuere contrarium, ut in c. ex parte, de offic. or. & in c. inter, de pur.
cano. ui. bo. tex. 2. q. 5. c. oīb. Sed dic, ut plene de hoc dixi in c. quali-
6 ter, & q̄n. de accus. sed tene mēti istum tex. ad p̄dicta. † Quinto no.
istum tex. in alio ualde singulariter, q̄ quēadmodū deficiēs in pur-
gatione punitur, ut conuictus, ita ꝙtumax in purgatione assumēda,
vt patet ibi, [Noluerint, uel defecerint &c.] Nam alibi sunt opi.
ut no. in c. excōicatus, de hær. & ī c. iter dilectos, & c. pe. de pur. can.
plene tāgo, in c. ueritatis, de dolo, & ꝙt. facit q̄d le. & no. 3. q. 9. c. de
cernimus. Et pōt ēt hic sumi bona practica procedendi ꝙ clericos
suspectos

ADDITIO.

a SEB. SAP. ¶ Dubiam. Quando per negationem res efficiatur dubia vide Fel.
in c. coram, col. 3. uersi. vtrum per negationem. sup. de offic. deleg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suspectos cum crimina probari non possunt. Vlt. ex fi. no. iudicem posse punire clericum ꝯcubinariũ absq; eo, ꝙ ipsum admonuerit;
7 licet gratiose possit præmittere monitionem, & sic intelligas c. 5. prox. alle. †In gl. in ver. [Non ex euidentia] no. bene istã glo. & idem no. gl. in c. de manifesta. 2. q. 1. nõ tñ puto simpliciter istã gl. ꝓcedere, sed restringo eã ad tex. qñ tot sunt coniecturæ, ꝙ tergiuersationi locus nõ est. Nã tractat eã publicè vt ꝯcubinã; nec subest aliqua excusatio offuscans pſumptionem iuris; maxime si hẽt filios ex ea. Probant. n. notorie incontinentiã pñã. 82. dist. c. ꝓposuisti, ĩ prin. & vide aliũ bo. tex. q dicit; ꝙ filius est argũ incontinentiæ paternę ambulans sup terrã. 28. di. c. priusquam: secus aũt crederem, vbi posset subesse excusatio, vt puta, ga hẽt matrem in domo, & eã dicit pedissequã mſis. Nã tunc fornicatio nõ est notoria, sed seruabis ꝺ talẽ. c. 1. & 2. 8. eo. In gl. sup ver. [Testimonijs] in fi. Aduerte, ga testimonium põt dici duplex. Primo dictũ testiũ non iuratorum. Nã il li proprie nõ sunt testes, vt in c. tuis. de test. Sed o põt dici dictum. il lius g deponit de auditu alieno; & non de eo, quod ipse comprehẽdit proprio sensu. Iste proprie ẽt non est testis, vt dicit glo. no. in l. 2. §. idem. ff. de aqua plu. arcen. & ꝓbatur hic ſm istum intellectum. Testis. n habet deponere de eo, quod ipse ꝓcepit sensu proprio, vt hic, & in l. testium. C. de test. & 3. q. 9. c. testes & c. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Inter consanguineos, non præsumitur aliqua sinistra suspicio incontinentiæ, dummodo sint bonæ famæ, & conditionis, & nu. 2.*

CAP. IX.

A nobis. Breue est, vnde non summo. Casus literalis. Eps Pistorien, requisiuit a Papa, vtrum licitum esset mulieres habitare cũ clericis, de quibus aliqua suspitio posset esse? Respondet Papa ꝓcipiendo eidem, ꝙ mulieres non ꝑmittat cũ clericis habitare; nisi forte tales sint, cũ quibus naturale fœdus nihil seui criminis suspicari permittat. B. No. ibi, [Mulierculas,] quod mulieres vilis conditionis nuncupantur diminutiuè ad denotandum, ꝙ peccatũ diminuit de anima, & corpore famam, & de alijs
1 corpori adhærentibus, fac. 24. dist. c. vidua. †Secundo nota, ꝙ inter consanguineos non est præsumenda sinistra suspitio incõtinẽtiæ, vt in c. cum in iuuentute, de præsump. Est. n. inter consanguineos
a quoddam naturale fœdus, ꝰapp proximitatem sanguinis. †Vl. nota,
2 ꝙ iura antiqua q̃ permittebant consanguineas habitare cum clericis, nõ sunt correcta p c. 15. eo. Hoc patet; ga hoc emanauit post c. 1. in quo permittitur talis cohabitatio, & intelligo hoc c. prout plene dixi in d. c. 1. Et pondera bene tex. ꝙ in consanguineis nõ requiritur senectus: vnde si alias sunt bonæ famæ, & conditionis, licita videtur cohabitatio, de quo in d. c. 2.

ADDITIO.

a SEB. SAP. ¶Fœdus. Istud expresse dicit tex. in l. eum, qui probabilem, C. de epis. & cler.

SVMMARIVM.

1 *Clericus concubinarius non est vitandus in officiis: nisi crimen sit notorium.*
2 *Clericus suspensus propter notoriã fornicationem, exacta panitentia, an debeat aliter cum eo dispensari, vt licite possit se immiscere circa diuina?*
3 *Clericus notorie criminosus in aliis criminibus citra fornicationem, non est suspensus quòad alios, quamdiu non fuerit ab ecclesia præcisus.*
4 *Clerici notoriè fornicarij, sunt vitandi, etiam ꝙ nulla monitio interuenerit.*
5 *Missa in loco interdicto, hodie licite celebratur, submissa tamen voce, & clausis ianuis.*

CAP. X.

1 **Quæsitum.** †Clericus concubinarius in officis vitãdus non est; nisi sit notorius. h. d. cõis diuisio. Secunda ibi, [Verum.] Casus lit. Clerici aliqui prolapsi sunt in fornicationem, quæsitum fuit a Papa vtrum officium eorum sit audiẽdum. anteq̃ pœniteant? Rñdet Papa, ꝙ licet qlibet suspensus sit, p mortali peccato, quo ad se; quantum ad alios suspensus non est, & ideo non debet in officijs euitari: nisi peccatum illud notoriũ sit, vel per sniam. vel ꝓfessionem in iure factã, vel per euidentiã facti, q̃
2 negari possit. B. † Primo no. ibi, [Priusq̃ pœnituerit.] a ꝺrio sensu, ꝙ clericus suspensus a iure pp notoriam fornicationem, incontinẽti post pœnitentiam recuperat executionẽ officij quoad alios, vt sic alij licite possint eius officium audire, & hoc idem voluit Inn. in ca. sicut, §. eo. An aũt quoad se indigeat dispensatione, ga peccatũ fuit notorium. Inn. in c. sicut. sentit, ꝙ sic, sed aliud sentit in d. c. venerabili de sen. exc. sed dic, vt legi. & no. in c. fi. de rem. ord. Secũ do no. ibi, [Officium] ꝙ non solum missam, sed officium nullum audire debemus a notorio fornicatore. 32. dist. c. præter. Tertio
a no. vnam regulã, ad q̃ semp allegat iste tex. ꝙ, ꝙ peccato mortali, q libet est suspensus, quoad se, & dr esse suspensus, ga non dẽt cum peccato exequi aliquem ordinem, & maxime attingere sacrm Eucharistiæ. Quid autẽ de existenti in peccato veniali, vide gl. & Arc. 6. di. c. sacrm. quod no. Quarto no. ꝙ notorius fornicator, est suspẽ
b sus. quoad se, & quoad alios. b & no. ꝙ tex. vtitur verbo, suspensus; nec ergo ipse licitè celebrat, nec alij cũ licite audiũt. Quinto not.
3 ibi, [Nisi peccatum huiusmodi,] † ꝙ pro alio peccato notorio, regulariter clericus nõ est suspẽsus, quoad alios. Nã cum §. dixisset respectu suspensionis, ꝓpriæ de quolibet peccato; nunc verò cum tractauit de suspẽsione, quoad alios, restrinxit se ad peccatum fornicationis, vt patet hic, ibi, [huiusmodi.] regulariter ergo a clerico notoriè criminoso non est necesse recedere, quamdiu ab ecclesia ꝑciius nõ fuerit, vide gl. 15. q. 2. c. fi. & in c. cum non liceat. de ꝑsc. & c. nõne. 8. q. 4. ꝓbatur in c. ꝑter. 22. dist. arguẽdo p locũ a speciali. † Vl-
4 timo no. tres modos, q̃bus ẽt ꝰcubinatus põt effici notorius. t. per sniam; p ꝓfessionẽ, & p euidẽtiã rei, q̃ tergiuersatione aliqua celari nõ põt; & ꝓbat ille tex. in fi. apertissime sniam, g̃ tenuit in c. uestra, §. e. Et ad cuitãdum tales cõcubinarios nõ req̃rit admonitio; dummodo res sit ita euidẽs, ꝙ nulla tergiuersatione possit celari. Nam si req̃reret admonitio, ibi interueniret actus iudicialis; & sic, ꝓprie notoriũ nõ oriret ex euidẽtia rei, sed potius ex pſumptione, quia noluit parere monitioni; & sic potius esset quoddã notorium iuris, quam facti, quia iuris artificio esset inductum. Et pondera, quia text. iste nullam facit mentionem, quoad casum nostrum de notorio, quod oriꝝ ex probatione clara, & iuridica; cũ tñ ex eadducatur, ẽt notoriũ, qñ nihil põt opponi*ꝺ* talem probationẽ, vt puta, quia conclusum est in cã, vt in c. cum olim. de ver. sig. & no. Domi. de Ro. dec. 203. & forte ideo, quia sic non oritur indubita
5 ta fornicatio, & expectanda est sententia, quæ de proximo ferenda est. †In gl. 1. ibi. in aliquo loco possunt celebrare, supple, alta, & clara voce, sed submissa voce & clausis ianuis hodie licite celebratur in loco interdicto, de quo dic, vtꝫ in c. fi. de sen. exc. li. 6. In gl. fin. ibi. [Non debet in officijs euitari.] Intellige hoc, vt plene dixi in ea. uestra, §. eod. Abb.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. ¶Pro peccato. Vide Abb. supra co. c. uestra, col. 3. ver. ad primum, & ibi quare non debet exequi officium.
b ZACH. ¶Quoad se, & quoad alios. Tu vide de hoc dicto, s. vtrum notorie fornicarius clericus suspensus, & per consequens deponendus, vide quod dixi ad apostillam istum. in c. uestra, nu. 7. in ver. nunquid sit suspensus, sup. eo.

De clericis coniugatis. Rubrica.

Supra visum est de clericorum, & mulierum cohabitatione illicita: restat videre merito de eorũ cohabitatione licita. Vel sic, ga quandoq; clerici habitant cum mulieribus sine figura matrimonij; quandoq; vero vel ꝰcto matrimonio; ideo cum in præcedenti rubrica, fuerit visum de prima cohabitatione, & an & qñ sit licita; merito subijcitur de secunda: & maxime quia poterat dubitari, quid clerici coniugati possint tenere beneficia, & gaudere priuilegio clericali. Sed opponitur ꝺ rubricam de supersiluitate. Nam habemus hunc tractatum expeditum in quarto lib. in ti. qui cleri. vel vo. ma. ꝺ. pos. Sol. ſm Io. An. ꝙ ibi principaliter tractatur de validitate matrimonij per clericum ꝰcti; hic vero principaliter tractatur, vtrum clerici coniugati possint tenere beneficia, vel non. Item an gaudeãt priuilegio clericali; & an teneantur deferre tonsuram; & incidenter tractatur de validitate matrimonij. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum a clericis in minoribus ordinibus constitutis, nec, & ipſi dimittunt beneficia ipso iure. 4.*
Si vero fuerint in sacris, matrimonium non tenet.
2 *Ordines sacri, dicuntur à subdiaconatu supra per excellentiam, alij etiã sint sacri, sed non illo modo.*
3 *Insta, isla dictio quid importet.*
4 *Statutum puniens delictum commissum intra 10. an. an comprehendatur, qui est in 10. anno?*
5 *Vxoris appellatione continetur illa, cum qua est facta copula carnalis, & illa etiam quæ per verba de futuro est desponsata.*
Clericus, qui accepit vxorem per verba de futuro, non perdit ipso facto beneficia, si per verba de præsenti, sic.
Beneficium primum tunc vacat per adeptionem secundi, quando ad secundum beneficiatus est plene translatus.
6 *Clericus, qui accepit sponsam per verba de præsenti, si ante carnalem copulã sponsa ingrediatur monasterium, adhuc non recuperat beneficia.*
7 *Clericus cõstitutus in sacris cõrabẽs matrimonij, ipso facto, ꝑdit beneficia.*

CAP. I.

1 **Si quis clericorum.** †Matrimoniũ ꝰcto ꝑ clericum existentem in sacris, non tenet; secus in minoribus; sed tñc eo gitꝫ dimittere beneficium. h. d. duo sunt dicta. ſm ibi, [Sed si.] Casus literalis. Dr hic, ꝙ si aliquis ℣. sacros ordines, vxorẽ ceperit, ad ecclesiasticã beneficia dimittenda; & ad vxorem retinendam compellãt. Si vero in sacris ordinibus ꝰstituti acceperint vxorem, eã dimittant, & pœnitentiã agant. Quod si facere noluerint, per sententiam suspensionis, & excõicationis compellant. Primo no. ꝙ sacer ordo impedit, & dirimit matrimonium ꝰhendum. Idẽ facit professio facta tacite, vel expresse in aliqua de religionibus ap-
2 probatis; & vtrũq; ꝓbatur clare in c. 1. de voto, li. 6. † Et no. ꝙ sacri ordines dãr subdiaconatus, & superiores, olim tñ subdiaconatus in primitiua ecclesia non erat sacer ordo; sed postea per ꝰstitutionem idẽ fuit statutum in eo, qd̃ in diaconatu, vt in c. miramur, de ser. non or. & c. a multis, de æta. & qual. & dr isti sacri ordines per excellentiam. Nã o ẽs ordines sunt sacri, vt no. gl. 32. dist. in fin. sed isti dicuntur sacri; quia magis participant de sacro corporis Christi, & transferunt ordinatos in sortem dñi, vt non liceat amplius
3 retrocedere, vt in c. cum ex eo, de elec. li. 6. Secundo nota ꝙ dictio infra

a ſ. a qñque excludit. vnde dr̃ gs. ſ. subdiaconatum, qñ adhuc non est promotus ad subdiaconatum. Et ex hoc posset argui ad statuta pu nientia certa delicta cõmissa. ſ. 30. annos, vt nõ comprehẽdat eos, q̃ sunt in 30. an. cũ statutũ sit pœnale & restringendum. Putarem tamen contrarium de propria significatione vocabuli; sed largo modo, ꝓt sumi mõ ꝑdicto, vt hic; & hęc larga ĩterpretatio est faciẽda ad pœnã euitãdã, g̃a fauores debent ampliari, & odia restringi, vt in regodia. de reg. iu. lib. 6. l. cũ qdã. ff. de lib. & posth. Tertio no. quẽ compelli ad agẽdũ pœnitẽtiã. Nã quemadmodũ peccatũ est publicũ, ita & pœnitẽtia dẽt esse publica. ad hoc c. 1. de spon. & vide quod
4 no. 26. q. 6. c. fi. vbi de mã. † In gl. 1. ibi, [Vacare intelligitur ipso iure, nõ. bene gl. ꝙ per ꝰctũ matrimonij, vacãt ipso iure beneficia clerici ꝰiugati, non ergo est opus renũciatione, vel priuatione; sed de fa
5 cto spoliabũtur. † Et circa hoc aduerte: Nã tex. iste, & similes, loquũ
b tur de ducentibus vxorem: & quia appellatione vxoris, b qñque ve nit desponsata, & tradũcta in domum, cũ qua est matrimonium ꝙ summatũ. 27. q. 2. c. genuit. Probatur ex verbis euangelij: Non licet hoĩ dimittere vxorẽ suã, quacũq; ex cã, excepta cã fornicationis, & tñ licitũ est dimittere p ingressum religionis; matrimonio non ꝺsummato. c. ex publico, de quer. ꝰiug. sed vxor nũcupatur ibi illa, cũ qua matrimoniũ est ꝓsummatũ, vt dicit text. in d. c. ex publico. Qñq; appellatur vxor ea, cũ qua matrimoniũ est ꝰctũ, intercedente tñ tantum ꝓsensu de pñti, vt in c. cũ initiatur. 27. q. 2. & c. fin. de spõ. duor. qñq; spõsa de futuro, venit appellatione uxoris, vt l. non sane. C. de bo. q̃ lib. & facit, qđ no. gl. in c. & si Christus de iureiur. in ver. nõ admittar. lõ dubitatur, qualiter appelletur vxor in materia no-
c stra, vt sic vacẽt beneficia ipso facto. c Io. And. & cõiter Doct. dicũt, ꝙ per ꝰctũ sponsaliorũ de futuro nõ vacãt beneficia. ipso facto, ar. l. ea q̃. ff. ad mun. vbi dr̃, ꝙ ea, q̃ tñ ꝛxit sponsalia de futuro, nõ mutauit domiciliũ. Itẽ qui ẽadmodũ p adeptionẽ secũdi beneficij non vacat primũ; nisi sit q̃s plene translatus ad ſm, vt in c. cũ in cunctis, de elc. & in c. cõmissa, eo. tit. li. 6. ita nec p ꝰctũ ſponsaliorum; cũ ad huc nõ sit plene translatus; & idẽ tenẽt do. de Ro. dec. 211. Itẽ, ꝓprie spõsa, nõ est vxor, sed ꝓmissa, vñ dr̃ a spõdeo spõdes, vt no. sup ru. de spon. & facit 30. q. 5. c. nostrates. Per ꝰctũ vero matrimonij per verba de pñti, vacãt ipso facto, ẽt copula nõ interueniente; ga exercuit actũ omnino ꝓriũ clericatui, & illa verè vxor est; nec dẽt hr̃e vxorẽ carnalẽ, & spiritualẽ. vr. n. p actũ ꝰriũ renunciasse beneficio, & habere illud pro derelicto, ꝙ ea, c ex transmissa. de renun. & c. cũ renũ-
6 ciat. 22. q. 1. † Sed dubitatur, q̃d si sponsa de ꝑsenti intrauit monasteriũ, anteq̃ esset cognita? Tenẽt Doc. ꝙ beneficiũ nõ recuperat clericus; qa semel vacauit per ꝰctum matrimonij, & bene loquitur. opus. n. est noua collatione. Nã ius semel extinctũ, amplius nõ reuiuiscit; licet cesset causa extinguẽs. 7. q. 1. c. q̃ periculosum. de cõsec. dist. 4. c. quæris. In ea. gl. ibi, [Et hodie nõ tenet.] dic vt ibi no. gl. Nã ibi possunt illa iura intelligi, vt habeat aliq̃d ab ecclesia in stipẽdiũ, nõ in titulũ; & sic ẽt possent hodie seruari illa iura, vbi ꝰiugati essent valde pauperes, & bonę ꝺitionis. † In gl. fi. ibi, [Priuãdi sunt
7 beneficijs.] Pondera bene gl. sentit. n. ꝙ si ꝰstitutus in sacris de facto ꝰhit matrimoniũ, priuãdus est pp delictũ, beneficijs suis. Et sentit, ꝙ opus est priuatione. ſ. per sniam; & sic ꝙ nõ vacãt ipso iure, sicut ꝙ tenuit matrimoniũ. Io. And. tenet, ꝙ ipso iure vacãt. ne isti sint meliores ꝺitionis; q̃ illicite ꝰxerũt, g̃ hi, q̃ licite. c. eũ q. de præb. li. 6. & c. nuper, de biga. Sed ipsemet Io. And. aliud sentit in c. Io. ſ. cod. vbi latius attingit hunc articulũ. ibi. n. licet p multa verba cõcludit
tria. Qñq; n. matrimoniũ nõ tenet ex defectu ꝙsensus, vt qa cleri ceus erat furiosus, & beneficia non vacãt, & hoc clarissimũ, qa non peccãt. Qñq; non tenuit ex defectu ætatis spõsæ. vel spõsi; & idẽ, qa ista sunt potius spõsalia de futuro. cap. i. de spõ. li. 6. Qñq; matrimonium nõ tenuit pp ordinẽ sacrum; & hoc casu dicit, ꝙ est priuandus beneficijs suis per sniam, nisi cum eo dispẽsetur; & põt ſm eũ eps dispensare, arg. c. sanè, 2. ſ. eo. Nisi ꝛxisset de facto bigamiam, vt
in c. nuper. de big. & sic ibi tenet opi. huius glo. & adde no. per Bar. d Brix. in q. q̃ incipit, clericus q dã; vbi ꝙcluditur, ꝙ si clericus ꝛxisset cum ꝙsanguinea, perdit beneficia; d qa quãtum in eo fuit, matrimonium ꝛxit. tñdet ipsẽ, ꝙ ibi ex alio defectu non tenuit matrimonium. ſ. pp ꝙsanguinitatẽ, unde clericus in minoribus ibi uoluit oĩno mutare uitam; sed in casu nõ, clericus in sacris, non potuit velle mutare uitã. Et ex his elicitur, ꝙ si clericus in minoribus sategit ꝰhere matrimonium, sed non tenuit ex alio defectu extrinseco, perdit beneficia. Et ibi gl. tenuit do. An. hic. ſ. ꝙ ꝰstitutus in sacris non fit priuatus, sed priuãdus. Et mouetur, qa cã priuationis elicitur ex
c. ꝙ a te, & c. diuersis. ſ. eo. qa alias nõ põt deseruire uxori, & beneficios; sed in ꝰstituto in sacris cessãt hæc rõ; cum matrimonium nõ teneat & cõpellatur dimittere uxorem. Ego tenerẽ aliã opi. ꝙ sit priuatus ipso facto, sicut si teneret matrimoniũ. Primo, quia uera rõ perditionis beneficij est tacita renunciatio, seu habitus pro derelicto, ꝙ causatur ex ꝰctu matrimonij. cum elegerit actum oĩno ꝓriũ clericatui; unde quantũ in se fuit, habuit beneficium ꝑ derelicto, ad hoc tex. in d. c. ex transmissã, & qđ no. Inn. in c. 1. de apostа. & d. c.
8 cum renunciãt. Itẽ præsupposito, ꝙ cã ꝺitionis esset illa allegata p d. An. nihilominus dicerẽ adhuc uacare beneficiũ, ipso facto. † Probatur per similẽ; p adeptionẽ scdi beneficij curati, uacat primum ipso facto; qa redditur impotẽs ad seruiciũ utriq;, ut in c. cum sin.

de pb. li. 6. & c. relatum, de cler. nõ resid. cum sim. etenim si qs adipiscitur ſm de facto, uacat primum ipso facto, ut in d. c. cum q. ad idẽ c. quãto, de translat. ꝓla. ubi eps trãsferens se, ꝓprio motu ad alia cathedrã caret habita, & ambita. ita in ꝓposito in odium ipsius, cui uoluit ꝙhere matrimonium carnale, cum no possit, debeat tñ esse ctus surgere ꝙ eũ, ac si matrimoniũ tenuisset. Ex ꝺictis habes, an, & quãdo ex contractu matrimonij clericus perdat beneficia sua. An autem, & quando perdat priuilegium clericale, Io. And. tractat in d. c. Ioannes. & ibi dicitur. Abbas.

ADDITIONES.

a ZACHA. ¶Dictio, infra. Adde, quod no. in apo. ad istum in c. ex parte num. 2. in ver. dictio infra, & ibi de dictione, circa, & citra, & circiter, infra de restit. spoliat.
ANT. FRAN. ¶Quid significet dictio ſ. vide Inn in c. audita, de excep. & plene p Old. cõ. suo 49. & adde ꝙ exponitur qñq; in fra. 1. post. vel sub, vt per d. Car. in pro. cle. in §. nec sane, & per eundẽ in clem. 1. in §. ꝓfatæ, de ſta monae
b SEB. SA. ¶Vxoris. Vide late per Feli. in c. tertio loco, colum. 1. cum seq. supra de præsump. vbi tradit, an maritus lucretur partem dotis vxore mortua lucretur etiam, quando est mortua sponsa? & nunquid proprie appellatione vxoris ueniat sponsa, tradit Iaſ. in l. Gallus, §. instituens, col. 4. ff. de lib. & posthu.
c ¶Ipso facto. Adde eundem fionsil. 74. 2. lib.
ZACH. ¶Adde Phil. Fran. in c. 1. nu. 4. & ibi in apo. Cel. in verſ. sed ipse Ioan. An. eod. tit. lib. 6.
d ¶Perdit beneficia. Adde Rom. consi. 365.

SVMMARIVM.

1 *Coniugatus non promouetur ad aliquos ordines ecclesiasticos, nec ad beneficia, nec Vicarius Episcopi. 2. nisi voluerit castitatem, & vnam tantum vxorem habuerit, intellige hoc de vxore, vt nu. 3. & 4.*
2 *Bigamus, idest ille qui habuit duas vxores, & ille, qui habuit vnam non uirginem, quare non potest ad clericatum promoueri.*

CAP. II.

1 **Sane.** †Cõiugatus ad administrationẽ, & ad ordinẽ ecclesiasticum, uel bñficiũ nõ ꝓmouẽt; nisi castitatẽ ꝓmittat, & nõ sit bigamus. h. d. Primo dictũ, ſcdo exceptio, ibi, [Nisi Casus literalis. Quia ꝰiugati ad ecclesiastica bñficia, ꝓmouebantur ꝑcipit Papa, ne de cætero clericus ꝰiugatus ad bñficia ecclesiastica, vel ad sacros ordines, uel ad aliquã administrationẽ admittat; nisi forte castitatẽ uouerit ꝓpetuã, & q unã tñ, & uirginẽ habuisset in uxorẽ.
2 Ber. † No. primo, ꝙ clericus ꝰiugatus, nedũ bñficia ecclesiastica, sed ẽt administrationẽ ecclesiasticã hr̃e põt. & puto, ꝙ p hoc uerbũ, ad
a administrationẽ, sit hic casus, ut nõ possit esse Vicarius Epi, a qđ tenẽt Doct. in c. i. co. tit. lib. 6. sed per alias rõnes. Dicunt. n. ꝙ cũ clericus ꝰiugatus non gaudeat priuilegio ecclesiastico, nisi in duobus, de quibus ibi, inter q̃ non reperitur ĩstud, non poterit promoueri ad hoc officium. No. ſcdo, qđ qñ clericus uouet ꝓtinentiam expresse; sic non tenẽt solũ ad ꝓtinentiã ex ꝰstitutione ecclesiæ; sed ẽt ex uo
3 to, qđ an sit uerũ generaliter, dicã in c. cum olim. ſ. eo. † Vltimo no. ꝙ ꝰiugatus, qui ꝛxit cum unica, & uirgine, põt promoueri ad ordines; dummodo promittat ꝓtinentiã, & intelligo uxore mortua, uel ꝓsentiente, prout no. in gl. 1. Sed quæro nunq̃d possit promoueri ad ordines minores? & dic ꝙ nõ, ut in c. fi. de tẽp. ord. li. 6. Vnde uerbum, sacros ordines, capitur hic generaliter, ut cõprehendat omnes ordines. Et idem dic de bñficijs, ut indistinctè nullum bñficiũ possit hr̃e in titulum: an autem dispensatiue possit hr̃e dr̃ in c. Ioannes. ſ. eo. In gl. 2. ibi, [Sequestrato mansionis cubiculo] Nunq̃d autem sufficiat separatio quoad lectum tñ; an debeat ꝛparare sequo ad habitationem, dic ut in gl. in c. eps benedictionem. 77. dist. & c. cõio. 31. di. Et gñaliter, an & qñ liceat alteri ꝰiugũ ĩtrare religionẽ,
4 dicetur in c. ex parte, de conuer. coniug. † In glo. fi. ibi, quidam dicunt, ꝙ non potest &c. hanc opinionem tenuerunt Goffi. & Host. qui multum in hoc instant, & probant leges ciiules; dicentes coniugatum non promouendum; nisi habuerit uxorem ex uirginitate non ꝰcubinam, in Auth. quomodo oportet epi. §. i. & in hoc multum instant. Sed opi. gl. nostræ, quæ infra subijcitur, communiter tenetur. & licet Ion. And. hic trãseat recì. d. Host. tamen glo. sua posita in c. unico, eo. tit. lib. 6. tenet cum opin. huius glo. & ibi uide latius. Idem sentit glo. in c. qualiter. 33. quæstio. 5. & in c. innotuit, de elec. optime facit c. tanta, qui fil. sunt leg. Nam fauore matrimonii, fingitur matrimonium a principio fuisse contractum, & sic est conformitas, & unitas inter istos. & multum mouet me in hac
b opin. ꝙ hæc irregularitas sit de iure positiuo, b quod no. in c. 2. de big. Ideo cum sit odiosa, & contrahatur sine delicto. & ex permissione Apostoli. debet fieri stricta interpretatio, no. Innoc. in c. ad audientiam, de homi. Iura ergo, quæ requirunt uirginitatem, tempore contractus, habuerunt respectum ad effectum, ut non dicatur corrupta per alium. unde hæc opin. satis est æqua, & attendenda

ADDITIONES.

a ZACHAR. ¶Non possit esse vicarius Episcopi. Adde, ꝙ potest esse vicarius episcopi habentis iurisdictionem temporalem, vt no. ibi in c. 2. col. 3. ver. quæro. nunquid laicus, & ibi Fel. num. 6. col. 4. ver. fallit primo. supra de iudi.
b ¶De iure positiuo. Adde Pet. de Anch. consi. 133. vbi ponit, an dispensari possit cum illo, qui cognouit uxorem, postquam commisit adulterium.
SEB. SAP. ¶Positiuo. An irregularitas sit de iure diuino, vide Fel. in c. fi. col. 2, ver. extra materiam, supra de maio. & obe. & in c. quæ in eccl. col. 6. ver. 2. conclu. supra de cõstit. vbi tangit, an papa possit dispẽsare in omni irregularitate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

denda est multum loci ꝓsuetudo. † Et si vis scire, quare bigamus,
a vel corruptæ maritus, nō possit promoueri ad clericatum: [a] dic ꝙ clericus dēt esse minister Christi, i. sacramenti. Ideo indecens est illum promoueri, qui patiē aliquem defectum in aliquo sacramēto, sicut patiē ille, qui duxisset carnem suam in plures, vel habuit corruptam. Nā matrimonium est maximum sacramentum in ecclesia, vt in c. vt debitū, de biga. ꝓiunctio carnalis designat conformitatē, q̄ est inter Christum, & ecclesiā militantem p assumptionē carnis humanæ. vñ sicut fuit caro vnica, & pura: ita vnicum debet esse matrimonium, & purum ad hoc, vt Ecclesia rectè illam vnitatē possit ꝓfigurare, & de hoc uide latius in d. c. vt debitum, & p. glo. in c. qua pp. 27. q. 2. Est etiam in matrimonio coniunctio animorum, p quā designatur charitas, seu coniunctio in charitate inter Deum, & fidelem animam. Est ergo matrimonium maximum sacramentum, quia designat illas duas res sacras, de quibus s. dictum est.

ADDITIO.

a ZACHARIAS. ¶ Promoueri ad clericatum. Adde quod no. in apo. ad istā in c. 3. nu. 1. in ver. ordinum executio. infra de big.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in minoribus constituti, contrahentes matrimonium, priuantur bene ficijs; & recuperant, si qua bona dederint ecclesiæ. 2.*
3 *Castè viuere dicitur mulier, quæ transit ad secunda vota; & non perdit relictum sibi factum, cum conditione, si castè vixerit; nisi aliter senserit testator, vel communis vsus loquendi.*
4 *Donans aliqua bona alicui collegio, vel monasterio; si inde postea exierit, an & quo casu recuperet bona illa donata.*
5 *Oblatus alicui monasterio, dando se & sua, in tantum efficitur seruus illius monasterij, vt non possit transire ad strictiorem religionem.*
6 *Monachus fugitiuus, quicquid acquirit, acquirit monasterio, de quo aufugit; & abbas potest ipsum vendicare cum omnibus bonis quæsitis. 7.*
8 *Monachus ingrediens religionem strictiorem, vel factus Episcopus alterius ecclesiæ, recuperat bona patrimonialia in primum monasterium translata, & alteri acquirit.*

CAP III.

5 de Inn. in simili in c. inter dilectos, de excess. præl. † Sed oppo. cõtra tex. de c. extirpandæ, in fi. infra titu. 1. vbi dr, q de fructibus vnius beneficij nõ debet ꝓstitui pẽsio nomine alterius beneficii. Item bñficium nõ debet diuidi, vt in c. maioribus. ſ. de præben. Solut. credo hoc dupliciter posse intelligi. Primo q cum ista ecclesia abundaret redditibus, & careret suffragio ministri; fuit statutum authoritate superioris, vt ibi esset vnum beneficium pro clerico; & assignata fuit pro redditibus pensio 20. soli. & iste intellectus videtur literæ congruere. Et ad contraria dic, q in fraudem non debet constitui talis pensio nomine beneficij; vt puta Episcopus habebat neporẽ in minori ætate, cui non poterat prouidere de ecclesia curata; ipsam contulit alteri sacerdoti, & fere omnes fructus ecclesiæ decre uit assignandos nepoti, nomine beneficij simplicis. hoc enim fieri non posset; & ita loquitur dictum c. extirpãdæ. Sed vbi ex causa licita, & honesta cõstituitur bñficium ex redditibus ecclesiæ; tunc valet talis cõstitutio, vt habes hic tex. apertum, & vide tex. cũ glo. in c. ad audientiam. 2. de rescrip. & facit c. quamuis, de præben. lib. 6. Et intelligo, q remaneat tãtum presbytero, vnde possit honeste viuere, alias secus, argum. c. vacãte, ſ. de præben. & ca. cum causam, eo. titu. Ex hoc habes vnum notabilem modum procedẽdi, vt vnusquisque curatus presbyter habeat clericum in ecclesia sua, iuxta no. in ca. vt quisque de vi. & honesta. cler. Secũdus intellectus potest esse, quod iste clericus fuit ordinatus ad titulum huius ecclesiæ, ad præsentationem rectoris; quo casu debet viuere, si non habet aliunde, ex redditibus illius ecclesiæ, vt in capitu. per tuas. 3. ſ. de simo. debet tñ iste deseruire ecclesiæ, vt hic. An aũt ꝺiudicet succesſori, Rectoris præsentatoris, dic vt not. Ioan. And. in d. ca. per tuas; & ex his ha
6 bes clare intellectum huius c. † Sed quæro, quare Papa non habuit cõsiderationem ad primam exceptionem oppositam per istum presbyterum, dum dicebat, q vix vitæ necessaria poterat percipere ab ecclesia? Sol. dicũt Doc. q hæc exceptio non erat legitima ad excludẽdum alium iure suo. Nam imputãdum est sibi, si acceptauit bñficium tenue; quærat ergo sibi victum aliqua industria. 91. disti. c. clericus victum, & no. hic ad limitatio. lect. p dictarum, vt ꝺsequutus bñficium ex redditibus vnius ecclesiæ, nõ debeat eo priuari, licet ecclesia deuenerit ad eum statum, in quo vix potest procurare proprium Rectorem. Credo tñ, q isto remoto ex aliqua causa, illud bñficium debeat extingui; & ecclesia remanere in sua pristina integritate, argum. hic, in fi. literæ, vbi illo priuato, Papa mandat illud beneficium conferri alteri; sed Rector dimittitur in suo statu priori. In glo. in versicu. [Sufficientia,] not. bñ istam glo. & vide glo.
7 20. q. 1. in c. 1. † In glo. fi. ibi, [Nisi consuetudo &c.] intelligit tamen Hoſt. & communiter Doct. hic, q tunc deseruiant per Vicarium. hoc tñ dictum iure nõ probatur; potest tamen procedere, vbi ecclesia patereturgraue dispendium ex absentia ministrorum; quia tũc succederet c. 1. de consuetu. alias autem secus; dummodo clericus honeste viuat. Nam licet non deseruiat illi ecclesiæ speciali, deseruit tamen ecclesiæ vniuersali. Pro hoc, quod not. Inno. in d. c. cum iamdudum, dico plene in d. c. cum omnes. de constitutio. & limita hanc glo. ſ. prout dixi in c. quia nonnulli, supra eo. & in c. fi. de rescriptis. li. 6. per. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Clericus seruiens Episcopo, recipit fructus beneficij, ac si resideret: distributiones uero quotidianas, non recipit. 2. & idem est, si seruiat aliis prælatis suis. 2.*
4 *Relatiuum quis, vel qui, restringit præcedentia.*

CAP. VII.

1 **De cætero,** †Qui est in seruitio Epi. percipit fructus bñficij, tãquã residẽs, præter distributiones quotidianas. Vel sic, Qui est in seruitio plati, fingit residere, h d. Ponit dictũ, a quo excipit ibi, nisi. Casus literalis. Quidã Eps, qñ ducebat secũ aliquos de canonicis ecclesiæ suæ, alij canonici subtrahebant illis, qui cũ Epo erãt, q ꝺsueuerãt percipere de cõitate. statuit Papa, ne canonicis illis, qui in seruitio Epi fuerint, aliqd subtrahi debeat, vel auferri; nisi forte victualia, q̃ dari absentibus nõ ꝺsueuerũt. Ber.
2 † Primo no. q Eps licite vtit seruitio aliquorũ canonicorũ suorũ; et subtrahẽdo eos ab officio diuino quotidiano; & reputanr isti pẽsentes, respectu cõmoditatis pcipiẽdæ. † Sed qrit, nũqd dispositio huius c. hẽat locũ i ſferioribus platis, citra Epũ? Doc. hic cõiter tenẽt, q sic; qa ista litera loqr gñaliter; nec apparet, cui loquat, & eadẽ rõ vr in oĩbus platis, respectu subditorũ. dixit tñ Hoſt. notabile verbũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̄ Eps pōt ad seruitium suum habere duos canonicos; licet non possit utilitate ecclesię, sed ultra duos habere non pōt; nisi probet uoluntas capituli, uel necessitas, uel utilitas ecclesiæ, arg. c. ad audiētiam, ℣. eo. ti. quod est no. quia aperto iure non probatur, sed optime faciunt in arg. illa litera, & ista, quid autem de alijs clericis, uide quod dicam in d. c. ad audientiam, & uide gl. in c. ga frater. 7. q. 1. & c. quid ergo. 11. q. 4. & c. uos. 16. q. 1. ubi gl. dicunt, Epum posse mittere unum clericum ad certam legationem; & idem alibi dixit gl. de monachis, ut possint mitti ad certā legationē p Epum. 16. q. 1. c. quidā monachi. Sed q̄ritur, quid intendat illa litera, ibi, [De cōitatis sibi beneficio &c.] & in fi. ipsius. Sol. q̄sidera, q̄ in aliquibus ecclesijs collegiatis, sunt prębendæ canonicorū distinctæ, & vltra præbędas fiūt q̄dam distributiones, quæ dātur quotidie intereſſentibus diuinis. q̄nq; p̄sistunt in pecunia, q̄nq; in victualibus. In aliquibus uero ecclesijs ultra alias p̄będas, & distributiones quotidianas, sunt q̄dā redditus cōes, qui in fine anni diuiduntur inter canonicos, & in quibusdā locis appellat mensa grossa. In aliq bus uero non sunt prębendæ distinctæ; sed oēs redditus capiuntur per ministrū capituli, & in fine anni dantur in portiones ſm numerum canonicorū. Fiunt ēt q̄dā distributiones quotidianæ, quæ solū dant inter essentibus diuinis. Intellige ergo istum text. q̄ præter distributiones quotidianas, alij redditus debent assignari, istis, qui sunt in seruitio Epi, ac si resideret; & ideo dicit de cōitatis beneficio, &c. Et qua tenus dixit de uictualibus, habuit respectum ad distributiones quotidianas † per hoc relatiuum, quæ, quod restringit præcedentia, [a] ut
a no. in l. cūctos populos, C. de sum. Tri. & l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & per Cal. in c. fi. ℣. eo. & hodie hæc dicta uidentur approbari per tex. & gl. in c. unico, eo. tit. lib. 6.

ADDITIO.

a ZACHAR. ¶Restringit præcedentia. Limitabis, nisi absurditas resultaret, ita Bar. in l. Iulianus. ff. de hær. instit. & in l. hoc articulo, in pe. col. eo. ti. gl. l. 6iue, de duo. reis. Io. de Imo. plene in l. si pater filio, ff. de vulg. & pupil. & Car. in cle. 1. q. 9. de fo. compet. & omnino in cle. 2. in princ. de ſta. mona.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non residens in beneficio, & citatus non reuertens in termino, priuatur beneficio; nisi habuerit iustam causam non reuertendi; & idem est in alio prælato, vt infra c. proxi. in prin. & in cap. seq. in prin.*
2 *Beneficium non habetur pro derelicto; licet quis se absentauerit per decennium. 3. 6. 8. nisi fuerit intitulatus in alio beneficio. 9.*
4 *Clericus non residens in beneficio, si citatus, vel requisitus non reuertitur, potest de facto spoliari illo beneficio. 7.*
In notorijs non requiritur sententia, nec ordo iuris, vide infra c. prox. num. 6.
5 *Capitulum non potest citare prælatum, nec aliquem ex canonicis, sine licentia superioris.*
9 *Beneficiatus si permittat se super alio beneficio intitulari, priuatur primo beneficio; aliquando ipso iure, aliquando prr sententiam.*

CAP. VIII.

1 **Ex parte.** †Priuandus est prælatus, uel clericus nō residēs, qui citatus nō reuertitur in termino sibi præfixo
a nisi habeat iustum impedimentum. a h. d. cum duobus seq. Cōis diuisio. Secunda, ibi: [Quia igitur. [Casus lit. Decanus cuiusdam ecclesiæ, transtulit se ad partes Gallicanas; & ibi per decem annos morā fecit; ita q̄ non fuit reuersus ad ecclesiam suam. capitulum ipsius ecclesiæ, significauit hoc domino Papæ. Rndet Papa dicens, q̄ non uult, ut ipsa ecclesia, Decani officio defraudetur: mandat capitulo, ut scribāt ei, q̄ ad suam ecclesiā reuertatur, & ibi exerceat officiū Decani; q̄ si uenire noluerit ad terminum sibi datum, dat eis licen-
2 tiam, Decanum alium eligendi. B. † No. primo, q̄ absentans se a beneficio suo; etiam per decēnium, non est priuatus ipso facto, nec ui
3 detur beneficium haberi pro derelicto; quod bene no. † Secundo no. ex hoc, & ex tex. q̄ ista mora decēnalis non est sufficiēs ad priuādum quem beneficio suo: sed oportet, q̄ primo moneatur, ut redeat: potest tū aliter puniri de culpa commissa; ad hoc 7. q. 1. c. si qs
4 in clero, & c. si quis presbyter. † Tertio not. q̄ ad procedendum cō
b tra beneficiatū, [b] rōne non residētiæ, nō est necessaria solennis citatio, nec solēnis priuatio: sed sufficit requisitio, seu reuocatio, & spoliatio de facto; & in hoc est tex. optimus, & facit c. seq. & c. ex tuæ. ℣. eo. ubi mandat illos spoliari, & non priuari. Sonat enim ibi spoliatio in factum, & in quandam iuris executionem. Pro quo facit, qa cum non residentia sit notoria, non est ordo iudicarius in notorio seruandus, nec debet causa ad iudicium deduci, ut dicit tex. not. in d. ca. qñ. de fil. presb. & ita sentiunt Doct. in d. c. ex tuæ. ℣. eo. & clare tenuit Oldr. q̄si. 130. & Gas. de Cald. hic, qui dicit alias sic fuisse in curia determinatum: sed credo, q̄ loquatur de illa determinatione. Quarto not. q̄ prælatus debet ecclesiæ præesse, & prodesse. Debet enim præesse in iudicando. c. irrefragabili, de offic. ord. debet prodesse in prædicando, bñ disponēdo subditos. & bona sibi credi
5 ta. c. qualiter. 2. de accu. † Sed oppo. ℨ text. eo q̄ iste priuatur ex sola monitione capituli, nec fertur hic aliqua sñia priuationis, uel spoliationis. Sol. assumendo dicta Docto. hic, & c. seq. dic. q̄ capitulum non potest proprie citare prælatum, nec aliquem ex canonicis: qa inferior in superiorem, uel par in parem iurisdictionem non habet, ut in c. cū inferior, de maior. & obed. & in c. innotuit, de elec. & l. ille a quo. §. tempestiuum, ff. ad Treb. & uide in proprijs terminis Inno. in c. cum nobis, de elec. & c. 1. de maio. & oded. vide intelligendum, q̄ hic interceſſit authoritas Papæ; sine cuius authoritate nō potuissent isti procedere ad electionem; & sentit Host. hic
6 duos intellectus. † Primus, q̄ Papa præsumpsit ex mora tāti temporis, illū hñe suam dignitatem pro derelicto; & sic non erat necessitatis aliqua priuatio: non tñ intelligas, q̄ hoc liceret inferiori. † Sed o intellige, q̄ Papa istū prius admonuerat per literas suas sub pena priuationis. quilibet intellectus est bonus in se, sed pōt dici, vt præcedit xi, q̄ hoc casu non requiritur expressa sñia priuationis: sed sufficit sola spoliatio quæ fit ipso facto; cum procedant ad nouam electionē, & vocationē factā per capitulū & iō Papa hic approbatur: alias aūt sola vocatio capituli, non sufficeret ad spoliandū absentē per si
8 dicta, & per c. ex tuę. ℣. eo & q̄t ibi no. † In gl. 1. ibi, [quanto cunque
c tpe aliqs sit absens. ℣tene mēti gl. q̄ p absentiā, [c] quanto cumq; longā non perdit quis ipso facto beneficiū suū: vide tñ gl. de consti. 3,
d c. nō oportet, q̄ dicit q̄ si tāto [d] tpe quis fuerit absens, vt neſciatur, an sit mortuus, vel viuus, desinit hñe liberā administrationē. Sed illa gl. iure nō probatur. nec recipitur a Doc. in c. ex tuæ ℣. eo. imo vt ibi tex. in oppositū. Dēt. n. primo citari apud ecclesiā suam, si neſciatur, vbi sit; ideo tene istam gl. & eā limita, prout dixi in d. c. q̄nq̄e de do. & q̄tu. Et no. gl. in alio, in quantum dicit, q̄ si permisit se aliter
9 intitulari, vī ipso facto hñe ecclesiā primā pro derelicta. † Fr adverte, qa gl. nō loquitur de beneficijs curatis, sed indistincte. Nā in beneficijs curatis nō est dubium per c. de multa, de p̄bē. unde Inno. in c. ex tuæ, ℣. eo. dicit hoc procedere in beneficijs simplicibus. residentiā exposcentibus. Ex hoc habes casum notabilē, q̄ per acceptationē sdā simplicis, vacat primū ipso facto. Sed ego ſtelligo in dubio, qñ non p̄stat de p̄ria intentione absentis, q̄ velit vtrumq; retinere. nam tunc erit priuatus ipso facto, sed priuādus per sñiam: quia nullo iure cauetur oppositum; & vide, quod dicā in c. fi. ℣. eo. tit. Et no. eo, quod dicit gl. absentē semper citandum, dicit Goff. hoc procedere, nisi prius habuisset licentiam ad certum tps. Quod Io. Andr. mitat, dumō tunc fuisset monitus ad redeundū; vide circa hoc, q̄ dixi in c. quoniam. §. porro, & seq. vt lite non contest.

ADDITIONES.

a ¶SEB. SAP. ¶Impedimentum. Pondera istum tex. vt per Abb. in c. 1. in vlt. col. infra de celeb. miss.
b SEB. SAP. ¶Contra beneficiatum, vide ad hoc plura per Feli. in c. 2. col. 2. vers. sed pro primo argumento, supra, de referi. vbi alleg. Oldra. consi. 125. incipit. ticuli domini Arnoldi, post princ. quem volait allegare D. Abb. hic.
c SEB. SAP. ¶Per absentiam. vide d. And. Sic. in consi. 11. col. 1. in 1. not. vbi dicit, q̄ si dubitatur de vita clerici vagantis per mundum, beneficium. fimi alteri ꝺferri; & ad hoc inducit tex. in l. libera peculij administratio, ff. de pecu
d ZACHAR. ¶Tanto tpe quis fuerit absens. Adde Fely. post istum in c. porro. col. 8. ver. dum dicit Abb. ℣. vt li. non contest. & Ant. cor. fing. fuis in vagabundus, in c. fi beneficiatus, qui alle. glo. in c. non oportet, il. 2. per illum alleg. fing. ad hoc, quod hic dicitur, illius que opi. adhæreo quicquid dicat Ilde

SVMMARIVM.

1 *Capitulum licet non possit sui prælatū citare: tamen pōt ipsum reuocare, si resideat in ecclesia. vō tamen posset aliū eligere, sine consensu superioris. 2.*
3 *Clericus, vel prælatus non residens; & vocatus non rediens, potest ipso facto beneficio spoliari.*
4 *Clericus non residens, licet reuersus, potest puniri.*
5 *Beneficium, vel ecclesia, quibus modis habentur pro derelictis.*
6 *In notorijs, non requiritur ordo iuris.*

CAP. IX.

Qualiter. Summatum est in præcedenti ca. Secunda ibi, [Discretioni.] Casus lit. Archiepiscopus Ragusinus, ab ecclesia sua recessit iā per quadriennū expectatus; & reuocatus ēt per literas dñi Papæ, nec redire voluit. Mādat Papa cap. Ragusino, vt post mēsem a receptione literarū aliā personam idoneā
1 sibi eligant in pastorem. Ber. † No. primo, q̄ capitulum potest reuocare proprium prælatum absentem; quamuis eum citare, vel in eū animaduertere non possit: quia inferior in superiorem &c. tamen pro eorum interesse possunt eū requirere, vel reuocare, vt veniat ad faciendam residentiam; idem sentiunt Doct. in c. ex tuæ, infra
2 eod. † Secundo no. q̄ capitulum non potest procedere ad nouam electionem, prælato eorum absente, & per eos reuocato: sed opor tet, vt intercedat authoritas superioris, qui possit illum inuitum de
3 stituere. † Tertio no. q̄ ad spoliandum quem ratione non residentiæ; non requiritur nec solennis citatio, nec solennis sententia promonitionis: hic enim Papa sine aliqua priuatione expresse dedit licentiam istis canonicis eligendi alium. Eo enim ipso, q̄ reuocatus sine iusta causa non redit, videtur habere ecclesiam pro derelicta, vt no
4 dicit gloss. 1. huc; & intellige hoc c. de monitione, & de sententia, prout dixi in c. præced. † In glos. 1. ibi, [Imo vltra annum.] Dic, quod nec etiam annum debet abesse sine licentia prælati sui, & sine iusta causa, vt in cap. relatum, supra eod. & absens iniuste, quantumcumque reuersus, potest puniri; secundum quod culpa exposcit, habito etiam respectu ad q̄ritatem moræ; & vide quod legi. & no. quæstio. 1. si quis in clero. facit c. ex tuæ, infra eod. & quod ibi dicam. Et ad hoc c. dic, quod narratur ibi factum, non autē ponitur iuris ministerium, vt debeat expectari per quadriennium: imo ubi dicit tex. & diebus dominicis dēt expresse adhibere presentiā fieri in

1 in ecclesia, de p̄sec. dist. 3. c. epus, & no. illum tex. † Et in fi. gl. no. hāc partem gl. ex qua habes tres modos, quibus ecclesia hr̄ pro derelicta. Primus, cum beneficiatus efficitur miles seculi; & no. bene hūc casum, quia sentit gl. q̄ nulla requiritur monitio, vel priuatio. Sed ego intelligerem ℨ glo. prout dixi in c. fi. de cler. coniug. Doct. tamen in c. ex tuæ. ℣. eo. simpliciter idē sentiunt, quod gl. hic sed vide Inno. in c. 1. de aposta. Secundus modus, qñ ℨxit matrimonium: & hoc
6 plene dictum fuit in c. 1. de cler. coniug. & sic habes duas glo. q̄ per cōtractum matrimonij vacat beneficium ipso facto. † Tertius modus, qñ clericus monitus non redijt, & not. q̄ spoliatio hoc casu pōt fundari super duplici causā. Prima, qa ecclesia hr̄ pro derelicta ab ipso absente, vt dicit hic gl. fcda, rōne notorij; quia cum crimen nō residentiæ sit notorium, pōt prælatus illum spoliare, qa in notorio nō requritur solēnis sñia. Pro quo facit c. ex tuæ, ℣. eo. vbi dr̄, q̄ ab sens dēt spoliari; ergo ecclesia nō hr̄ pro derelicta: alias vacaret, nec posset nudus spo. c. frequens, de resti. spo. li. 6. Aliæ glo. sunt faciles.

SVMMARIVM.

1 *Clericus debet residere in beneficio, vel prębenda; nisi aliud dictet consuetudo. 4.*
2 *Clericus monitus non residens, potest vel per sententiam, vel ipso facta primari suo beneficio, ad libitum iudicis.*
3 *Impedimentum iustum proueniens post iniustam absentiam excusat.*
4 *Clericus se absentando debet requirere licentiam prælati; nisi sit aliqua necessitas, quæ subito occurreret; vel nisi aliud dictet consuetudo.*

CAP. X.

Inter quatuor. Summatur vt in ca. ex parte ℨ. eod. Primo dictum, sēdo exceptio, ibi; [Dumodo.] Casus literalis. Quidam clerici patriarchæ Constantinopolitani, sine licentia ipsius absentabāt se ab ecclesijs suis, sine iusta & necessaria causa, quæsiuit Patriarcha, qualiter cum illis esset agendum. Rndet Papa, q̄ expectet illos congruo tpe, ſm quod ei videbi
1 tur, & nisi redierint ad terminum eis præfixum, possint priuari ecclesijs suis; dummodo non sint iusto impedimento detēti. B. † No. primo, q̄ non solum ecclesia, sed ēt prębenda requirit residentiā. Nam hic ponderatur, q̄ isti deseruerunt ecclesias, vel prębendas. Item mādatur, vt redeāt, patet ibi; [nisi redierint.] Ergo tenetur canonicus residere in ciuitate, vbi est prębēda; nisi ꝺsuetudo habeat oppositum: quæ seruanda est, prout dixi in c. ꝙquerente, ℨ. eod. & c. cum oēs, de const. Secundo no. ibi: [congruo tpe &c.] q̄ vbi scitur in quo loco est absens debet citari, & ꝓgruo tpe expectari, de quo
2 plene. ℣. c. seq. † Tertio no. ibi, [iuste priuari,] q̄ absens, & monitus non rediens, potest priuari beneficio suo. Et not. quia dicit, priuari: vī ergo, q̄ sñia sit ferenda ℨ eum. Sed dic, q̄ verbum, priuari, pōt capi large, vt referatur ad factum iuxta ea, quæ dixi in c. ex parte, ℨ. eo. it. pōt intelligi stricte, & erit in optione superioris, & ꝓi. esset, vt se
3 tatur sñia ℨ absentem. † Vltimo nota ex verb. dummodo, q̄ absens si ne iusta causa, non debet priuari si postea superuenit iustum impedimentum non redeūdi; ēt si absentauerit se sine licentia Prælati, quod est bene no. vt impedimentū superueniens ei, qui dedit operam rei illicitæ, non sit ei imputandum, ℨ l. 2. si quis cau. sed pōt dici, q̄ imputabitur ibi, vt puniatur aliter: nō tñ vt priuetur ecclesia, ex quo pro eo nunc non deficit, quo minus redeat: & dicunt Doctores hoc procedere, ēt si impedimentum accidit post citationē: debet tñ iste se excusare, argum. eorum quæ no. in c. querelam, de
4 pc. † In gl. 1. ibi, [& sic nū est arg. a ℨrio.] No. gl. q̄ ℨquis subsit iustæ, & necessāria causa recedendi ad tps a loco bñficij, nihilominus debet peti licentia a prælato. Dicit tñ Host. q̄ propter necessitatem subito occurrentem, potest se absentare sine licētia prælati, quod dixi in c. relatum. Item dic, vbi hoc habet ꝺsuetudo, vt licentia non exquiratur; & hoc vltimum ponit Inn. in c. seq. quod est valde no. iure tñ aperte non probatur. sed ego argumentar sic: Valet ꝺsuetudo, vt quis non teneatur facere residentiam, iuxta no. in c. ꝙquerente, ℨ. eo: ergo fortius potest induci cōsuetudo, vt ad tempus, & ex causa possit se absentare, & signanter dixi ex causa; quoniam non valeret consuetudo, vt possit vagari, vt dicit Innocen. in c. ex tuæ.

SVMMARIVM.

1 *Clericus si ignoratur, vbi sit, est citandus in ecclesia sua tribus edictis; & si intra sex menses non redierit, priuatur ecclesia sua. 2. & 5. nec sufficeret vnum peremptorium. 4.*
3 *Clericus iniuste absens, debet personaliter citari, si potest fieri: aliàs sufficit in valuis ecclesiæ suæ.*
4 *Citatio trina quotiescunque requiritur contra absentem, vel vt aliquis incurrat pœnam; tunc non sufficit peremptoria.*
5 *Clericus nō residens pōt suspendi, excōicari, & spoliari ad libitū superioris.*
6 *Clericus nō pōt dimittere beneficium ab libitū suū; quia semel so obligauit.*
8 *Excommunicatus clericus, si pertinaciter steterit in excommunicatione, remouetur ab administratione beneficij, & in totum ab eo excluditur, & priuatur: alias suspenditur tantum ſ. ab administratione.*
9 *Archiepiscopus licet possit suos suffraganeos excōicare; tamen non potest eos deponere, nec priuare: quia nullus citra Papam potest hoc facere.*
10 *Clericus vel prælatus non residens, tunc demum citatur trina citatione, & cum ex pectatione sex mensium, quando ignoratur vbi sit, vel adeo longè di*

Ex tuæ deuotionis. †Si neſcitur, vbi sit clericꝰ, tri
1 bus publicis edictis citabitur in ecclesia sua; & si intra sex menses non reuertetur, priuabitur ecclesia sua. h. d. vsque ad ver. ℨ eos, & iste ver. non ſummatur propter varietatem lec. & quia ſm vnum intellectum non facit ad rubricā; & duo sunt dicta. ſm ibi, Casus literalis. Quidam prælati ecclesiarū ſubditi Archiepiscopi Pan. absentauerunt se ab ecclesijs suis; ita q̄ citari non poterant, quæſiuit Archiepiscopus a Papa, qualiter cum illis esset agēdum? Rndet Papa, q̄ edictum trinæ citationis faciat ꝓponi apud ecclesias ipsorum, & si non venerint, & vltra sex menses ecclesias deseruerint, debēt ecclesijs ſpoliari; sed prius procedatur ℨ eos per sententias ſuſpensionis, & excōicationis, vt ad obedientiam ipsius Archiepiscopi redeant; & si eorum malitia sic cōpesci non poterit, Car. apo. sedis legatus, remoueat eos ab administratione suarum ecclesiarum; & ecclesijs illis de personis idoneis faciat prouideri; sed eos no deponat, vt cum eis, si expedierit, misericorditer agi possit. B. † Primo no. ibi [in ecclesijs eorū,] q̄ sñ clericus absens, est citandus, debet citatio affigi valuis ecclesiæ suæ; de quo vide q̄ leg. & no. in c. cām, & c. fi. dedol. & contu. Sed o no. ibi, fraudulenter, q̄ contra absentem fraudulenter, potest procedi etiam ad ea, quæ sunt grauis præiudicij, ex sola citatione domi facta. De quo
3 per Inn. in c. fin. de eo qui mit. in pos. & in d. c. causam. † Tertio not. ibi, [nec ad ipsos valet citatio, & c.] quantumcunque clericus sit absens iniuste; si potest personaliter citari, nō debet citari per edictū.
4 † Quarto no. ibi: [Trinæ citationis,] q̄ absens si neſcitur, vbi est, dēt citari tribus edictis. Et dicit hic Io. And. q̄ non sufficeret vnum peremptorium, [a] & idem tenet in addi. Spec. eo. tit. ſuper Rub. Et item per allegatur hoc dictum, q̄ vbi ius requirit trinam citationem per edictum contra absentem, non sufficit vna peremptoria. Nam facilius potest peruenire ad notitiam absentis, quando edictum fuit triplicatum, q̄ qñ fuit vnum; licet peremptorium, quod maſe ſernatur. Et vide, gl. no. in clem. 1. de vi. & hon. cle. in verſicu. 3. quæ etiam sing. vult, q̄ vbi ad pœnam incurrendam requirit dispositio, trinā citationem; non sufficit vna peremptoria, licet personalis. Quod no. pro limitatione l. cōtumacia. ff. de re iud. & c. de illicita. 24. q. 3. Nam regulariter æquiparantur tres distinctæ citationes, & vnica peremptoria cum competentibus interuallis, vt leg. & no. in c. constitutionem, de sent. excom. lib. 6. † Quinto no. ibi, [Vltra sex menſes,]
5 tex. no. & ferè singularem in materia, q̄ vbicūq; neſcitur, vbi sit absens clericus, debet post citationem per sex menses expectari. Præſumptio enim iuris est, vt intra hoc tps, citatio ꝓducatur ad notitiam suam. Sexto no. ibi: [Spoliari,] q̄ ℨ absentē nō requiritur solēnis citatio priuatiua, dixi latius. ℨ. eo. ex parte. † Septimo not. in ver. [Contra eos] & tene menti text. q̄ absens pōt compelli ad redeundum per excōicationem, & ſuſpēſionē. Licet. n. pœna ordinaria nō residētiæ sit priuatio beneficij; vt ℨ. per totū ti. tñ prælatus nō potest priuare incontinēti, sed incipere a ſuſpēſione, vel excōicatione, & hoc probo ratione. Nā bñficiatus nō pōt ꝓ libito dimittere bñficiū suū, ex quo semel ille se obligauit, in c. nisi, de renū. & c. quod in dubijs, & c. admonet. vñ si iste nō vellet residere in bñficio, non haberet, vbi absentaret, vt sic eo priuetur. si ergo ſuperior ꝓtētatur de pſona sua, quia est vtilis ecclesiæ, nō priuabit eū, sed cōpellet eū ad re
6 sidēdū: & vide text. no. 21. q. 2. c. placuit. qui dicit, q̄ potest ſuperior istius clerici, petere restitutionē ab eo Epo, cuius dioœcesim intrauit, & eum habitum poterit punire de absentia aliter, q̄ priuare; & sic tēpera oīa iura huius tituli. † Octauo no. q̄ excommunicatus remouetur ab administratione ſpiritualiū. Ex quo infertur, q̄ excōicatus non desinit habere administrationem ecclesiæ suę. Contra qd opponit de c. veritatis, de do. & cōt. & c. pastoralis, de app. ubi dr̄, q̄ merito redditus ecclesiastici illi subtrahuntur, cui ecclesiæ cō munio denegatur. Inno. & Doct. uarie hic loquuntur; sed uera so. quam etiā ipſi sentiunt, est, q̄ per ſuſpensionē, seu excōicationē, nō

est

ADDITIO.

a SEB. SAP. ¶Peremptorium. De veritate, vide late per Feli. in c. consuluit, col. 3. ver. in eadem gl. ibi, item fallit, supra de offi. deleg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

e st ex toto priuatus; sed potius est suspensus ad tẽpus. Sed si durat ꝑtinacia sua, debet remoueri ab administratione bñficij, & in totũ
a excludi. & priuari. a no. bñ, quia Inn. & Doct. hic sentiunt aperte, ꝙ excõicatus ipso facto, licet nihil dicatur in sñia, sit supẽsus ab administratione beneficij sui: & faciunt pro eis, q̃ late dixi in d.c. paltoralis, & dic, vt ibi. Sedo opp. ⁊ literam de ⁊rietate: nam in principio dicit, ꝙ si expectati per sex menses nolint redire, spoliãdi sunt ecclesijs
b suis; & in versi. ⁊, sentit oppositum. Sol. ille ver. contra; habet varios intellectus. Nam primo ꝓm gl. in verb. Spoliari. debet b text. intelligi, vt ponat vnum casum, & principium intelligatur, quod debet spoliari. i. suspendi ab administratione temporalium. Ver. ⁊, de eodẽ facto loquens, aggrauat pœnam, data contumacia in non redeundo, vt excõicetur, seu suspendatur, & demum priuetur; & loquitur iste tex. secundum gl. in prælato. Iste intellectus glo. cõiter non recipitur, quia impropriat literam: vnde datur secundus intellectus, secundum Inn. & alios, vt ver. ⁊, ponat casum separatum a primo, & loquatur de prælatis. f. Epis. vnde alia litera habet ⁊ alios, &c. & vbi dr̃a spiritualium administratione, &c. In registro erat ab epatus administratione, vt dicit Inn. sup. in proœ. vnde aduertendum est, ꝙ ista decretalis dirigit Archiepõ Panor. & vr̃ velle, vt ⁊ subditos i
13 feriores possit Archiepiscopus procedere, prout dr̃ in princ. vsque ad versi. contra, &c. ibi vero loquens de episcopis suffraganeis Ar-
8 chiepiscopi, dat alium modum procedendi, & marito. † Quia Archiepiscopus licet possit suspendere, & excõicare episcopos sibi suffraganeos, vt in c. sacro, de sen. excom. & no. in c. vt litigantes, de offi. ordi. libr. 6. non tamen potest eos deponere, seu episcopatibus priuare, vt in c. inter corporalia, de transla. prælato. & 3. q. 7. accusatus, & c. quamuis. Et ideo saluando hunc intellectum, aduerte, quia quatenus tex. facit mentionem de ferenda suspensionis, & ex communicationis sententia, dirigit verba sua ad archiepiscopum, sed quatenus mandat priuationem, dirigit verba sua ad legatum. Et intelligo, ꝙ legatus hoc faciet ex speciali mandato Papæ, quia nullus citra Papam potest priuare episcopum, nec ipsum transfer-
14 re, vt in d. c. quod translationem, de offi. dele. & in d. c. inter corpo-
9 ralia. † Et ex hoc intellectu habes modum coercendi Episcopos ad residentiam, vt per superiorem citra Papam, compellantur per excommunicationem, & suspensionem; & si sic non respuerint, habetur recursus ad Papam, qui solus priuare potest; & poterit ipse hoc committere legato, vel alteri, si voluerit; & iste intellectus sic declaratus est verus, & communis. Tertius intellectus est, vt ver. ⁊, intelligatur de eodẽ facto cum principio, & pro hoc facit relatiuũ, e os. & tũc dico, ꝙ tex. iste voluit dare duplicem practicã, pcedẽdi ⁊ absentes, vt possit, pcedi a primordio ad priuationẽ: vel si forte absentia est vtilis ecclesiæ, poterit, pcedi per viam excõicationis, seu suspensionis, vt compellatur redire. Sed nunc ob. litera sequẽs in eo, 15
quod dicit, ꝙ legatus poterit illos remouere ab administratione. Nam hoc posset facere Archiepiscopus. Potest dici soluendo hũc intellectum, vt litera intelligatur de oibus subditis Archiepiscopi, vnde respectu inferiorum prælatorum citra Epos, Archiepiscopus procederet ad priuationem, vt in prin. sed respectu Eporum habebitur recursus ad superiorẽ. Et pro hoc facit, quia ꝓsultatio erat generalis de oĩbus clericis cuiuscunq; ꝓditionis, & gradus, & ista litera fuit nimis decisa. Non. n. erat gnalis in registro; & hunc intellectũ multũ adiuuat ista dictio copulatiua, ẽt, ver. ⁊ eos ẽt ꝓcedatur Illa enim copulatiua, ẽt, includit præcedẽtia: quasi aperte innuat, ꝙ ⁊ prædictos non solum potest procedi, vt sup. dictum est, sed etiam, prout sequitur: & pro hac distinctione facit, quod not. ⁊. in c. r. de commod. Quartus intellectus, vt iste versi. contra, nõ loquatur de clericis non residentibus, sed de nolentibus obedire; pro hoc text. ibi: Ad ruam obedientiam venire compellas, & c.] forte. n. iste Archiepiscopus fuit ꝙsultus, ꝙ quidã clericorũ suorũ, nolebãt residere in ecclesijs suis; quidã vero Epi suffraganei sui nolebãt sibi obe
10 dire; & ad vtrumq; respondetur, vt in litera, & p hoc apparet intelle ctus huius cap. † Tertio op ⁊ ex. in eo, ꝙ requirit edictũ trinæ citationis. Nã vr̃, ꝙ vnica citatio simpliciter sufficiat. & nedum citatio, sed simplex requisitio, & reuocatio, vt in c. exparte, ⁊. eo. & ibi dixi. Itẽ cum non residẽtia, sit res notoria, vt in c. quãto, de trãsla. prælat. & in notorio nõ debent requiri solẽnitates citationum, quia ordo iuris non seruatur in eo: pro quo sæpe. de verbo. signific. & tex. expressus in c. ad nostram, de iureiu. & c. bone, de elec. Itẽ in alio istud c. dicit aliis iuribus: quia hic præcisè requiritur expectatio sex menssium, & in ꝓcedenti dr̃, ꝙ sufficit expectare congruo tpe. Sol. intellige hũc. tex. qñ absens nescitur, vbi est: seu ita longe distat, ꝙ cõmode personaliter citari nõ põt. Nam quia hoc casu recurritur ad citationẽ per edictum, inducuntur illa duo specialia, vt citatio sit trina, & absens expectetur per sex menses, vt sic suppleatur defectus personalis citationis. Et aduerte, quia opi. sunt, qñ hẽt locũ ista
11 citatio per edictũ. Nam vr̃ hic text. exigere fraudẽ absentis, vt patet ibi: [Fraudulenter absentat.] Inn. intellexit multũ late, vt procedat non solum, qñ fuit absens in vera fraude, de qua ꝙstat, sed ẽt in ficta
c iusta cã. ꝓsumitur esse in fraude. c Itẽ absentãdo se, est in magna culpa, q̃ reprarat fraudi. ⁊ l. qd Nerua, ff. depo. & ff. de ver. fi. l. magna negligẽtia. vbi dr̃, magna negligẽtia est culpa, seu dolus, & vide Inn. ⁊ c. fi. de eo qui mit. in pos. vbi dicit, ꝙ vbicũq; qs tenetur adesse in certo loco, & ibi nõ reperitur, p ⁊sumitur abesse in fraudẽ, & ponit exẽplum in clerico quoad ecclesiam suã, & in marito, quoad vxorem. Host. intellexit hic Inn. de fraude in occultãdo se, ne citetur: & hãc opi. vr̃ tenere quo ad terminos c. seq. d. Ant. hic, quia text. hic vr̃ requirere fraudem. † Sed aduerte, quia hoc dictum non procedit nisi fraudulenter occultaret se, ne citaretur, non oporteret iterum citare; maxime trinis edictis; & maxime expectando eum per sex menses, tex. est in oppositum in c. qñ. §. porro, vt lit. non ꝓtesta. vbi text. æquiparat citatum, ꝙ noluit venire, & eum qui se occultat, vel impedit. ne citatio ad eum perueniat, & iõ dicit Inn. in c. ad petitionẽ, de accu. ꝙ occultans se, vel impediens ne citetur, nõ est amplius citandus. Nam citatio fit, vt ꝓstet de sua ꝓtumacia. non oporteret ergo
d geminare citationem, vbi est certum d de contumacia sua; quia in incertis, nõ in certis opus est ꝓcẽtoris, in reg. estote, ⁊. de reg. iur. Itẽ glo. magistra est in contrarium in d. c. qñ. §. porro, in ver. ĩ vero, ⁊ omnes Docto. sequuntur, dantes regulam, ꝙ ubicunque nescitur, ubi sit absens, vel ex qua causa se absentauerit, debet procedi, ut hic dicitur, in princ. cap. & plenissime uide ea, quæ dixi in d. ver. ⁊i uero
13 † Conclude ergo breuiter, cum quæritur de modo procedendi ex tra absentem beneficiatum. Aut enim scitur, ubi est, aut ignoratur. Primo casu, aut nõ potest commode citari, & idem quod in sequenti membro, secundum Inn. hic. Si uero potest commode citari, tũc debet citari personaliter, & prælixi terminus sibi congruus ad reddeundum, determinandus per ipsum iudicem secundum uiarum distantiam, personæ, temporis, & qualitatis; & sic intellige capi. præcedens, & similia iura; & si non redierit, potest superior procedere ad priuationem, seu ad excommunicationem, seu ad petendam restitutionem ipsius clerici, ut d. capi. placuit. Si uero nescitur, ubi est, tunc serua quod habetur hic. Debet enim citari in ecclesia sua per edictum trinæ citationis, & expectari per sex menses; alias, si nõ redierit, poterit procedi ad priuationem; planius tamen dixi in ver. si uero. † Vltim. quæritur, nunquid hoc c. & similia, habeant locum in absentibus habentibus beneficia residentiam non exposcentia? & concludit hic Innocen. ꝙ non, nisi uagaretur, quod no. Ego colligo, ꝙ licet beneficiatus non teneatur ex natura beneficij ad residendum in eo; non tamen potest uagari, imo solum uagationis delictum est sufficiens ad istum priuandum secundum eum. Po-
e quo 7. quæstio. 1. c. non oportet, cum sequen. nec ualet cõsuetudo, ut possit se absentare uagando, nec ualeret licentia Prælati; quod not. contra istos simpliciter beneficiatos, qui uagantur per mundum; & quandoque efficiuntur ꝓpendiarij; c & nihilominus tenebeficia in partibus, ut quantumcunque illa beneficia sint simplicia, & non exigant residentiam, possunt priuari propter delictum uagationis; quod bene no. † In glo. fi. ibi. [Si subrogati non remanentur.] hæc glo. uerissima est. respectu dispensationis. Sed dubium fortius esset in restitutione, ut si per uerba generalia restituerentur depositus ad statum suum, nunquid recuperabit beneficium alteri collatum? Et puto dicendum, ꝙ non, per ea, quæ no. in c. quis, & resci. lib. 6. & quod no. An. in reg. sine culpa, in Mer. per legibus. l. fi. C. de bon. proscri. † Et in fi. glo. dicit, ꝙ in hac ultima q. reperiuntur tres opi. Prima, ꝙ si depositio fuit uerbalis, potest Eps restituere secus si fuit actualis degradatio. quod tenet gl. 2. q. 6. ideo. Secunda opi. ut distinguatur inter depositum propter crimen, & propter contumaciã. Primo casu Papa restituit: secõ inferior, quod tenet gl. 7. q. 1. ĩ quis presbyter, & has duas opi. referunt hic Doc. Sed ter-
f tia opi. in c. epõs. 12. q. 3. ubi dicit gl. ꝙ si degradatio fuit manifesta, puta per falsos testes; & tunc potest Eps restituere; alias secus. Concordãdo has opiniones, possumus sic dicere, ꝙ aut depositio fuit uerbalis, & potest eps dispensare; & hoc in casibus, in quibus iure sibi conceditur dispensatio, ut in adulterio, & nunquam ut in capitul. at si clerici. §. de adulteriis, de iud. Vnde intelligo istum text. ut procedat etiam. post depositionem uerbalem, & uide quod ibi latius dico. In maioribus uero non potest restituere

ADDITIONES.

a ANT. FRAN. ¶ Priuari. Adde, ꝙ excõicatus perseuerans in excõicatione & Ethnicus quasi digni sunt igne infernalis montis Aetnæ positi in Sicilia. sm Host. And. & d. Abb. in c. nouit, de iud. & dicitur gentiles, & infideles, vt in c. nouit. 5. q. 1. & adde ꝙ excõicatus cõitemnens excõicationem põt priuari feudis, vt est gl. in c. præceptum, 32. q. 5. quæ ẽt dicit, ꝙ non valent gesta ab ipso facta. Secato imo excõicatus appellatur hæreticus, perseuerans in excõicatione, vt in c. qd aũt. 4. q. 1. inde Do. Cardi. in cle. 2. in §. cæterũ, de elec. & vide Io. And. in c. non põt, de reg. iur. li. 6. in Mer. vbi dicit, ꝙ excõicatus est incapax omnis priuilegiorũ, & vide no. tex. in c. venerabilẽ, & ibi per do. Abb. de electio. ubi dr̃, quod excommunicatus est incapax, etiam ad dignitatem seculare m.

b SEB. SAP. ¶ Spoliari debet Hoc verbum ponderatur per Old. consi. 23. incip. articuli, refert Fely. in c. 2. col. supra, de rescrip. uer. sed proprio argumento.

c ¶ In fraude. Vide d. Abb. in ca. fi. supra de eo qui mit. in pos. & in c. qñ. §. porro, col. penul. supra ut lite non conte. ubi limitat hoc non procedere, quando principio ponitur causa legitima, propter quam oportuit abesse.

d ¶ Vbi est certum. Adde Alex. consi. 85. 2. lib.

fi ¶ Stipendiarij. Adde tũ ꝙ si monachus leuitatis causa, dimittat habitum, & recuertatur, absolutus potest eligi in abbatem, secundum Oldra. consi. 202. ZACHAR. Adde Fely. in c. qñ, §. porro, col. 7. uer. dũ dicit, Abbas sup. vbi te nõ cõtesta. ubi tenet, ꝙ possit priuari bñficio, ẽt si non requirat residentiam.

stituere, cum in eis dispensare non possit. Si vero depositio fuit actualis, aut allegatur causa legitima, vt puta, per falsos testes facta, & potest Episcopus restituere. Ita proprie loquitur tex. in d. cap. Eps. Aut non allegatur causa talis, vel similis; sed petitur restitutio ex sola gratia; tunc non poterit eps dispensare: quia iste degradatus actualiter, est exutus omni priuilegio clericali, & relictus iudicio iudicis secularis, vt in cap. degradatio, de pœn. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Clericus absens causa studij, tunc demum potest fructus sui beneficij recipere si est in studio bono; secus si in loco vbi est studium minus vtile. 2. 4. de cuius facultatis studio loquatur, vide nu. 5.*
3 *Licentia, vel consensus non sufficit, quod petatur, si non conceditur.*
Statutum, quod mulier non contrahat sine consensu propinquorum, si nolunt consentire, non mouet ex iusta causa, poterit iudex præstare consensum.
4 *Consuetudo, quod clericus absens causa studii, etiam non petita venia, lucretur fructus sui beneficii, valet; nisi ex hoc sequatur magnum incommodum ecclesiæ.*
Episcopus potest dispensare, quod clericus absens causa studii, lucretur fructus, etiam de beneficio curato; etiam quod non sit promotus.
6 *Obtinens beneficium curatum, tenetur facere se promoueri ad sacerdotium intra annum; nisi se absentet causa studij; & cum dispensatione Episcopi, dummodo relinquat ibi Vicarium; in simplicibus vero beneficiis nõ relinquitur*

CAP. XII.

4 **Tuæ fraternitatis.** † Priuilegiatus, vt absens in studiis existens in villa, vel castello, vbi nullum est, vel minus competẽs studium, priuilegio non vtitur. h. d. Primo quæritio, secundo rcponsio, ibi, [ad quod.] Casus literalis. Quidam clerici obtinuerunt indulgẽtiam, vt causa studij beneficia sua perciperent in absentia; qui sic accepta licentia a stio prælato, transferunt se ad villas, vel castella; in q
2 bus modicum sit studium, cum deberent venire Bononiam. Quærebatur vtrum deberent habere beneficia sua in huiusmodi studio dicit Papa, ꝙ ex præfata indulgentia fructum habere non debent; cum fraus & dolus eis patrociniũ non debeat impartiri. Ber. † Primo no. ꝙ causa studiorum, præstat legitimam causam absentiæ ad fructus beneficij in absentia percipiendos. Nunquid autem sit necessaria indulgentia hominis inflatius subijciam. Secũdo no. ꝙ diff
a ferentia est inter villam, a & castellum. nam villa proprie est pluralitas domorum sine muris; & dr̃ villa quasi vallis vallata. castellũ põt dici, qñ ibi sunt mœnia. & no. quia dicit castella, & non castra. nam castrum proprie est fortilitium; & dr̃ castra, quasi casa arcta, qa for tilitium non debet esse nimis spatiosum, vt indigeat paucis ad custodiam & de his, & si. vide Ioan. And. in c. si ciuitas, de sen. excom. le studium literarũ, & de hoc. ⁊. No. 4. ibi, exercitium studiorũ, qđ vbi non est exercitium studii, non dr̃ esse studiũ competens. Et ex illo ver. exercitium. inferunt Doc. ꝙ ibi debent esse scholares exercentes illam professionem. Ex quo no. ꝙ multum ꝓfert, ꝙ in loco studij sint multi, & valentes scholares, quia propter eorum exercitium, iuuenes recipiunt maximum incrementum. Et not. ꝙ paria sunt, nullum in loco esse studium, vel minus competens. Et no. ꝙ dixi in summario, ꝙ habens priuilegium, vel licentiam eundi ad studium, non põt se transferre ad locum, vbi studium est minus com
3 petens. † Vlt. no. ibi, [accepta licentia,]ꝙ priuilegiatus vt possit ire ad studium, debet habere licentiam a prælato ⁊uo; in hoc tamen hic attendendam esse formam priuilegij, & ex illo ver. accepta. no. Do. ꝙ non sufficit petere, si non obtineatur; si tamen superior sine causa ⁊dicit, põt haberi recursus ad superiorem, vt eũ compellat da
b re licentiam, b arg. c. nullus, de iu. pa. f m Host. & de hoc dixi in c. re-
c latum, ⁊. eo. qđ facit ad qõnem. Statuto cauetur, c vt mulier nõ possit ĩuere sine licentia duorum agnatorũ proximorum, illi requisiti nolunt dare licentiam. dic, ꝙ p prædicta põt recuri ad superiorẽ iudicem loci, vt compellat eos dare lnĩam; nisi aliàs allegent iustam causam contradictionis: pro quo facit, quod no. Bar. in l. locum nõ folum, C. de bo. quæ li. & l. si cum dotem. §. eo. aũt tpe, ff. sol. mat. In gl. 1. ibi, in ciuitatib. idẽ no. gl. in c. epi. 80. di. sed Do. Rich. Mal. vt refert Bar. in præ. fforũ. tenet, ꝙ hodie possunt legi iura vbicunq;. nõ enim est timor, vt puertantur, cum volumina sint hodie notissima & multũ commẽtata. Bar. tenuit primã opi. per illũ tex. sed audio, ꝙ alibi tenuit ⁊rium. & satis posset dici, ꝙ iura vbiq; possunt legi; pro quo optime facit iste tex. in arg. vbi solũ damnatur, ꝙ in villa, vel castello nullum erat, vel minus competens studium, vel exercitium studiorũ. sed talis locus non hẽt, nec hẽbit priuilegia studij gñalis, vt possint aliq doctorari; oportet. n. ꝙ huic loco indulgeatur a prin
d cipe, vel p ꝙsuetudinẽ tãti tpris, cuius memoria nõ est in ⁊rium, sicut dr̃ de studio Paduano. & sic intelligo in cle. dudũ, §. in studijs, de sepul. & sic põt intelligi ꝓria opi. vide tũ gl. in cle. 2. de magi. quæ tenuit, ꝙ de iuro cõi possit epus ꝓstituere doc. & fuit opi. Ho. sed cõ
4 tra tenẽt oppositũ, & ita hodie seruat̃ de ꝙsuetudine, vt habeat priuilegiũ a Papa, vel Imperatore. In † gl. 2. in fi. no. gl. & põt dubitari, nunquid teneatur iste se ꝓferre ad studium generale, & dr̃ generale modo prædicto per priuilegium, vel cõsuetudinem. aliqui tenue runt, ꝙ sic, qa appellatione studij, debemus intelligere de gñali, arg. §. quoties. Inst. de iu. na. gen. Ho. hic dicit, ꝙ si nõ in fraudẽ ꝓfert ille se ad villam vel castellũ, ut quia ibi est summus Doctor, & competens exercitium studiorũ, tunc satis gaudet priuilegio. pro hoc facit ista litera, ubi solũ ponderatur, ꝙ ibi nullum erat, vel minus competẽs exercitiũ studiorum, qđ satis mihi placet, ut ꝓsideremus potius mẽtẽ priuilegiantis, q̃ uerba. nã priuilegium est indultũ, ut possit proficere in studio, & scientia; non aũt rõne loci. nam cathedra
5 non facit magistrum, sed magister cathedrã. 12. di. c. nõ loca. † Extra gl. q̃ritur de quo indulto loquitur iste tex. Ioã. And. dicit, ꝙ põt intelligi de indulto a statuto, uel ꝙsuetudine, seu speciali priuilegio iuris uel hominis. ex quib. uerbis no. ꝙ ualet statutũ factũ in ecclesia, ut absentes causa studij ꝓcipiant fructus bñficiorũ suorum, & idẽ dicendum in ꝙsuetudine. & no. hoc ultimum; nã potes hoc ꝓiungere cum his, quæ dixi in c. ꝓcedenti, & c. qualiter. nã in multis locis
c de ꝙsuetudine c beneficiatus ꝓfert se ad studium, nõ petita lnĩa a ꝓlato, & percipit fructus in absentia: ualet. n. hæc ꝙsuetudo quoad utrũque. Intellige tñ qñ ecclesia non patitur graue detrimentum indiuino cultu; nã tunc posset reuocari absens, non obstãte statuto, uel ꝙsuetudine, uel priuilegio, ut dicetur in c. ad audiẽ. & c. seq. ⁊. c. sed quatenus dicit Io. And. de priuilegio iuris, uel hominis, est dubiũ, q̃ sunt a iure priuilegiati, seu qui oẽs possunt hoc priuilegium
f ꝓferre. Host. in sum. de mag. §. fi. dixit, ꝙ studẽtes f dũtaxat in Theologia sunt priuilegiati a iure, ut p quinquẽniũ studeãt, & fructus p cipiãt in absentia. hoc probat p. c. fi. de magi. Arc. in c. quibusdã. 37. dist. & in c. 2. de priui. lib. 6. tenuit, ꝙ eodẽ priuilegio gaudeãt ẽt studẽtes in iure, in d. c. 2. Aduerte, ꝙ a uerba iuris, ꝓprie nõ adaptantur nisi ad studẽtes in Theologia, ut d. c. fi. nec vr̃ eadem rõ in studẽtib. in aliis sciẽtijs, arg. opt. in c. ⁊up specula, de priui. vbi in fauorẽ Theologicæ facultatis prohibẽt ne Parisijs, vel in locis vicinis, legatur ius ciuile, vt magis amplietur studiũ Theologiæ, sed ꝓsiderando mentẽ aliorũ iurium, & qa ecclesia vlis nõ põt regi sine iure, pstim canonico. c. 1. de ꝓsan. & aff. vbi voluit Host. & cõiter Doc. ꝙ cæteris
g paribus canonista ꝑferat Theologo g in ꝓlatura, vbi non sunt multi hæretici põt dici maxime in fauorẽ studentiũ, ꝙ gaudent tali priuilegio, qm̃ promouent vtilitatem vlis ecclesiæ, qđ probo apertissime per c. cũ ex eo, de elec. lib. 6. & seruiens ecclesiæ vli debet repu
6 tari residens, arg. c. cũ dilectus, ⁊. eo. † Et saltem puto, ꝙ eps poterit dispensare, vt absens cã studij percipiat fructus in absentia; ẽt si sit beneficiũ curatum, per tex. no. in d. ca. cum ex eo. nã ibi eps dispensat, vt promotus ad ecclesiã parochialẽ non teneatur facere se promoueri intra annum ad sacerdotiũ; sed cã studij possit differre usq; ad septẽnium, & ponit ibi Vicarius, cui datur tñ certa portio; & reliquos fructus percipit absens cã studij. & idẽ vr̃ dicendum in doctẽtibus, vt in d. c. fi. Si ergo eps dispensat ibi in grauiori casu, & vt ita dixerum, in duobus; fortius vbi beneficium est simplex. & facit c. relatũ. ⁊. e. ubi est bo. tex. & puto, ꝙ in beneficijs simplicibus nõ tenetur qs ponere Vicarũ, qa de eo nullã faciũt iura mẽtionẽ, vt hic, & d. c. fi. secus ubi fit mentio de ecclesijs curatis, ut d. in d. c. cũ ex eo.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. ¶ Inter villam. vide Fely. in c. Rodulphus, co. 13. versi. cæterum ad euitandum. sup. de rescr.

b ¶ Dare licentiam. Adde eund. consi. 82. 2. lib.

c ¶ Statuto cauetur. Adde Bald. formantem istam q. & istam concl. in l. 1. uersi. sed quid statutũ. C. qui admi. & in l. 1. & in rub. de cõtrah. emp. q. 24. Imo. in l. eo autem tempore, per istum alle. in vlti. versi. Bal. in l. coniunctione. versicu. quæro quid si isti duo. C. de nup. & Bar. in l. fi. versicu. idem exemplum est. de ap reci.

SEB. SAP. ¶ Statuto cauetur. Vide quæ posui ad Abb. in c. quod Dei. in fi. infra de sta. mona.

d ¶ Paduano. Adde Bal. consi. 246. 2. lib. vbi dicit, quod inipetrans beneficium, asserens se studere in iure, nõ surreptitie impetrat, si studet in ciuitate Mediolani, quia ibi legitur in iure ex antiqua cõsuetudine, & est ciuitas Metropolitana.

e ¶ De consuetudine. Adde tamen, ꝙ non valeret consuetudo, ꝙ quis non faceret residentiam per substitutum, vt tenet Pet. de Anch. consi. 234.

f ¶ Studentes. An studẽtes in iure canonico, possint percipere fructus prædẽdę, sicut studẽtes in Theologia, vide Card. in cle. 1. §. fine, in 6. q. de sta. mo. & Abba. in simili in consi. 89. inci. in ecclesia Catanensi. & Abb. in c. fin. in penul. no. infra ne cle. vel. mona.

g ¶ Theologo. Adde Rom. consi. 233.

SVMMARIVM.

1 *Iurans stare in aliquo loco, si pro interesse dicti loci, aliquando se absentet; nõ incurrit periurium.*
2 *Clericus non potest compelli iurare facere continuam residentiam in ecclesia; nisi sit statutum, vel consuetudo.*
Iuramentum non est præstandum, quando timetur de contrauentione.
3 *Iuramentum debet verificari in casu vero, & non ficto.*
4 *Iuramentum regulatur secundum naturam actus, ubi interponitur.*
Iuramentum extenditur ad connexa, non ad extranea.
An sens qui habetur pro præsente, an debeat gaudere omni priuilegio præsentium, vide infra prox. c. in vlt. no.

CAP XIII.

1 **Ex parte.** † Qui iurauit in ecclesia residere; pro seruitijs ecclesiæ, licite se absentat. h. d. Cõmunis diuisio. Secũda ibi,] Postulationi.] Casus lit. Quidã electus fuit in ꝓpositũ de Valerijs, ⁊ receptione ipsius ꝓposituræ pstitit iurm, ꝙ faceret residẽtiam in eodem. post modũ uero quandoque absentabat se pro iuribus, & rationibus ipsius prepositurę prosequendis, siue procurandis: dubitabat præpositus, utrum propter huiusmodi absen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiã ꝙ iuriũ incurrisset. Cõsultus Papa rñdet eisdẽ, ꝙ si non absentet se in fraudẽ; dum ipse ꝓsequit iura ecclesiæ suæ; nõ dẽt dici absens; sed residens, & periurium non incurrit. B. †Primo no. ꝙ iurm præstandum tpe promotionis de residẽtia faciẽda nõ est a iure ꝓbatum, dicit tñ hic Doc. ꝙ forte in ista ecclesia erat statutum, vel cõsuetudo, vel erat ille suspectus de non residẽdo; quasi ex his verbis sentiant, ꝙ cessantibus p̃dictis, nõ sit exigẽdum dcm iurũ, quod satis mihi placet. sed vbi cessat suspitio, & priuilegiũ, vel statutũ, vel ꝙ suetudo, nõ debet arctari ad iurm; ex quo iura hoc nõ introducũt, arg. c. dilecti, & c. legebatur, de ma. & obe. facit c. clericos, ſ. de cohab. cle. & mu. vbi hr̃. ꝙ non est deferendum iurm suspecto de quẽ
3 tione. †Not. sed o vnum dictum mirabile ex isto text. ꝙ iurm verificãtur in casu ficto. nã iste iurauit residere. & dr̃, ꝙ nõ minus seruat iurm, se absentãdo pro negotijs ecclesię, q̃ a censeri debet residẽs. Et hoc vr̃ ꝙ text. in c. ad nostrã, il 1. de iureiu. vbi hr̃ ſm cõem lect. ꝙ
11 li. 6. † Ex ꝑdictis põt inferri ad decisionẽ qõnis, quã formauit hæc gl. in prin. vtrum iudice impetrato existente excõicato tpe datę, valeat rescriptum, si tpe receptionis non est excõicatus? Et gloꝛ cludit ꝙ nõ valet, qa debet attẽdi tps datæ. Doc. hic aliter distinguũt: dicũt, n. ꝙ aut erat iste notorie excõicatus, & ꝓcedit dictũ gl. ar. c. ad probandũ, de re iu. qã satis mihi placet: quia a tpe datæ imprimitur iuridũ, sed rescriptum non reperit subiectum habile ad recipiendam iurisdõnem. Si aũt erat excõicatus occultè, & tunc si impetrans scienter impetrauit illud, non valet rescriptũ, & hoc aperte tenet hic Io. And. quod notabis perpetuo, nõ solũ respectu huius casus: sed põt inferri ad vnum casum valde generalem, quem posuit Io. Cald. in c. ad pbãdum, & credo, ꝙ habuit fundamentum ab isto dicto Ioã. And. dicit enim ibi, quod gesta ꝑ iudicẽ excõicatum toleratum, in fauorem partis nõ tenẽt scienter litigãtis corã occulto excõicato: vel saltẽ gesta dẽnt retractari. Ex quo infero, ꝙ si occultus excõicatus ꝓtulit tibi scienter bñfi-
d ciũ, non tenet collatio, [d] vel retractabit, qd est perpetuo. notã maxime ad limitationẽ l. Barbarius, ff. de of. ꝓto. & d. c. ad pbãdũ. Si vero impetrãs ignorabat, valet rescriptum, ex quo reperit absolutus tpe processus; cũ hic nõ agat de graui ꝓiudicio, & facit d. c. ad pbãdum. † In gl. in vers. duxerint, in fi. hæc gl. tãgit iudicio meo ꝛria satis difficilia. & minimẽ formaliter soluuntur per gl. & maxime instat illud ꝛrium, ꝙ gestum ꝛ legẽ mortuã est nullũ, vel saltẽ retractandũ; ergo fortius, si est gestum ꝛ legem animatam: nam princeps est lex animata in terris. o. q̃. 3. ciꝑsi sunt, ꝙ in Auth. de consulib. in fin. Nam quod principi placuit, legis hẽt vigorẽ, Inst. de iure natu. in §. sed quod principi. ergo ista collatio ꝛ Papæ mãdatũ facta, debuit esse nulla, vel saltem annullanda: nec Doc. nri aliter soluunt ꝛr. gl. quasi contenti ipsius sol. quæ in veritate non satisfacit contrarijs. Bar. in l. amplius, ff. rem ra. ha. dicit, ꝙ quod
e actus inualiditatem, durius agitur cum lege, * quàm cum eius ministro

ADDITIONES.

2 ¶ Tempus datæ. Adde Fed. consi. 290. vbi late examinat hanc materiam.

SEB. SAP. ¶ Tempus datæ. Vide plene per Fel. in c. eam te, col. 17. ver. tempus datæ, sup. col. 3. ver. quæro viterius, ſup. eo. ti. de resc.

b SEB. SAP. ¶ Motus proprius. Vide Fel. late in c. cum ad aures, col. 4. versic. concl. 5. ſupra de rescr.

ANT. FRAN. ¶ De clausula, motu proprio, quid operetur, vide primo gloꝛ no. in cle. si Romanus, in ver. quantumeunque, de præb. quæ dixit, ꝙ nõ tollit defectũ personæ, uide Rom. in fing. ſuis, in ver. clausula ista valet, ubi dixit ꝙ non operatur ultra mentem concedentis prius declarata, ad quod iude Io. And. & Cald. in c. cum dilectus, de in. pa. & do. Abb. in c. cum olim, in 6. col. de re iud. cum concord. ibi per eum alleg. & uide Card. in cle. 1. de præben. ubi dixit, ꝙ licet, tollat surreptionem, tñ non ampliat, & ꝙ non operat nisi in his, quæ sunt in iure expreſſa, de quo etiam per eum in cle. si Romanus, de præb. hic alleg. Et adde, ꝙ motus proprius non poteſt probari per testes, ut uoluur Do. de Ro. dec. 335, de qua etiam per Alex. de Imo. in l. 3. in prin. ff. quod quiſq; iur. Et adde, ꝙ clausula motus proprij in collatione beneficij ecclesiastici apposita a papa uel legato, facit saltem collationẽ ualere, ẽt si is, cui fit collatio, hẽt aliud beneficium, de quo non fit facta mentio, ut uoluit do. Car. in cle. 2. in 4. q. de offi. ord. Et adde ꝙ talis clausula, non tollit ius patronatus laici, ut per do. de Ro. dec. 101. inc. hæc clausula.

c ZACH. ¶ Excludit surreptionem. Adde ꝙ ille in c. causam quę, col. 2. ver. gl. secunda tacite respõdet, ſ. de testa. tenuit, ꝙ motus proprius solum surreptionem excludebat, neque aliud operabatur, vltra concedentis intentionẽ quam opi. ante eum tenuit Card. consi. 37. inc. papa viuit, cuius tamẽ oppositum tenuit Fel. in gl. pe. col. 2. per text. in cle. si Romanus, eo. titu. de præb. & tetigit idem Fel. in d. c. causam quæ, col. 4. ver. 3. aduerte.

d Non tenet collatio. Adde pro hoc Do. de Ro. dec. 128. in antiquis, de sen. exc. ubi dicunt ꝙ executor datus ad prouidendum, si est excõmunicatus, ualeat prouisio, nisi ille, cui prouidetur, sciat illum excommunicatum.

e Seb. Sap. ¶ Cum lege. Vide dom. And. Sicu. in repe. c. Raynal. in 9. char. inf. de testa. & in cons. 50. in 3. col. & seq. in 2. uol. Bar. in l. si insulam, in pe. oppoſi. primæ partis, ff. de uerb. obl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ministro: sed quoad pœnã imponẽdam, durius agitur cum ministro; alleg. l. si libertus, ff. de iur. pa. vbi alienatio facta in fraudẽ legis, nõ tenet, sed hoẽs sic. Et hoc dictũ Bar. põt ꝓcedere respectu iudicis inferioris inhibẽtis alienationẽ rei, vel respectu partis paciscẽtis, iuxta no. in c. Rav. de testa. per Inn. & in l. fin. C. de re. alie. Sed respectu mãdati principis, nõ vr dictũ suũ ꝓcedere. Nam, vt not. dicit Inno. in c. fi. de accu. quemadmodũ alienatio est nulla, attẽtata ɔ legẽ mortuã, ita si est attẽtata ɔ ꝓceptũ Papæ, q est lex animata in terris. Ad idẽ, qđ ipse no. in d. c. Rav. vbi dicit, ꝙ si Papa mãdat alicui ꝑlato, vt ꝓferat aliod bñficiũ: vel vt non alienet, nõ tenet gestũ ɔ mãdatũ suũ. & vr hoc probari in c. veritatis, de do. & ꝓtu. in fi. vide ẽt Io. And. in c. ꝓstitutus, j. de ꝓcel. ꝑben. vbi vr aperte sentire, ꝙ si Papa mãdat collatori, q nõ ꝓferat, nõ valet collatio: & hoc ꝑbo p c. vt nostrũ, 5. de app. ad idẽ c. fi soli, & c. fi cap. lo. de ꝓcef. ꝑb. li. 6. Vbi collatio facta ɔ mãdatũ executoris Papæ nõ tenet. fortius ergo si est collatio facta ɔ mãdatũ Papæ. Ad
13 idẽ ob. gl. i. c. fi eo tpe, de ele. li. 6. † Vñ, p ꝯcordia dicerẽ sic, ꝙ aut Papa directe mãdat collatori, ne ꝓferat certũ bñficiũ: & non tenet collatio in ꝑiũ attẽtata, p iura & rões superius alle. Q̃nque Papa, vt ꝓferat Titio; & ille cõtulit Sempronio, & subdistingue: aut mãdatarius nõ habebat alias potestatẽ cõferendi; sed recipit potestatẽ ex isto mãdato clarificato; & tũc non tenet actus, nisi seruet formã mãdati, ad hoc c. venerabili, de of. dele. & c. cum dilec. de rescri. & ibi gẽter. ff. man. Si vero mãdatarius ius, alius habebat potestatem: & tũc tenet, quod facit ɔ mãdatũ; nõ ex potestate delegat. sed ex potestate ordinaria, quã habebat; & iste est proprius casus istius c. & vide gl. not. in clem. 1. de ꝓiu. pa. & est rõ diuersitatis: nã per mãdatũ factũ, vt Titio ꝓferat, nõ intẽdit princeps mãdatario potestatẽ auferre ꝓferẽdi, seu potestatẽ ordinandi ad exercitiũ illius actus: sed puniẽdus est, qa nõ obseruauit mãdatũ principis. Secus aũt est, si directe sibi ꝑcipit, ne certũ gd faciat: tunc. n. nõ tenet actus: qa vr tũc sibi auferre potestatẽ exercẽdi actũ. Et si diceres, nonne si mãdat vt ꝓferat isti, tacite prohibet, ne ꝓferat alteri? vt in l. cum ita, ff. de ꝓd. & dem. Dico, ꝙ istud est mãdatum indirectũ, qđ non aufert potestatem alias cõpetentem mandatario, vt probatur hic, & clarius in d. c. si soli. Et per hoc restringitur & declaratur, intellectus istius cap. & hæc nota bis, nam possunt adduci ad multa similia, quod nota bene.

SVMMARIVM.

1 *Clericus habens beneficium curatum si aliud acceperit priuatur, quod debet conferri per habentem potestatem conferendi intra sex menses; alias collatio deuoluitur ad alium.*
2 *Et si vtrunque velit retinere, vtroque priuabitur, nisi fuerit aliqua sublimis persona, quæ dispensatiue potest retinere plura beneficia compatibilia.*
3 *Clericus habens beneficium non curatum, si acquirat postea curatum; non vacat primum ipso facto.* 10.
Libere qui potest facere aliquem actũ, potest illum expedire, alio non vocato, tamen non potest tradere possessionem possessore non vocato.
4 *Clericus nõ põt nec i eadẽ, nec i pluribus ecclesiis diuersa beneficia tenere.*
Clericus dispensatus habere plura beneficia, intelligitur in diuersis ecclesiis, non in vna.
In odiosis capitur intellectus minus iuri exosus, & contrarius.
5 *Nobiles, literati, & sublimes personæ, magis honorantur ab ecclesia & prælatis, quam alię, nu. 7.*
6 *Clerici seculares possunt se absentare a beneficio, etiam curato per septennium, nec tenentur interim promoueri.*
8 *Dispensatio debet fieri ob publicam causam; & non priuatam, nam tunc dicitur dissipatio.*
9 *Dispensatio quid sit.*
10 *Papa non potest dispensare quoad Deum pro libito suæ voluntatis; quoad ecclesiam militantem sic, quia nulli licet de suo iudicio iudicare.*
11 *Beneficia duo curata si simul & semel vni conferuntur, datur sibi electio, quod velit acceptare.*
12 *Episcopus promotus, non perdit ipso facto beneficia priora; sed posti consecrationem, vel post lapsum tempus prefixum ad consecrandum.*
13 *Clericus si acceperit secundum beneficium calore iracundæ, non vacat primum si incontinenti pœnituit.*
14 *Retentio beneficij non potest fieri propter expensas, quas ibi feci, vel quas feci circa clericum defunctum.*
15 *Clericus promotus ad secundum beneficium, non priuatur primo; quando collator primi beneficij non vult habere ratam collationem secundi.*
Clericus non potest nec tacite, nec expresse renunciare beneficio sine authoritate superioris.
16 *Clericus per adeptionem secundi beneficij, non priuatur primo; donec non habuerit liberam & vacuam possessionem secundi.*
17 *Clericus delinquens, vel debitor, non tenetur satisfacere de fructibus beneficij sui.*
Clericus non facit fructus beneficij suos de iure communi; adeo ꝙ non debẽt capitales fructus pro eius debito; sed an valeat consuetudo in contrarium, vide hic remissiue.
18 *Quando duo sunt à iure equiparata, quicquid poslea adũcitur in vno; etiam si esset pœna, intelligitur adiectum in alio.*
Statutum penale extenditur etiam ad additionem factam prædicto statuto.
19 *Papa solus dispensat, ꝙ vnus possit habere plura beneficia curata; episcopus vero dispensat in pluribus simplicibus, vel in vno simplici, & in vno curato; nisi propter vtilitatem, & necessitatem ecclesiæ; quo casu potest in duobus curatis dispensare; nisi sint in eadem ecclesia.*
20 *Dispensatus ad pluralitatem beneficiorum, non est tutus quoad Deum; nisi sit in euidentem vtilitatem ecclesiæ, vel propter prærogatiuam literarum, vel meritorum.*
21 *Dignitas, personatus, & officium quid sint.*
Prælatus quis dicatur.
Abbatissa habet dignitatem.
22 *Dignitates plures non possunt esse penes vnum, quando vnaquæque de per se requirit exercitium seruiendi.*
23 *Vicarius episcopi, non dicitur acquirere aliquam dignitatem; eo quia efficitur vicarius; & ideo non perdit beneficium curatum, si quod habeat, quia potest de facili remoueri.*
24 *Beneficium curatum quid est, vel ecclesia curata.*

CAP. XXVIII.

1 **De multa**, †Famosum, & vtile est, & hoc intendit Hobens personatum, vel beneficium curatum, si sẽdo tale receperit, vacat primũ ꝙ si retinere ꝓtenderet, & tũc priuabitur. hoc primo. Is ad quẽ spectat bñficii curati collatio, si cite ꝓfert, statim cũ institutus aliud recedit, & si intra sex menses nõ ꝓferat, deuoluit ad alium collatio. & aliter punit. hoc sẽdo. Cũ sublimibus, & literatis ꝑsonis circa pluralitatẽ bñficiorũ in cẽpa tibiliũ, solus Papa dispensat. hoc tertio. Et primo narrat ius antiquũ, sẽdo subiicit nouũ, ibi [Prætenti] Vt põt diuidi t tres partes, put vñr tria dicta. f. m ibi; [Is quoq; ad quem.] Tertiũ, ibi: [Circa sublimes.] Casus literalis. In Lateran. ꝯcilio statutũ fuit. ꝙ multas diuersas dignitates, & plures eccl. parochiales reciperet; aliquin recipiẽs sic, acceptũ amitteret, & ꝓterẽa, ꝓcedẽdi potestate priuaret. Sed qa istud statutũ male obseruabatur, Inn. volẽs obuiare hmõi cupiditati, statuit, vt q cũq; de cetero receperit aliquã bficiũ curã habẽs aliarũ annexã; si prius tale bñficiũ obtinebat, ipso iure sit priuatus eo; & si illud ꝓtẽderet retinere, alio ꝑsolicito, & ille ad quẽ spectat collatio prioris bñficii, illud ꝓferat, cui videret ꝓferẽdi. Et si vltra sex menses ꝓferre distulerit, ipse ius collatio ad alios deuoluat, f. m statutũ Lateran. ꝯcilii; & insuper tũ cogatur de
a sionẽ tũ nõ dẽt tradere. possessore nõ vocato, a vide in d. c. hoc. qđ tũ limita, vt no. ibi, & i. c. ordinarii, de of. or. li. 6. No. ibi, [Hoc
b idẽ in ꝑsonalibus & c.] ꝙ ꝑsonatus b & dignitates hic sumuntur, vt synonima, & idẽ importantia in substãtia. Nã supra in principio fecerat mentionem de dignitatib. in versi. hoc idem in personatibus, appellat dignitates ꝑsonatus. Et an in veritate hæc differãt inter se, & qualiter cognoscãtur dignitates & personatus,
4 dicã. ɔ. Iatius. † No. in ver. Addẽ tes. ꝙ in eadẽ ecclesia nullus pos-

habere

ADDITIONES.

a ¶ Non vocato. Adde do. Car. consi. 63. & 74. Ro. consi. 499. d. Car. consi. 132.
b Seb. Sab. ¶ Personatus. Vide Are. in consi. 124. incip. in præsenti. col. 2. & Old. consi. 156. inci. in ecclesia Valentina, col. 3. cum a leg. per Decium in c. cum accessisset. t. n. 1. no. sup. de consti.

hẽre plures dignitates seu ꝑsonatus, & dic idẽ in diuersis. vt patet ex ꝓcedẽtib. in tex. & in c. qa nõnulli, ꝑall. & in c. dudũ, il 2. de ele. & no. in c. i. de 2sue. li. 6. Sed hic dicit de eadẽ ecclesia ad maiorem exaggerationẽ, seu aggrauationẽ, quasi odiosius sit hẽre in eadẽ ecclesia, ꝙ in diuersis. Et iõ dicit Ægi. quẽsequũ hic cõiter Doc. notabile verbũ, ꝙ si dispensat cũ aliquo, vt possit ꝓcq duas dignitates, seu ꝑsonatus, intelligit, vt hẽat in diuersis ecclesiis, nõ in eadẽ, a quod satis patet: qa cum mã ista sit odiosa, dẽmus capere intellectũ minus iuri exosum, in c. j. & ij. de fi. ꝑsby. & c. ꝙ dilectio, ɔ. de 2stan. & affi. facit c. statutũ, de ele. li. 6. † No. in versi. [Circa sublimes.] ꝙ nobiles, seu sublimes ꝑsonæ, non reprobant ab ecclesia. quinimõ honorant in collationib. beneficiorũ. Et dic sublimes, i. nobiles, quasi sup alios eleuatos, sup limẽ positos. Et no. bñ, ꝙ ꝑ
b sonæ literatæ b eq parant c nobilibus; & sic dẽt ecclesia honorare
c ꝑsonas ꝛratas, non solũ verbo; sed ẽt facto, vt subueniendo eis pin
guibus de redditibus ecclesiæ ꝑ aliis minus literatis; & hoc nõ pro
uenit ex alio, nisi qa sciẽtia prodest nedũ hẽnti, sed ẽt toti vniuer
sali ecclesiæ. Nã mundus sine literatis regi non posset, vt in auth.
habita, C. ne fi. ꝑ pa. & alibi dicit tex. ꝙ ecclesia vniuersalis admodum ad suũ regimen indiget viris literatis, in c. cum ex eo, de elec.
6 li. 6. † Et pp hanc cãm ecclesia dispensat cum volentib. ire ad studium literariũ, vt possint se absentare ab ecclesijs ẽt curatis. ꝑ sep
tennium, vt non teneantur interim promoueri ad sũm cerdotiũ, vt
d in d. c. cum ex eo. Et p hanc considerõnẽ, & multas alias cõiter
Doc. cõcludunt in c. pe. de magi. ꝙ religiosus de licentia sui ꝓlati
e põt promoueri ad officiũ docendi, d nec aliq Doc. discrepãt, nisi
parum intelligentes, & idem Arch. 16. q. 1. in c. monachus, sentit
Grati. in chinc, §. superior, ea. cã & q. Nam ꝑsidens cathedræ ne
cessitas, vtilitas, & necessitas ecclesiæ, ac etiãm ꝓgratiua ꝓsonarũ:
dum est vtilis, ꝓpria nomasterio, cũ efficiatur peritior, sed ẽt toti
vnde dispẽsans hẽns ista ꝑ oculis, nõ dr facere ɔ bonum publicũ,
ecclesiæ vniuersali; & ideo dicit Hier. scribendo ad Rusticũ mo
nachum: Longo tpe disce, q̃ postmodũ doceas, & alibi: Mihi pla
nec ꝓferre bonum priuatum publico, sed relaxare statutum gña
cet, vt sanctorum habeas con tubernia, nec ipse te doceas. vide la
le pp bonum publicum cõcurrens in casu spãli. Si. n. dispensatur
tius in c. sic viue, & in c. si clericatus, 15. q. 1. & vide Gratianum in
cũ sublimib. ꝑsonis, & literatis. hr consideratio ad bonum publi
d superiori, cũ se. vbi reducit ad cõcordiam iura illius qõnis, q̃ vñr
cũ, qđ per istos prouenit vniuersis. Nã, vt dixi, ꝑsona literata pro
f pria maxime respõdendo ad d. c. monachus, vbi dr, ꝙ nõ hẽt offi
cium docentis, sed plangentis. Nam dẽt intelligi, ꝙ eo, qa religio
7 sos, nec vtiq; reperi aliquem sentientem ɔrium. † Op. in fi. c. in eo,
tius põt ꝑfici cathedræ, ex quo emanat tãtus fructus circa vniuer
sales, non hẽt legitime officium docẽtis, qa nõ hẽt ad hoc officiũ,
sed si eligit ad illud, bñ põt docere, sicut videmus, cum ꝓmouẽt
ad beneficiũ curatum; maxime ẽpatum, tunc legitime docet, &
g vide bo. tex. in c. fi. de magi. vbi vr magis cõmendare, & priuilegia
re docentes, q̃ addiscẽtes, & maiorẽ fructũ faciũt in ecclesia Dei.
Nã cũ possit religiosus esse cubicularius ẽpi, & sic hr̃e officiũ cu
biculari ꝑ tam fructuosum ecclesiæ vñ. 2. q. 7. c. cum pastoris. po
f

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt in d.c ex literis, 2.q.3.c. si quē pēnituerit. §. notandum. Nec ob.c. eum qui, et i.li.6. Loquitur. n. in eo, q; p vim occupauit bñficiū, seu intromisit se in illo; sed nos loqmur in eo q̄ introiuit p ostium; sed calore iracūdiæ fuit deductus, & statim pēnituit,
14 facit de pœn. distin. 1.c. diuortium. † Sedo fallit in eo, qui fecit expensas de patrimonio in primo bñficio: non. n. cogitur dimittere primum, nisi sibi satisfiat primo de expensis, arg. 12.q.4.c. quicunq;. & no. bñ casum, vt retentio pro expensis habeat locū
a ēt in beneficijs.[a] Et ex hoc pōt colligi vnū no. dictū, si clericus sine testō moriť, pōt hrs repetere expēsas, quas clericus fecit de patrimonio in bñficio; & fortius hoc p̄cedit, si specifice clericꝰ
15 illas repetēdas decreuerit. † Addit & alius casus, cū superior primi bñficij non vult hre ratā collationē scdi, sed repetit ipsū clericū. cū. n. nō possit clericꝰ directē & expresē renūciare suo bñficio sine licētia superioris; ita nec indirectē recipiēdo fm, de renun. c. admonet. & c. q̄d in dubijs. Et credo q̄ requirit cōsensus cuiuslibet, q necessario requirit in renūciatione expressa, vt col
16 latorū & patronorū, de quo die, vt dixi in d.c. † In ea. gl. ibi, [Sed p receptionē corporalē;] & dēt hęc receptio esse pacifica. Dicit tñ Inn. q̄ si in prīc. n ō potuit hre possessionē scdi, nō vacat primū: sed si habuit possessionē, licet postea moueat sibi qō de iure, vel de facto; ga nō dr fuisse, q nō stetit, ad hoc tex. cū gl. in c. cōmissa, de ele. lib.
b 6. & clem. grę, & ibi per Paulū, de refer. & d.c. licet eps, facit c. si quis iā translatus. 22.q.2. Nō. n. pōt dici pfectē translatus, ex quo dubitat de iure suo; & facit c. cū in cūctis, de elec. sup. eo. q̄ bñficia electi & confirmati in Epm non vacant; ga adhuc nō vr plane translatus. Ex oīb. prædictis cōclude, q̄ rlr post pacificā possessionē scdi, vacat primū. Et post hāc p̄stōnē emanauerūt multa iura. Et primū c. si tibi cōcessio, inf. eo. lib. 6. q̄ limitat istud. Si n. non pōt habere fructus scdi bñficij, quia ex priuilegio forte debētur alij ad tps, non vacat primū. Itē emanauit c. cū qui. eo. ti. lib. 6. vbi extenditur hoc ad cū, qui vi, vel scienter intrusit se in scdū bñficiū. Itē emanauit c. cum singula, eo. ti. lib. 6. quod extē dit hoc ad regulares dignitates. Demū superuenit cle. j. de sup. neg. prāl. quæ dicit hoc procedere, ēt in prioratibus manualib.
17 Item clem. vnica, de offi. vic. vbi dr hanc vacationē induci, ēt si recipiť vicaria perpetua bñficij curati. † In gl. super ver. prouentibus, ibi. i. [Proprius.] No. bene gl. istā, ex qua collige clericū nō cōpellendū ad fatisfaciendū oneri sibi incumbenti, ex delicto, vel quasi, seu ex contractu: nisi noīe p̄prio de fructib. bñficij sui: ga delictū personæ non dēt obesse eccłæ, & vide consimilē gl. in c. cū sicut, inf. de cōse. eccle. vel alta. & bene facit gl. in l. stipendia. C. de exec. rei iu. vbi dr, q̄ sicut in cā iudicati nō debent capi stipendia militū seculi, ita nec stipēdia militū eccłæ. Host. tñ hic dicit, q̄ pōt cōpelli ad satisfaciendū de his fructibus, quos fecit suos, fortē munitus opi. q̄ no. per gl. in c. pūti, de offi. ord. lib. 6. Hæc q. depēdet ab alia, nunquid clericus faciat fructus bñficij suos? de qōne vide q̄d plane dixi in rep. c. cū esset, de testa. & vide de vtraq; qōne, q̄d no. in c. peruenit, de fideiu. & per Archid. in c. statutū, de rescr. li. 6. Ego sp tenui simp̄r, q̄ nullus clericus
c faciat fructus suos c inspecto iure cōi; & p̄ consequens, q̄ non debēt capi fructus bñficij pro debito ipsius bñficiati. Sed nunqd valeat cōsuetudo in oppositū, vide no. Io. An. in reg. nemo pōt, de reg. iu. li. 6. in Mer. Et in fi. gl. not. q̄ possessor bñficij cū mala fide, cōpellit restituere oēs fructus, & vide tex. in c. cū dilectus,
d in fi. de iu. pa. a p̄rio ergo secus; si bona fide possidet, d q̄d tenēt
18 do. de Ro. dec. 24. † In gl. in ver. [In eadē ecclesia &c.] ibi, [p̄riū credo] No. gl. vſq; ad fi. Ex qua habes duo satis notāda in mā ex tēsionis. Primo, q̄ vbi duo sunt a iure æq parata, pena adiecta in
e vno, vr adiecta in alio, e pro hoc tex. cū gl. in c. si postq̄, in fin. de ele. c. li. 6. facit. l. 2. ff. ad Tert. Scdo, q̄ si in fine alicui[a] statuti pena lis fit aliqua additio, q̄ pena appolita in principio, vr repetita in illa adiectione. Ex quo. n. adijcit, vr q̄ sit pars illius statuti. Et in
f tellige, cū dr [adijciētes,] vel ēt. [Idē iudiciū esse volumus, &c.] & hāc gl. hic cōiter sequūt Doc. Sed vide gl. q̄ directe sentit oppositū in cle. q̄n, in fi. de vi. & ho. cler. in ver. sanctioni, sed hæc gl. vr verior. In gl. sup ver. [Et literatus,] ibi: [Scīa nobilitat hominē, &c.] Et p̄ hoc facit, q̄d dixi S. in vlti. no. & vide gl. 2. dist. c. lex, q̄ dicit, q̄ maiores natu possunt appellari ēt literati, cū aliis, de quibus ibi no. Et ad cap. cū oēs, quod gl. hic alleg. pro qualitate seruāda in bñficijs dic, vt ibi plene no. † In gl. super ver. [Per
19 sēdē apostolicā,] in fi. Dic q̄ tota hæc glo. pōt reduci ad vnam p̄clusionē, q̄ solus Papa dispensāt in plurib. curatis; in alijs vero pōt dispensare Eps. & hanc conclusionem firmat gl. licet refe rat opi. p̄riā q̄ in duobus curatis dispensāt solus Papa, in duobus simplicibus, vel simplici, & curato Eps; & si sunt in diuersis diœcesibus, debet vterque Eps interuenire in dispēsatione.

Et no. hoc vltimum & bene facit arg. infra de sen. excō. in c. cū illorū, in §. si vero clausſtralis, & quod no. in c. pastoralis, de priui. Pet. & Abb. dicunt, q̄ dispensatio, quæ fit p̄ necessitatem vel vtilitatem ecclesiæ, non intelligitur prohibita Epis, ēt in curatis, sed solum illa, q̄ fit p̄ prerogatiuā personæ: & vr hæc opinio placere Host. licet dicat curiā seruare indistincte primā opi. q̄ vr sequi Io. An. Dicit. n. q̄ si Eps posset dispensare, nugatorium fuisset hoc dicere hic, q̄ sedes apostolica dispensabit. D. Ant. vr tenere primam p̄clusionem: sentit tñ, q̄ in pluribus beneficijs vltra duo Eps non dispensat, alle. c. quia in tñ, supra eo. Quod iudicio meo nihil facit: nam non loquitur c. illud de dispensatione, q̄ fit ex causa; sed de his, qui p ambitionē plura bñficia recipiunt, vt patet ibi in prin. dū dicit [Quod in tñ processit quorūdā ambitio &c.] non enim potest dici, ambitio, si dispēsatio fit ex causa. Ponc. n. q̄ sublimis, vel literatus non pōt viuere ex redditibus duorum bñficiorū simplicium, dicemus ne, q̄ Eps
22 non pōt dispensare in tertio? nullibi reperitur oppositum. De hac mā dispensationis circa pluralitatem bñficiorum, vide q̄ dixi in repet. §. qui vero, in c. extirpandæ, ī. eo. tit. & circa prædas dixi in c. cū iam dudum, §. eo. & placet mihi multum circa curata limitatio Pet. & Abb. quos sequitur Host. vt p̄ necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ possit Eps hodie dispensare. Nā cum olim posset, vt probatur in d.c. sanctorum. 70. dist. non vr ius illud immutatum per hanc constitutionē, quæ directe non prohibet epō dispensare, nec ēt loquitur, q̄n immineret dispensatio p̄ necessitatem, vel vtilitatē ecclesiæ. Nec ob. c. literas dr. leg. in gl. loquitur. n. in pluribus præbendis eiusdem ecclesiæ, in quibus episcopus nō dispensat, vt dixi in d.c. cum iam dudum.

ADDITIO. † Sed nunquid talis, cū quo dispensatur circa pluralitatē bñficiorū, sit tutus quoad Deum? dicas q̄ aut dispensatio fit ex causa p̄ necessitatem, vel vtilitatem ecclesiæ, vel p̄ euidentē p̄rogatiuā meritorū, & est tutus: aut sine causa, & non est tutus quoad Deū, sed bñ est tutus quoad ecclesiā
21 militantē, vide Petrū de Ancha. in c. 1. de cōst. in repet. † Extra gl. quæro de q. quotidiana, & difficili, quæ dicatur dignitas, per-
g sonatus, § vel officiū; nā hic habemus quem non posse habere duas dignitates, vel personatus, & idem dr de officijs in c. 1. de const. li. 6. Inn. & Io. And. & alij multi hic instant. Nam q̄n; ōia ista sunt synonima, vt probatur in c. cū accessissent, de p̄b. vbi idem officium appellatur dignitas, & personatus. In p̄rium fecit iste tex. vbi dicit idem in personatibus, & in hoc varie loquitur iura. Expedio gl. Inn. per conclusiones. Prima conclusio: di-
h gnitas, & p̄sonatus[b] nō differūt in substātia, sed Arch. sentit p̄riū in d.c. 1. de p̄s. vbi dicit, q̄ dignitas est administratio rerum ecclesiasticarum, cum iurisdictione. Personatus vero est quā p̄rogatiua in ecclesia sine iurisdictione, vt qa hēt stallum in choro honorificū p̄ aliis, vel qd simile. Officiū vero f m eū est administratio rerū ecclesiasticarū sine iurisdictione. Sic pōt poni exemplū in sacrista, seu thesaurario. Sed p̄ certo, iura ista nō phāt, & potiꝰ credēdū est, q̄ ex varietate locorū illa rreuerūt hæc diuersa vocabula. Nā in multis locis dignitas appellat p̄sonatus, & in aliquibus q̄dlibet bñficiū curatū, dr p̄sonatus; iō in istis dēratēdi substātia rei magis, q̄ denominatio, vt statim subijcia. Cōter tñ, vbi Doctores tāgūt hāc mām, p̄clusio cōis est, vt is dicit habere dignitatē, q hēt iurisdictionē, vnde quilibet rector, seu prior ecclesiæ collegiatæ, dr habere dignitatē, vt no. Paul. in cle. 1. de ele. & in cle. ne in agro. de statu reg. Do. de Rota. deci. 166. & talis, p̄rie, & stricte appellat plat⁹ vt ī c. cū ab ecclesiarū, vbi habes bonā gl. de of. or. vide tex. cū gl. i. c. 2. de iu. licet largo mō

Rector

ADDITIONES.

a Seb. Sap. ¶ In beneficijs. Idem firmat do. Abb. in c. fi. infra, de pec. cleri. vbi hæc limitat, quando clericus facit expensas non contemplatione filij, sed ecclesiæ, vt ibi per eum.

b ¶ Instant. Doct. Adde Calde. consi. 5. hoc ti. & vide quod voluit Rom. consilio. 356.

c Fructus suos. Adde Calde. consi. 21. hoc tit. dom. Car. consi. 110. & consuluit Bal. consi. 71. 1. li. q̄ episcopus, qui contraxit debita, ante adeptum episcopatum, & iurauit soluere, si peruenerit ad pinguiorem fortunā, q̄ non teneatur soluere de fructibus episcopatus.

d Sab. Sap. ¶ Possideat. Quod possessor bonæ fidei, & in beneficialibus non teneatur ad restitutionem fructuum, tenet Abb. in c. dilecto, sup. eo.

e In alio. Adde Roma. consi. 110. & 129. & 130. Adde Bar. in l. Marcellus. in pen. col. ver. 2. dico. ff. ad Trebel. & quod ibi dico, & fuit originaliter dēmente gl. in l. si quis seruo, in fi. C. de fur. & inducitur p̄ dom. Arc. ad pal. chram q. in rub. ff. de acqui. poss. & intellige, qñ ista sunt æquiparata per modū regulæ, nec obstat tex. in auth. quas actiones, cū l. græce. C. de ss. ecclē. fm do. meum do. Vincen. de Peruſio vulgariter dictum el Fregio in rub. ff. de acqui. poss. quasdam limitationes ad dictam gl. ponit Ias. in 6. ex maleficiis, in 11. col. Iastit. de actī. Aen. de Fal.

f Seb. Sap. ¶ Adijcientes. Quando pœna censeatur repetita, vide late per do. Ias. in l. pe. ff. de in ius vocan.

g ¶ Dignitas personatus. Adde do. de Rota decis. in nouis, hoc tit. Zachar. ¶ Adde Card. in clemen. in vlti. q. de pœ. & Lud. Rom. consi. 247. & consi. 332.

h Seb. Sap. ¶ Et personatus. Vide Are. in consi. 32. inci. in præsenti consultatione, cum his quæ posui supra in notabilibus.

Rector curatus, dicatur habere prælaturā, vt est tex. in c. tua, ī. de cler. ægrot. no. Pau. ī cle. dudū, de sepul. Pro hoc tex. in c. nisi,
a §. eo. vbi prior ecclesiæ conuentualis, e dr hēre dignitatem, &
b abbatissā hēt dignitatē, b vt est tex. in c. indēnitatib. de elec. li. 6. vide tex. in c. j. de æta. & qual. vbi multi appellātur prælati. Sed a conclusio, q̄ ad considerādum dignitatem, debemus attendere, an vocetur aliquo noīe de dignitatibus, q̄ in iure sunt expſſe, vt puta, appellatur Arch. licet nullum ministerium dignitatis exerceat, & ponit Inn. exemplū in archidiaconatu parmēsi. Nos rectius possumus exemplum ponere in archidiacono Senēsi nā Parmēsis saltē hēt stallū p̄eminētē in choro. Ex hoc vr
veille Inn. q̄ solū nomē sufficiat, vt includat in hac p̄stōne, de quo multū dubito, cū dēamus potius attēdere vim, & subſtātiā rei, q̄ vocabulū, & Arch. in d.c. j. vr regrere saltem aliquā p̄rogatiuā in loco. Sed D. de Ro. dec. vbi s. simp̄r sequunt hanc
22 opin. Inn. sed in p̄rium facit c. dudum, el 2. de elec. † Item accumulatio harum dignitatum, fuit prohibita p̄ impotentiā deferuiendi, & exercitij, sed vbi hēt solū nomen, illa cessat rō, ad hoc e. ga nonnulli s. eo. & c. quia in tñ, s. e. & cogita sup hoc. Tertia cōclusio, q̄ si in loco reputatur dignitas, seu p̄sonatus licet in iure non hēatur pro tali; tñ dēt censeri, fm reputationem loci, & hoc no. Quarta cōclusio, et inspiciat institutio: si enim fuit instituta, vt esset dignitas, hēbitur p̄ dignitate. Quinta conclusio, & notabilis, q̄ oportet q̄ dignitas sit ppetua. ad
23 hoc, vt includat sub ista p̄stōne. Pro hoc c. j. s. de cōse. li. 6. † Et p̄hoc soluit q̄ō, nunq̄d acceptās epi vicariatum, pdat dignitatē, seu beneficiū curatum? & vr sic, ga cōsequitur dignitatē p vicariū, vt no. in gl. in cle. & si principalis, de resc. Itē saris est, q̄ possit esse ppetua, ga forte eps non remouebit eum in vita: ergo dēt cēseri vt ppetua, vt ar. in Iurisperitos, ff. de excu. tu. Sed ōniū puto verū, qñ illa dignitas est epi, & de facili p̄t remouerī ad hoc c. j. de of. vic. li. 6. Sexta conclusio, q̄ licet qs exerceat ministeriū spectās ad aliā dignitatē, ex quo tñ in loco nō reputat dignitas, non hēbitur pro dignitate. Cōtrariū forte posset attēdari, vt magis attendamus subſtātiā rei, pp q̄ emanauit cō
firō, q̄ erronea loci estimationē. Septima p̄clo & vltima, q̄ habēs officiū sine iurisdōne nō comphendit in hac cōstōne. Pu-
to, q̄ si officiū, est nudū ministeriū, ita q̄ nō hēt p̄rogatiuā p̄ aliis, tunc, p̄cedit dictum suum. Puta, si est procurator ecclesiæ, seu ecclesiæ si officiū cum p̄eminentia, vt Thesaurariā, c p hoc vr
tex. in d.c. j. de p̄s. li. 6. Et quasr cognoscat minoritas dignitatis, vide per Io. An. in c. pe. de offi. dele. li. 6. hęc procedunt in dignitatib. ecclesiasticis. Quasr aūt assumatur dignitas, vel nobi-
24 litas inter seculares, & qs possit facere nobilē, aut militem, vide plene per Bar. in l. j. C. de digni. li. 12. † Vltimo q̄rit de alia qō ne, q̄ venit ad declarōnē text. quod dicatur beneficiū curatū, & quid si hēat curam in habitu, sed non actu, nunquid includatur in hac p̄stitutione? & valet hoc ad multa, vt si in aliquo statuto penali fiat mentio de collegio, nunq̄d sufficiat collegiū habitu licet non actu. Quoad primum p̄cludit, q̄ bñficiū dr curatum, cum hēat curā animarum siue in foro p̄tentioſo, siue in pœnitentiali, & vide tex. & ibi plene per Inn. in d.c. dudum, el ii s. de elec. Sed adde vnā gl. no. in cle. dudum, de sepul. q̄ vr velle, q̄ tūc proprie qs hēt curā, bñ adstringitur ad administrāda ecclesiasticā sacrā, & alij tenentur ad eum recurrere.
d Nā dr cura, qa cor vrit, d s. reddendo eum solicitum in administratione sacrorum. Et ideo cum hodie fratres mendicantes possint audire cōfessiones, & p̄dicare vnr here curam, q̄d nō est verum, cum alij non astringantur ire ad eos plus, q̄ velint, nec ipsi necessitentur audire. Et parochia dr quasi partitio cu-
ræ, qa cuiq; curato dat certa pars ciuitatis, seu pars castri p̄ cū curāda in diuinis. 13.q.1.c.1. & vide quod not. Pau. in cle. 1. de bapt. ubi tractatur, nunq̄d p collationē solius baptismatis dicat ecclesia curata, & q̄d ex p̄statione alteri⁹ facri tm. Quoad secundum uariæ sunt opi. quidā tenuerunt nō sufficere, ut ec-
clesia sit curata habitu; iō dicūt, q̄ si omnes parochiani alicuius ecclesiæ sint mortui, uel recesserunt de loco; talis ecclesia nō p̄cluditur in dispositione huius c. Hāc opi. tenuit Hoſchic, & latius, p̄sequit in d.c. nōnulli, & Fed. de Sen. cōl. 130. Pau. in
cle. 1. de of. vica. & multi alij, & p̄riā opi. tenuerunt hic Inn. & Io. Cald. & multi seq. facientes fundm, q̄ ecclesiā curatā facit ordinatio epi, non accidētia facti; & satis est, q̄ si hodie unus haberet ad habitandum in parochia, pōt sine alia licētia administrare illi sacra. Mihi plus placet j. opin. primo, qa cum simus in pœnalib. dēnt uerba capi in potiori significatu, vt euitemus pœnā. Pro hoc c. statutū, de cle. li. 6. Item principalis rō constitutionis cessat, cum non sit impotens ad seruiēdum utriq; unde sic filiet eps poterit in istis dispēsare, nec induceret uacatio ipso iure, p̄ receptionē secundi, & uide pro, & c̄, duas gl. no. in simili, unam in c. statutum, aliam in c. licet canon, eo. ti. & lib.

a ZACH. ¶ Prior ecclesiæ conuentualis. Adde istum in c. nisi esset, & quod ibi no. in apol. ad eum in ver. dignitas, nu. 6. sup. eo. ti.
b ZACH. Abbatissa habet dignitatem. Adde Phil. Fran. in c. indemnitatibus per istum alle. §. verum, nu. 2. & ibi apo. C el. in ver. dicitur habere dignitatem, & Fel. in c. memimus, col. 2. vlterius quæro, infra de accu. Legistæ habent tex. in l. generali, C. de sacrof. eccle.
c Thesauraria. Adde eundem Alex. consi. 96.
d Cor urit. Adde Old. consi. 102.

SVMMARIVM.

1 *Conferens beneficia indignis, suspenditur a collatione beneficiorum, & a Papa vel Patriarcha absolui potest.*
2 *Clerici indigni possunt promoueri, siue assumi ad beneficia, quando nō reperiuntur digni, dummodo non sit tanta indignitas, quæ inducat peccatum, quo casu si Papa rescribereret pro eis non esset ei obediendum.*
3 *Clericus inhonestus, et illiteratꝰ nō, p̄mouetur, et aliqn, p̄motus reiicitur.*
4 *Episcopus non potest deponi, nisi a solo Papa; suspendi verō potest a concilio prouinciali.*
5 *Delicta reiterata, grauius puniuntur maxime præcedente monitione.*
6 *Capitulum non succedit, quādo Prælatus est suspensus a collatione beneficiorum, vel a toto officio propter eius delictum, & nu. 10. & 12.*
7 *In penalibus, prouiso concepta in veram personam, non extenditur in re præsentatam vel fictam.*
8 *Archiepiscopus non potest puniri per concilium prouinciale, quia ipse est caput concilij, & idem in Papa per concilium generale, quia ipse est caput.*
9 *Inquisitio generalis pōt fieri aliqua fama nō p̄cedēte, si talis vero, i. quando sit contra certam personam, non potest fieri, aliqua fama, non p̄cedēte. Si in inquisitione generali nominatur certa persona, contra quam postea specialiter inquiritur, depositiones factæ in inquisitione generali, nō faciunt fidem in inquisitione speciali.*
11 *Collatio facta indigno an sit ipso iure nulla, vt conferens priuetur potestate conferendi.*
13 *Excommunicatus a concilio prouinciali potest absolui ab Episcopo suo.*
14 *Excōmunicatus ex constitutione alicuius Episcopi alieni, potest a suo Episcopo absolui, secus si esset excommunicatus ab homine, quia non posset absolui, nisi ab illo, vel superiore.*

CAP. XXIX.

1 **Graue nimis,** † Cōciliū p̄uinciale, a bñficiorū collatione suspēdit eos, q̄ post secūdā correctionē indignis bñficia p̄rerunt. Prouidet ēt, ne quis interim bñficia p̄ferat, & illam suspēsionem relaxat solus papa, vel solus Patriarcha. Primo narrat delictum. Secundo, p̄uidet ibi: [Voluntas.] Casus lit. Quidam plati ecclesiarum carnali affectione ducti, non iudicio rōnis promouēt indignos ab bñficia ecclesiastica, vñ multa pericula imminent ecclesiis. Volēs concilium huic morbo mederi, p̄cipit vt p̄ termissis indignis, p̄mouēt idoneos, q̄ Deo, & ecclesiis valeāt deseruire; & de hoc fiat diligēs inq̄sitio in p̄cilio annuatim. Et si aliqs post tri-
nā monitionem, culpabilis repertus fuerit, p̄ ipsum p̄ciliū suspendat, & in eodē p̄cilio persona idonea instituat, q̄ suppleat
2 suspēsi defectū in bñficijs p̄ferēdis. Et hoc idem circa capitula, q̄ his deliquerint, obseruet. delictū vero Metropolitani ex parte p̄cilij dño Papę nunciet, et vt istud statutū melius obseruet, snia huiusmodi suspentionis sine licentia Romani Pōtifi
cis, vel Patriarchæ non relaxetur. B. † No. j. ibi [Cum possint viros &c.] Arg. a p̄rio literæ, q̄ in defectū idoneorum, possunt indigni assumi ad beneficia. Nā fm Host. p̄stituēda est domus ex lapidibus, q̄ occurrūt, & melius est locū implere, q̄ vacuū dimittere, ar. in l. gñar, § spurius, ff. de dec. vbi in defectu legitimorum spurij assumunt in decuriones. Sed aduerte, qa idem Host. in quadā alia apostilla sentit p̄rium. Dicit enim q̄ si vnus solus reperitur idoneus, illi soli sunt potius cōferēda plura beneficia, q̄ indignis, ad hoc 21.q.j.c.j. Concordarē sic, q̄ vbi tāta est indigñitas, q̄ non pōt p̄uideri sine peccato, vel sine grauiorum scādalo, & tunc procedit fm dictum. Secus si nō est tāta indignitas, vt q̄a patit solum defectū in scientia. in alijs tñ est bonus clericus, & tūc procedit arg. a p̄rio huius literę, & vide q̄d no. Io. And. in c. cum adeo, de resc. vbi sentit, q̄ ēt
a mādato papæ non est obtemperādū, qñ est tanta indignitas,[a] ex parte promouēdi, vt sine peccato mortali promoueri nō
3 possit. † No. 2. q̄ morum inhonestas, & literarum defectus, impediunt quem promouendum, & qñq; deijciūt iam promo-
b tum,[b] vt in c. fi. de æta. & qual. † Tertio no. q̄ p̄cilium prouin-
4 ciale habet iurisdōnem super omnes de prouincia, vnde & p̄latos ex proprio delicto pōt suspēdere. Episcopum tñ deponere non potest, ibi enim requiritur authoritas papæ, 3.q.6.c.
2 accusatus, & c. quamuis. † No. 4. ibi, [Annuatim.] quod concilium prouinciale debet fieri annuatim, & idem dicendū de sinodo

ADDITIONES.

a SEB. SAP. ¶ Indignitas. Adde, q̄ non valet collatio facta per papam notorie indigno, tanta indignitate, q̄ nutriretur peccatum, vt lare concludit Fel. in c. fi quando, col. 2. ver. propter illud dictum in no. 5. de rescr.
b ZACH. ¶ Iam promotum. Adde q̄ eps indoctus, si est indigne promotus, meretur decapitari, secundum gl. fi. in l. qui cū vno. in prin. ff. de re mil. Fel. in c. fi quando, col. 5. ver. considera tertio. sup. de rescr. ite qua scia requiratur in episcopo. uide gl. & Arch. 11. dist. c. statuimus. Et vtrum papa possit dispensare cum illiterato, vt sit episcopus, dixi in apost. ad istū post eum in rub. sup. de sum. Trini. nu. 6. in ver. episcopi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sinodo ep̃ali, in c. sicut olim, il 2. de acc. vbi vtrunq; dictū probatur, & est bo. tex. in mā istorū ꝓciliorum. Not. ibi [Post primā, & secundā correctionē,]ꝙ delictum iteratum, grauius punitur: maxime præcedente monitione, tū ga vī delictū cōsuetudini deputatū l. 3. C. de epis. audi. & c. monasteria, de vi. & hon. cleri. tum quia vī incorrigibilis. c. cū non ab hoīe, sup. de iud.

6 No. ꝙ prælato suspēso a collatione bñficiorū, non succedit capitulum. Pro hoc c. 1. de sup. neg. p̃l. li. 6. & c. ga diuersitatē, ℩. de ꝓcess. præbē. & generaliter posset dici, ꝙ prælato suspēso a toto officio, pp delictum proprium diu cōtinuatum, non succedit capitulum, vt vī tex no. in c. fi. de ſta. reg. f̃m intellectum, quem ibi dabo. Nam hoc clare probatur ibi in Abbate suspenso, vel

7 remoto. † No. in ver. & hoc ipsum, ꝙ licet sup. prouiderit tex. ℩ p̃latos, seu collatores bñficiorū; nihilominus in hoc prouidet ip̃aliter ℩ capitula. Ex quo potes colligere not. dictum, ꝙ in mā penali prouisio ꝓcepta in veram personā, non extenditur ad fictā, & repsentatā; & pro hoc est tex. opti. in l. 3. de neg. gest. No. vlt. casum, in quo ille, qui suspendit, nō pōt absoluere, regulariter ℩, de pe. dist. 1. verbū. Sed rō ip̃alitatis huius ponit in tex. vt

8 de facili hæc suspensio non remittatur; & quatuor Patriarchæ honorent. † Potes ēt colligere, ꝙ Metropolitanus non pōt punire per capitulū prouinciale, & hoc, ga ipse est caput concilii, & sic facit in arg ꝙ Papa nō pōt puniri per cōciliū gñale, cū

9 sit caput ip̃ius ꝓcilij, pro quo facit op. text. in c. significasti, de elec. † In gl. 1. ibi,]Imo. ex officio.]Pondera gl. nam per hanc dictionem, imo, quę venit correctiue ad p̃cedentia, vt leg. & no. 16. q. 1. p̃dicator. sentit ꝙ hāc inquisitionē facit ꝓciliū, ēt fama non p̃cedente. Sed ob. c. qualiter & qñ. il 2. de accu. vbi text. loqtur de inquisitione fienda ex mero officio; & tñ requirit infamiā p̃ambulā. Inn. primo reddit rōnē diuersitatis, dicens, ꝙ hic nō fit inquisitio, vt pena irroget alicui ip̃aliter; sed vt subditus reddat rōnem de talento sibi cōmisso. hæc rō nō placet Host. & mihi multo minus. Nā c. qualiter. loquit de rōne administrationis reddenda. Item hic venit imponenda pena suspensionis. Reddit sc̃do Inn. aliā tōnem dicēs, ꝙ ista concilia principaliter fiunt ad correctionē morum. 18. di. c. qm̃. & est tex. in d. c. sicut olim, quasi velit, ꝙ ibi non agit ad pœnam. Sed in ℩rium facit, ga pena venit imponēda, vt p̃dixi; nec p inquisitionē dēt aliqs infamari; ex quo infamia nō p̃cessit. Host. reddit duas alias rōnes, q̃ profecto nō satisfaciūt. ℩rio. Iō bī dic, ꝙ iste tex. loquitur

a de inquisitione gñali, & non ℩ certam personā: gñalis[a] aūt inquisitio pōt, & dēt fieri per superiorē; cū debeant purgare prouinciā malis hoībus. c. 1. de off. ord. l. congruit. ff. de off. p̃sid. & in hac nō requiritur, ꝙ infamia p̃cedat. Contraria loquuntur in inquisitione sp̃ali ℩ certam personam, in qua requiritur, ꝙ infamia p̃cedat; & hoc aperte sentit Inn. in c. 1. de post. prælat. & probatur dictis iuribus, & d. c. licut olim. Videmus ēt, ꝙ pp hanc inquisitionē gñalem, dēt p̃latus annuatim visitare diœcesim, c. cum venerabilis, de cēnsi. & de offic. Archid. c. mandamus. Et aduerte, ꝙ si in hac inquisitione gñali nominat aliqua persona, fit inquisitio sp̃alis ℩ illam personam nominatam; nec

b depositiones factæ ī inquisitione gñali, facient fidem in sp̃ali, b vt no. sp̃aliter Inn. in c. bonæ. de elec. & per Bar. in l. fi. ff. de qō.

10 & hæc no. † In gl. 2. in fi. Sol. clarius f̃m Doct. ꝙ ℞ria procedunt respectu illius bñficij duntaxat, quod ꝓsertur indigno. Nā non requirit aliqua monitio, sed incontinēti potestas prouidēdi illi, vice, deuoluitur ad capitulum, vel superiorē, iuxta ea, q̃ habētur in ℞ijs hic signatis. Istud c. loquitur de suspēsione gñaliter fienda a collatione omnium bñficiorum. Hæc n. pena cum sit grauis, non infligit ipso iure; sed oportet, ꝙ p̃cedat bina monitio, & post modū sequatur sñia suspensionis, & dicit Inn. vtraque pœna pōt ꝓcurrere, illa respectu illius bñficij fine admonitione ex vnico delicto tm̃, ista respectu delicti ꝓtinuati, & quo-

11 ad ola bñficia. † In gl. super verbo, suspendatur, ibi, [Essent irregulares.]Aduerte, ga gl. nō vī bene dicere; immo iudicio meo est ℩ c. cū in cūctis, de elec. Nam ibi patet, ꝙ collatio facta indigno, est ipso iure nulla; & potestas prouidendi pro illa vice, deuoluitur ad aliū. Pone. n. ꝙ collatio parochialis eccleſię fuit facta patienti defectū in ætate, vel prorsus illiterato, dicemus ne illos tolerādos ga nō sunt irregulares? certe minime, immo ēt

c eos dēt remoueri. c c. fin. de ætat. & qual. Dic ergo sic, ꝙ aut isti sunt indigni illa indignitate, q̃ impedit vires collationis ipso facto, vt in quatuor defectibus, q̃ habentur in c. cū in cunctis. supra all. & tūc in dubio sunt isti de facto remouēdi, ga nullū habent ius in beneficiis, vt ibi. Aut nō est talis indignitas, & tunc si est magna, dēt remoueri, & priuari, ex quo est inhabilis, ar. c. 1. de ætat. & qual. & 16. q. 7. c. inuētū. 18. q. 2. c. si qs Abbas. Aut nō est tāta indignitas & poterūt tolerari; & hoc casu posset ꝙ cedere gl. Nā multa impediūt, p̃ mouēdi, q̃ nō deijciūt ia, p̃mo tū. 19. di. c. Petrus. & vide ad intellectū c. cū in cūctis, quod no. Io. An. in reg. odia. de re. iu. in Mer. Nec ob. ꝙ gl. subijcit hic de monitione; ga illa nō fit, vt euitetur pena. c. cū in cunctis, vt supra dixi. sed vt euadat pœnā huius c. † In gl. super ver. persona. in fi. Non bene vīdeo iudicio meo ad c. cum in cunctis, dit, vt prę-

dixi ꝙ illud c. ꝓuidet in collatione bñficij indigno facta. Nā in tali collatione ꝓ illa vice succedit capitulū, sed hic log̃, cū ep̃s suspēdit gñaliter a collatione omniū bñficiorū, ī q̃bus nō sunt cōmissum delictū, vnde hæc potestas nō deuoluit ad capitulū, nec ad archiep̃m; sed solū ad Papā, nisi aliud fuisset hic prouisum, vt patet in c. ga diuersitatē, ℩alleg. & vide qd leg. & not. in

c. 1. de sup. neg. p̃l. li. 6. & c. q̃ q̃, de elect. eo. li. † In gl. fiū fi. Sed ad uerte ad vnū notabile dubiū, ponamus. ꝙ Papa nō reseruasset ista absolutionē sibi, vel ꝓciliū, puinciale excōicaret subditū ali cuius p̃lati, nūqd posset ille p̃latus absoluere subditū sua? Host. hic instat. Io. And. clare ꝓcludit, ꝙ excōicatus p canonē ꝓcilij ꝓ uincialis, pōt absolui ab ep̃o suo: mouet ga nō dēt esse maioris potestatis cōstitutio ꝓcilij, puincialis, q̃ gñalis, vel Papæ. Sed ab ista pōt ep̃s absoluere, si Papa nō reseruauit sibi absolutionē, ergo fortius poterit absoluere a ꝙstitutione, puinciali, & not. sp̃ go fortius poterit absoluere a ꝙstitutione, puinciali, & not. sp̃ hoc dictum d. Ant. Dicit. n. licet hoc seruetur in practica, pōt tñ dictū cauillari, ga Papa in sua constitutione, hoc sp̃aliter ꝓ uidit forte pp locorum distantiā, vt in c. nuper, de sent. excō. ergo non debet hoc extendi ad constitutiones aliorum. Sed primum dictum plus mihi placet, & vī casus in d. c. nuper. ver. quia tñ ꝓditor canonis. vbi Papa nō fecit in hoc sp̃alem prouisionem, sed processit ex coniecturata mente cōditoris canonū. Nā non reseruādo sibi absolutionem, vī aliis concessit; ita aperte dicit ibi tex. † Et ex hoc infero ad vnū quotidianū dubiū. Pone, ꝙ statutū ep̃i Senensis, fulminat excōicationē ꝓ intrātes monasterium monialium. Quidā forensis incidit in illam excōicationem, nunquid poterit absolui ab ep̃o suo? & credo ꝙ sic per ſ. dicta. Nā illa est excōicatio cōis, nec debet esse maioris potentię, q̃ excōicatio lata per constitutionē Papæ. Dico tñ, ꝙ p̃dicta non procedūt in excōicatione lata per

d viā sñię, & non statuti[d] à concilio prouinciali, vel ab alio ep̃o rōne delicti, quia a sñia lata ab hoīe, nemo præter ferentē, vel superiorē pōt absoluere. c. pastoralis. §. ꝓterea. de offi. ord. Sed pro declaratione c. quæritur, qui debeant interesse in cōcilio prouinciali, de quo hic? Solu. scire debes, ꝙ iura faciunt hic mentionem de tribus concilijs. vnum est gñale, cui præsē Papa, & dr̃ gñale, quia repræsentat totā eccleſiā vniuersalē, & in isto qui debeant interesse, non reperitur iure decisum; nec Doct. nec gl. specifice hanc mām attingunt, quod viderim, & de isto dicetur. Deo duce, in disputatione nouissime fienda. Est aliud f̃m ꝓciliū prouinciale, sic dictū, ga repræsentat eccleſiā prouinciā, & in hoc interesse debēt ep̃i prouinciæ. 18. dist. p totū. Sed multū dubitat, q. d de capitulis ecclesiarū cathedra liū? Inn. vī hic tādē tenere, ꝙ nisi sp̃aliter eorū interfit, nō sunt de necessitate vocādi, sed mihi vī tex. in ℞rium in c. fi. infra de his q̃ fi. a præla. Tertiū est cōciliū ep̃i, qā appellatur synodale, & in hoc debent conuenire omnes clerici diœcesis. 18. dist. c. decernimus. vide quod dixi in c. super his, de maio. & obed. & de his duobus conciliis quam potestatem habeant, & qui debeant interesse, ponit hic Inn. licet super generali concilio ipse, & cęteri transierunt sicut muscipula super prunas.

ADDITIONES.

a ¶ Generalis. Adde Old. consi. 278. & uide quæ late posui in apost. meis ad Ange. de Aret. in trac. mal. fic. in uer. fama publica præcedente.

b Sab. Sap. ¶ In sp̃ali. Vide Abb. & Mod. in c. ad petitionem. 1. no. 7. de acc.

c ¶ Debet remoueri. Vide gl. in l. qui, cum uno, in prin. in uersi. temporaneo. in fi. de re mili. quæ uult, ꝙ eps indigne promotus, mereatur decapitari. quam gl. dicit stupendam Fely. in c. si quando. col. 5. uer. de inferioribus, sup. de reser. & ibi col. pen. ponit quæ scientia sufficiat in Episcopo.

d ¶ Statuti. Adde Feli. consi. 16. ubi dicit, ꝙ Eps absoluit ab excōicatione excommunicationis nisi Papa sibi specialiter reseruasset; non autem a sententia homicidii, & ibi uide multas differentias inter sententiam, & statutum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus debet sustentari de fructibus beneficij; non obstante aliqua consuetudine in contrarium.*

2 *Patronus ēt eccleſiasticus, nō pōt sibi vēdicare fructus beneficij, vel eccleſiæ, reseruata exigua portione rectori, nec valet cōsuetudo ī cōtrarium.*

3 *Clerici de iure diuino debent esse literati.*

4 *Clericus debet alere se de fructibus beneficij, & etiam alere famulos, si qualitas personæ patitur ipsum habere famulos, & debet plures habere; quia forte est aliqua delicata persona.*

CAP. XXX.

1 **Extirpandæ.** † Rector eccleſiæ, non obstante cō suetudine episcopi, vel patroni, debet de redditibus eccleſiæ, sufficientem habere portionem, b d. Primo ponit excessus. Secundo prouisio, ibi, [Cū igitur.] Casus liter. Patroni eccleſiarum, & alij quidā prouētus ip̃ius ita sibi vsurpāt, ꝙ de sua portione presbyteri nequeāt sustentari, ita ꝙ presbyteri in q̃busdā locis non obtinēt, nisi quartā quartæ. i. sextādecimā decimarū; & iō ibi nullus facerdos sue

2 sonę, p̃sonis ip̃is sufficiēs portio relinquat. B. † No. primo, ꝙ non valet ꝓsuetudo, vt patroni ēt eccleſiastici, ga de his ꝑtinet ad ip̃sum c. vēdicēt sibi redditus eccleſiæ exigua portione rectori reseruata.

3 reseruata. † Scādo no. ꝙ ad tenuitatē bñficiorum sequit quasi necessaria assumptio, & promotio imperitorū; & iō esset multū cauendū, vt eccleſiæ parochiales non ædificent sine dote sufficienti, vt dēt facultas clericis vacādi studio. Nā per studiū ꝓ uidēt toti eccleſiæ vtī. & requirit hæc scientia in p̃sbyteris ēt iuo rediuino, vnde dixit Deus p Prophetam, Quia tu sciam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. Oscæ 4. c. & habet transumptiue in c. nisi cū pridem, de renunc. Not. ibi, [Nullam, vel modicā peritiā.] ꝙ nulla, vel modica peritia ęqui paratur; immo modica aliqñ ducit in errorem; quia credit verū sentire, qđ tñ ignorat; sed prorsus inexpertus ꝙlibet alios. No. tex. allegabilē in ver. [Cū igit.] q probat aperte, ꝙ clericus licite

4 ꝓuidet de redditibus eccleſiæ; [a] & debet inde habere sufficientem portionē. Et declara hoc dictum f̃m plene dicta in d. c. de monachis, ℩. eo. Nam vī loqui in eccleſia, cuius proprietas pertinet ad alium ex priuilegio, vel ex ꝙsuetudine, vt in c. consulta-

An. Frã. De isto ar. a ꝺrio sensu vide Al. post gl. & Bar. in l. 2. in §. huius rei, in 5. nota. de offi. eius cui mã. est iurisd. & vide Bal. in l. quenticulã, in 11. opp. C. de epis. & cler. vbi dicit, q̃ hẽt locum tam in legibus, quã in statutis nisi ar. a contrario sensu sumptum esset contra casum alterius statuti, vel etiam legis cõmunis, Bal. in l. si quis, in 2. col. C. de fur. ad quæ vide gl. in c. cupientes, §. q̃ si per viginti, in ver. commode, de elec. li. 6. & aliam gl. in c. 1. in ver. permittimus, de æta. & qua. eo. lib. & vide nota. per dominum Pau. de Cast. in auth. diaconissa, C. de epis. & cler. & per Alex. plene in l. omnes populi, in pe. col. de just. & iu. & in auth. ex testo, C. de colla. & gl. reputata hic. in cle. 1. in 21. q. & ibi etiam per do. Car. de sen. excom. ubi dicitur non habere locum, qñ reperitur contrarium in iure dispositum, & vide Bal. in l. cum patrem, C. de condi. inser. ubi dicit non habere locum, quando statutum uetaret interpretationem, de quo per Paul. de Cast. consi. 244.

d Seb. Sap. ¶ Quòd si statuto. Vide Fel. in proœ. decr. col. 5. uer. 2. amplia. ubi declarat, quomodo intelligatur prædictum statutum, de quo etiam per eundẽ in c. translato, col. 2 & 3. supra de consti. per do. Franc. Cur. in co . . . Ilici nensi, colum. 7.

e Seb. Sap. ¶ Masculis. Vide Alex. in l. si cum dotem, in prin. ff. sol. matr. Mode. post Bar. in l. seruo legato, §. si testator, ff. de leg. 1. Ang. in l. quæ tempore mulier, ff. de testa.

f ¶ Etiam in feudum Adde, quod voluit Cal. consi. 2. de loca. & Anch. consi. 163. cum duobus seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vasallus ex translatione in alienam ecclesiã; & hoc fuit admissum fauore ecclesiæ vniuersalis, vt facilius ista spiritualia criperentur e manibus laicorum. Nam melius est & honestius, q̃ alia ecclesia possideat, q̃ q̃ stet in manibus laicorũ; præsertim cũ oës ecclesiæ sint vna ecclesia, & mẽbra ecclesiæ vniuersalis. 23.q.1.c.loq̃r, &c.prudenda, & 1.q.7.c.Nouatianus, & in c.1. de sum. trinit. in §.
11 vna vero est. ¶ Vltimo hic q̃rit, de q̃bus decimis habet locũ si vel lo q̃tur iste tex. cũ loqtur in ñ.gñaliter nã vr obstare c. q̃uis, j. de ea vbi dr, q̃ decimæ non possunt laicis ꝓcedi, et in feudum. Solin telligetex. cõiter de decimis ꝓcessis ante illud concilium Lateranense. Nam olim, vt ecclesia haberet auxiliũ a Christianis; dispensatiue ꝓcessit, vt laicis possint decimæ infeudari; sed postmodum
a illud fuit reuocatũ, vt deinceps nõ ꝓcederentur. a ꝓcessa tñ remãserunt penes vasallos. Vnde ẽt hodie laici sine peccato possident decimas, quas habuerũt ab antiquo ante illud ꝓcilũ; sed fuit habitũ illud ꝓcilũ, phibitiuũ, vt hic refert Io. An. anno 1079. de quo recurrendũ ad chronicã Murtinianã, & fuit factum tpe Alexan
12 dri tertij, qui, vt ipse refert, fuit Senensis. † Sed pulcherrimum du
b bium b & quotidianum oritur, quid si non potest probari, quod decimæ fuerunt ꝓcessę ante illud concilium, puta, quia probationes non extant pp longinquitatem temporis; sed laicus possedit tanto tpe, q̃ de initio non est memoria; nunquid ecclesia possit vendicare istas decimas? Et vr, q̃ sic, quia habet intentionẽ fundatam de iure cõi, j. de decim. p totũ. ergo nisi probetur titulus ex aduerso, debet obtinere, in d.c. ad decimas. de rest. tpol. lib. 6. & in c. cum ecclesia, de causa possess. & proprie. Nec obst. ꝑscriptio, quia laicus non põt præscribere decimas; cum eas possidere non possit, vt in c. cautam, de præscrip. & hanc opin. post multa tenuit hic Host. & Io. Mon. & Archid. in c. 2. de decimis, lib. 6. Io. An. tenet ꝺ̃riã opi. duobus tñ q̃rentibus. Primo, q̃ iste laicus possedẽrit decimas tanto tpe, tanq̃ vasallus, & q̃ sit fama, q̃ eas habuerit ante concilium. Et cum hac opin. transeunt hic vt plurimũ Doct. seq. & satis est opi. æqua; quia aliãs pp difficultatem probandi, sæpe laici priuarentur iure suo. No. tñ bene, q̃ simplex detentio, ẽt per tempus, de cuius initio non existit memoria quoad laicos, de quo vide plene per Ioan. And. in simili, non habet vim tituli
13 q̃one in c. 3. de præb. lib. 6. ¶ In gl. in ver. [Cleri.] no. ex gl. q̃ appellatione cleri intelligitur q̃ñque capitulũ dũtaxat ecclesiæ cathedralis. sic in simili appellatione ecclesiæ, ut in c. cũ clerici, de verb. sig. No 2. ex gl. q̃ in alienatione rei inferioris, Eps præstat regulariter authoritatem, non aũt alienat ipse; quod ego intelligo, nisi Eps ꝓ necessitate ecclesiæ vellet rẽ ecclesię inferiori is alienare, vt probatur in c. 1. de reb. ecc. non alien. li. 6. & facit iste textus in argumentum, cũ allegatur authoritas Leonis in ista alienatione rei inferio
14 ris. † In gl. in ver. [Consensus.] ibi, [Requisitis] sed vt dicit Io. And. ibi ẽt probatur ꝺ̃rium; & ideo hoc decernẽdũ est ex circunstantijs. Et no. ex isto tex. q̃ in mã indifferenti appellatione Epi, intelligimus de solo Episcopo; ex quo potest argui, q̃ si potestas doctorandi ex priuilegio datur Episcopo, non intelligitur quod habeat consensum, vel consilium capituli, quod nota.

ADDITIONES.

a ¶ Non conceder entur. Adde, an si decimæ antiquitus concessę redeunt ad ecclesiam, Episcopus possit de nouo illas infeudare. Cal. consi. 2. de deci.

b Seb. Sapia. ¶ Dubium. Vide late per Fel. de hac quæstio. in c. causam, col. 1. versi. limita dupliciter, supra de præsc. Raph. Comen. in consi 8; incip. quia causa decimalis, circa finem, & per Alex. in consi. 6. incip. visto themate, & dubiis, circa fi. in 1. vol. & And. Sicul. consi. 35. incip. sapienter scribitur, colum. 2. in 2. vol. & Raph. Comen. in consi. 64. incip. Titius, & Sempronius.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest concedere sine consensu Capituli ecclesiam vacantem alteri ecclesiæ, etiam habenti ius patronatus in ea.*
2 *Electus, & consecratus non dicitur Episcopus.*
Electus solus non potest disponere de rebus ecclesiæ, etiam consentiente Capitulo.
Prouisio Papæ facta a'icui de aliqua dignitate, habet vim electionis.
3 *Archidiaconus debet eligi aliquis de capitulo; valet tamen consuetudo in contrarium.*
4 *Quando vna ecclesia vnitur cum alia, debent interuenire solemnitates requisitæ in alijs alienationibus. Nam ista dicitur alienatio, & in perpetuum.*
5 *Episcopus solus an possit ad tempus alienare, vel concedere aliquam ecclesiam in titulum, vel concedere temporaliter fructus ecclesiæ.*
6 *Tractatus est quædam discussio, vel indagatio circa rem in futurum disponendam.*
Statutum punicus facientes tractatum, habet locum, licet tractatus ille non peruenerit ad effectum.
7 *Bona mobilia, quę seruari possunt, equiparantur bonis immobilibus quoad solennitatem alienationis.*
8 *Alienatio rei ecclesiasticę ad hoc, vt valeat, requirit duo, vt adhibeantur solennitates, & vt fiat in casu licito; aliàs est ipso iure nulla.*
Ecclesia restituitur si est enormiter læsa aduersus alienationem, quam fecit, etiam cum solennitatibus requisitis, & in casu licito.
9 *Prælatus an possit solus repudiare legatum ecclesię factum.*
Pupillus non potest repudiare solus legatum sibi factum.
Prælatus potest præiudicare ecclesię in acquirendis.

Prælatus si sine iusta causa non acquisuit, ecclesia tenetur de suo satisfacere.

CAP. VIII.

1 **Tua nuper.** †Non põt Eps sine consensu capituli concedere ecclesias alijs ecclesijs; etiam si habeat ius patronatus in ecclesijs concessis. Cõis diuisio. Secunda ibi, [Alterius.] Casus liter. Quæsiuit Archidiaconus Metẽsis, vtrũ Eps siue electus de consensu Archidiaconi tñ sine consensu Capituli possit conferre vacantem ecclesiam baptismalem alicui monasterio, vel alteri ecclesiæ, quæ habeat ius patronatus in illa ecclesia vacante? Rñdetur, q̃ non põt authoritate Leonis Papæ; quia concessiones ecclesiarum vacantium perpetuas, non est du
2 biũ ad alienationes pertinere B. † No. 1. ibi, Epõ, vel electo, a q̃ ele
a ctus in Epm, & consecratus, non potest dici Eps; b quia solum mat
b sumit nomẽ Epi in confirmatione, vt supra de auct. & vsu pal. in c. nisi, & in c. q̃ sicut, de elec. Et no. q̃ electus, & confirmatus, appellatur electus. Nam hic loquitur tex. de confirmato: quia solum electus non potest disponere de rebus ecclesiæ etiam de consensu capituli, vt in c. nostris, de elec. & in c. auaritiæ, eod. titu. lib. 6. Et idem dic hodie in istis prouisis per Papam. Nam prouisio Papæ habet vim electionis, & prouisionis; ad hoc, quod no. in c. cum olim, de causa possess. & proprie. Ex quo no. q̃ prouisus per Papã de Epatu, debet ante consecrationẽ vocari electus: nũq̃ autem
3 posit dici pontifex, vide gl. in cle. 1. de bap. † No. 2. ibi, [Æstimatur de ipsa] q̃ Archidiaconus debet eligi de capitulo ecclesiæ cathedralis. Sed Host. & bñ intelligit tex. de ꝓsuetudine, aliàs posset eligi vndecunque: Ad hoc, q̃ñ no. in c. cũ inter canonicos, de elect. Et no. bñ hũc tex. f̃m istũ intellectũ, q̃ põt iuduci ꝓsuetudo, q̃ Archidiaconus solum eligat̃ de capitulo ecclesiæ cathedralis; facit in simili c. Abbatẽ, j. de verb. sig. & c. cum dilectus, de cons. vel forte, vt dicit Host. hic erat ꝓsuetudo, vt Archidiaconus deberet esse canonicus. & vide hic per Host. No. ibi, [Cænobijs] q̃ monasterium põt appellari cænobiũ, & dr à cenon Græce: quod est latine cõ, quia religiosi ibi cõiter viuunt. Vnde f̃m etymologiam vocabuli põt dici cænobiũ oĩs locus, in quo cõiter plures viuunt. Sic ẽt appellatur ꝓuentus: q̃a ibidẽ ꝓueniunt, vt in c. 1. 15. dist. No. ibi, [Tractatu] q̃ in alienatione rei ecclesiasticæ, nõ requiruntur tres tractatus, vt plerique obseruant; sed sufficit vnus solennis & diligẽs, q̃ hic tenent cõiter Doct. & vide tex. cũ gl. in c. 1. de rebus eccle. nõ alien. li. 6. & de hoc tractatu, & eius forma vide Spec. de loc.
4 §. sequitur, versi. & scias. † No. q̃ ecclesia dr alienari, cum ꝓceditur alteri ecclesiæ in perpetuũ: nã quasi capite diminuitur, cum non gaudeat ꝓprio rectore, sed alteri subijciatur; & in hac alienatione seu ꝓcessione requirunt̃ solennitates requisitæ in alienatione cui
5 usque rei ecclesiasticæ: † No. ibi, [Perpetuas.] q̃ cõcessio ecclesiæ ad tps non pertinet ad alienationem. vr tex. a contrario, q̃ concessionem temporalem de rebus ecclesiæ potest solus Eps facere Et Docto. hic expresse tenent, q̃ donationem fructuum temporalem potest Eps facere sine consensu capituli. Non obst. 12. q. 2. c. Eps. quia ibi fraudabat ecclesiam. Nec ob. c. ea noscitur, supra eo quia ibi loquitur in concessione rerum ꝑpetualium, vbi exigitur maior examinatio. Ita dicunt cõiter Doct. hic, q̃d dictum non est indistincte verum: nam vr ꝺ̃ c. nouit, & c. quãto, supra eo, vbi eps sine consensu capituli concedit ecclesiam ad tempus. Io dic, q̃ iste tex. probat solum, q̃ concessionem temporalem de ecclesia potest facere solus prælatus; maxime de ecclesia minori, vt dixi in c. nouit. Vnde, si confert ecclesiam in titulum, non est necesse seruare solennitatem requisitam in alienatione: secus, si ced
cedit alteri ecclesiæ in proprietatem; & hoc solũ probat iste tex. Sed circa concessionem fructuum dic melius, vt dixi in c. 2. 5. eo. Ad c. ea nosc itur, quod vr contra c. nouit, dic q̃ loquitur q̃n præsentatio, seu collatio pertinet ad collegium: tunc. n. non põt solus prælatus concedere ecclesiã; ẽt in tit. sine consensu collegii: sed c. nouit. loquitur in collatione beneficiorũ quæ de iure pertinent ad
6 Epm. † In gl. in versi. [Tractatu.] ibi, [Dicat quod sibi vr.] no. glum cto tex. pro significatu huius verbi, tractatus. Non. n. requirit deliberatum consensum sed quandam discussionem, & indaginem circa rẽ disponẽdã in futurũ. Vñ tex. ponit tractatũ, & ꝓsentiam, vt diuersa. Nã primo fit discussio, vtrum magis expediat alienare vnam

ADDITIONES.

a Seb. Sap. ¶ Vel electo. Multa ad hoc congerit Felin. in c. eam te. col. 2. versi. ante consecrationem, supra de resc. rip.

b Ant. Fran. ¶ Dici Episcopus. Episcopus electus non confirmatus, non potest administrare bona, vt in cap. qualiter, cum glo. & in c. cum in cunctis, & in cap. nosti, & in c. nihil, de elect. & in c. auaritiæ. eod. tit. l. 6. & in cap. cum iamdudum, de præben & vide Io. And. in addit. Spec. in tit. de electio. § 1. in versi. consequenter. Quod tamen intellige verum, nisi sit electus in concordia, & sit valde longinqua curia Romana, puta extra Italiam, vt per gl. in cap. verum, de foro compet. & vide Oldr. in consi. 9. Potest tamen alienare res tempore peritaras, vt per glo. in d. c. qualiter, & in d. cap. nosti. Cõfirmatus autem habet plenam administrationem, & ius coniugale cum ecclesia. cap. inter corporalia, de translat. prælat. & quæ possit facere confirmatus, licet non consecratus, & quid ẽt consecratus, vtra gl. in cap. transmissam, hic a leg. vide quæ habentur in cap. fi. 9. quæst. 2. & in cap. de Syracusan. 8. q. 1. dist. & do. Card. in clem. fi. in 1. q. de foro compe.

nam rem, q̃ alterã, vel vtrum possit subueniri ecclesiæ sine alienatione, et post tractatũ puenitur ad ipsam alienationẽ, in qua ꝑsensus. Q̃ñ no. pro statutis punientib. facientes tractatũ sup
7 aliqua re. Dñr. n. tractasse, licet delictum non perfecerint. † In ea. gl. ibi, [Et hoc de immobilibus] no. gl. vsque ad fi. q̃ bona immobilia, & mobilia pretiosa quę seruari possunt, æq parãtur quoad solennitatẽ adhibendã ad eorũ alienationẽ, & vide gl. in c. j. de reb. eccl. non alie. li. 6. & in c. is cui, de ele. li. 6. † Sed extra gl. q̃ritur, q̃d si
8 alienatio fiat in casu ñ licito, ꝓcedit tñ tractatus, & ꝓsensus Capituli, & seruatur solenn tas? Dicit Host. q̃ alienatio est irrita. Pro
9 hoc tex. ibi, [Irrita erit, &c.] vnde non est opus petere rest. tutionẽ in integ. quia subuenitur ecclesiæ ipso iure. Secus dicit, vbi aliena tio tenet: nam tunc si ecclesia lędit, opus est petere restitutionem integ. vt in c. j. de in integ. resti. Quidam alij voluerunt, vt alienatio ſp te neat, dũmodo obseruetur solennitas, de qua hic, & in d. c. sine exceptione. 12. q. 2. quasi velit, vt verbum, Irrita, referatur ad solennitatẽ omissam. Sed tu tene, q̃ ad hoc, vt teneat alienatio rei ecclesiæ, necessario requruntur duo. Primo, vt seruetur solẽnitas, de qua hic, & in d. c. sine exceptione, nec est opus seruare solennitatem introductam a iure ciuili. de qua in authẽ. hoc ius porrectũ, C. de sacrosanct. eccl. canonizata. 10. q. 2. c. hoc ius porrectũ. quia, vt no. dicunt Inn. & gl. in c. j. de reb. eccl. non alien. li 6. non potuit ius ci
10 uile adiicere solennitatem ad ius canonicũ: ideo ꝑcluditur ibi, q̃ non est necessarium decretum iud. sufficit ergo solennitas requisita canonibus, de qua hic, & in d. c. sine exceptione, & si hæc solennitas nõ obseruatur, corruit ipso facto alienatio, vt est hic tex. & in d. c. j. & in d. c. sine exceptione. Secundo requiritur, vt fiat in casu licito; aliàs non tenet, tex. est bo. in d. cle. j. de rebus eccle. non alie. facit tex. in d. c. j. & in c. q̃ in ecclesiarum, de consti. inducẽdo, prout ibi dixi, habes gl. ordinariam in c. j. de in integ. resti. licet gl. Io. And. senserit ꝺ̃riũ in d. c. sine exceptione, & in summa, sed Cal. tenet primum in d. c. 1. & sequuntur cõiter Doct. & probatur in
11 ijs prælle. Qui autem sunt casus liciti, in quibus potest fieri alienatio, vide bonam gl. 12. q. 2. in summa. Si autem alienatio fit in casu licito, puta pro debito ecclesiæ, & seruatur solennitas, ga præcessit tractatus, si ecclesia enormiter lædit in ꝺ̃cto, potest peti
12 tere in integ. resti. vt in d. c. ad nostrum, j. de reb. eccle. non alien. & in c. 1. & 2. de in integ. resti. lib. 6. † Vltimo scias q̃ hic cadit no.
13 q̃ vtrum solus prælatus possit repudiare legatum factum ecclesiæ maxime de rebus immobilibus & vr q̃ non; quia incontinẽti etiam ecclesiæ ignoranti fuit acquisitum ĉmune rei legatæ. l. cũ pater. §. furdo, ff. de leg. 2. l. a Titio, ff. de fur. ergo prælatus non põt alienare, quia alienaret rem acquisitam ecclesiæ, & de hoc vr casus multum no. in simili, in l. magis, §. fundus, ff. de reb. eorum, vbi dicit tex. q̃ pupillus non potest repudiare fundum sibi legatum, cum non possit alienare rem suam. Vr ergo, q̃ ex repudiatione
14 sequatur alienatio, sed hoc non obstante ꝺ̃rium consuluit b Fed. consi. 9. mouetur principaliter, quia dñium non est acquisitũ ecclesiæ ante acceptionem legati; vnde repudiando, potius nõ acquirit, q̃ alienat; sed in non acquirendo, non requiritur solẽnitas. Pro hoc facit c. 5. prox. ubi solẽnitas requiritur, cum alienatur res, quæ posslidetur ab ecclesia. & non est par eademque rõ, non lucra capere, & quæsita perdere. l. si ſponsus, in §. si maritus, ff. de do. inter vir. & vxo. Sed ad §. fundus, qui multum urget, specifice nõ respõdet, sed tenendo conclusionem suam, quæstio potest sustentari, potest dici, q̃ loquitur in pupillo, qui non habuit administrationem rerum suarum, secus in prælato: vnde quemadmodũ tutor
15 non potest acquirere pupillo, & nõ acquisiuit. l. quicquid. C. de arbit. tute. ita ꝑlatus, vt est bon. tex. cum gl. 12. q. 4. in c. 2. & ꝑ hoc allego primo gl. 16. q̃. 7. in fiquæ dicit, q̃ in acquirendis ꝑla tus potest facere cõdonem ecclesiæ deteriorem. Idem dicit Inn. in c. 2. de do. ad idem. c. q̃n, de deci. vbi solus prælatus donat decimas noualium, q̃ oriuntur intra dioecesim suã, ex quo nõ sunt ac quisitæ certæ ecclesiæ, sed; vt dixi, si prælatus sine cã repudiauit, potest compelli, vt satisfaciat ecclesiæ de suo. Posset tñ in ꝺ̃rium adduci l. qui actionem habet. ff. de regu. iur. vbi dicit tex. q̃ habens actionem ad rem, videtur habere ipsam rem; ergo sicut prælatus non potest alienare solus rem, ita nec ipsam actionem. Sed potest reponderi per capitulum præcedens: fateor tamen, quod casus dubius est. Et notabis bene, & tene menti.

ADDITIONES.

a Seb. Sap. ¶ Notabilis quæstio. Vide Alex. & Ias. in l. legatum, ff. de lega. 1. Abb. in c. 1. supra de dolo, & contu. Bal. in l. 1. in 10. q. C. qui admit. in his qui hæres. & ff. de acqu. hæred. & Fede. de Sen. in consi. 9. & Ang. in cons. 80. & in consi. 91.

b Contrarium consuluit. Adde, q̃ idem tenet Rom. consi. 83. de quo Lap. alle. 26. Anch. consi. 91.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest parochiales ecclesias, vel earum obuentiones, etiam cũ consensu patroni, conferre alicui monasterio sine consensu Papæ, vel Capituli sui.*
2 *Decimæ, & omnes obuentiones spirituales, quæ fiunt intra ecclesiam parochialem, cedunt presbytero parochiano, etiam si fiant alicui imagini, vel capellę existenti intra parochiam.*

Oblationes factæ in aliqua ecclesia, censentur factæ contemplatione ecclesiæ, & non celebrantis in ea.
Relictum factum episcopo ab extraneo, videtur factum contemplatione ecclesiæ.
3 *Episcopus potest cum consensu Capituli imponere pensionem ecclesiæ abundanti, ad sustentationem ecclesiæ indigentis.*
Altare vnum discooperire, vt aliud cooperiatur, non est licitum.
4 *Episcopus an possit dare alicui ecclesiæ quinquagesimam, vel centesimam sine consensu sui Capituli? 6.*
Episcopus quando vult de nouo constituere aliquam ecclesiam, vel reformare in nouam regulam, debet habere consensum Capituli.
Episcopus ecclesiam constructam cum cõsensu Capituli, potest illam dotare sine eius consensu.
5 *Alienatio rei ecclesiasticæ, quæ debet fieri ex necessitate iuris, non requirit illas solennitates, quæ requiruntur in alia alienatione.*

CAP. IX.

1 **Pastoralis.** †Eps parochiales ecclesias, vel obuentiones ipsarum, ẽt de consensu patroni, sine ꝓsensu Capituli sui, monasterio conferre non põt. Cõis diuisio. Scda ibi, [Ad q̃d.] Casus lit. Eps Heliẽ. fecit talem q̃nem do. Papæ: Authoritate Dionysij parochiæ fuerunt limitatæ, & distinctæ, vt prouẽtus cuiuslibet parochiæ in vsus cederent ministrorũ; q̃ fuit, vtrũ liceat epõ sine authoritate papæ, vel sine consen. Capituli conferre viris religiosis obuentiones alicuius parochialis ecclesiæ, reseruata sustẽtatione vicarij? Secũdo vero fecit aliam q. Cum Later. Concilium prohibeat nouam pensionem imponi ecclesijs, vel veterem augeri, quæsiuit Episcopus, vtrum Episcopus possit de religiosis locis totam ecclesiam, vel de nouo cõferre, vel aliq̃ portionẽ de ꝓsensu patroni? Ad hoc rñdet Papa, q̃ eps nec primũ, nec f̃m facere põt, sine licẽtia Papæ p̃ter Capituli sui voluntatẽ, salua ꝓstõne canonica, q̃ dicit, q̃ Eps põt ꝓferre pijs locis quinquagesimã pẽsionẽ. B. No. j. q̃ diuisio parochiarum fuit facta authoritate Dionysij Papæ, vndè primo parochiæ nõ erãt distinctę, sed sacerdotes simul regebãt populum; & de hac diuisione vide tex. 13. q. 1. c. 1. & ita in primitiua ecclesia erat in epatib. de quo vide qd no. in c. cũ cãm, de prob. & per Inn. in c. ꝓstitutis, de app & vide tex. 9.
2 di. c. i. † No. scdo, & tene menti tex. q̃ ecclesia parochialis fundat intẽtionẽ suã de iure cõi si p oĩbus obuẽtionib. spiritualibus, cõtingentibus intra parochiã iuã, vt patet ibi, (Singulariũ parochialiũ. prouentus, &c.) Ex quo infert Host. & bene, q̃ oës deeimę, et oblationes, q̃ fiũt de parochia, cedũt ecclesiæ parochiali. Ex quo infero ego, q̃ si capella esset ĩtra parochiã alicuius ecclesiæ, oblaa tiones ibi factæ nõ cedunt capellæ, sed ecclesię parochiali. a Addu co tex. per locum a spãli, in c. ad audientiã, il. j. de eccl. ædific. Inb fert ẽt dñs Antonius q̃ si sit oblatio imagini b depictæ c in muro
c alicuius parochiæ, q̃ tales oblationes cedunt ecclesiæ parochiali, & no. j. sub rub. de parochia. & ita sępe de facto ꝺterrogatus rñdi; & vt dixi, bñ facit tex. in d. c. ad audiẽtiã, & q̃d ibi dicã. Nã si oblationes factæ capellę seu altari cedũt ecclesiæ parochiali, & nõ ꝑsbytero capellæ: fortius oblationes factæ imagini, quę est depicta in muro priuato. Nã laicus non est capax horũ iurium spiritualiũ, nec fiunt domui priuatæ, sed ob reuerẽtiã Dei ad cultum diuinũ. Administrõnẽ aũt horũ spiritualiũ hẽt ꝑsbyter parochię intra parochiã suã, vt hic, & in d. c. ad audientiã, quod bene no. q̃ quotidie de facto accidit. Et ꝑ hoc ẽt dici põt, q̃ si celebrãti intra eccle siã alterius, fiunt oblat, ones, q̃ tales oblationes cedunt rectori ec clesiæ, & nõ celebrãti. Pro hoc facit c. requisisti. j. de test. vbi relictũ factũ Epõ ab extraneo, vr factũ ꝓtẽplatione ecclesiæ; ita oblationes factæ celebrãti, vñr factæ intuitu ecclesiæ. Nã oblationes faciũt parochiani pp onera sacrorũ, de ꝓse. di. 1. c. oĩs Christian^a,
3 cũ gl. & vide quod no. j. de paroc. super rub. † No. vlterius, & tenementi istum tex. q̃ eps cũ ꝓsensu Capituli sui, põt imponere pensionẽ ecclesię abũdãti, soluendã ad sustentãdã vitã religiosorum. Et sic hẽs, q̃ ñ solũ Papa, sed ẽt eps põt imponere pẽsionẽ ecclesiæ. & intellige, q̃ñ detracta pẽsione, ecclesia possit ꝏgrue viuere; aliàs

ADDITIONES.

a ¶ Ecclesiæ parochiali. Adde quod voluit Lap. alleg. 66. & 42. Cald. consi. 2. de deci. do. Card. consi. 8.

b Seb. Sap. ¶ Imagini. Vide Felin. d. cap. dilectus, col. 1. de offic. ordin. Troylum Maluitium, in trac. oblationum, in pen. q. & Maria. Soc. in tract. de oblat. ia 13. libello.

c Anto. Franc. ¶ Depictæ. Adde quod voluit alle. Flo. in l. statuæ. Et adde, quòd oblationes factæ in Missa episcopi, vel Archiepiscopi celebrantis in ecclesia etiam exempta, debentur ipsi episcopo, vt per Card. in clemẽ. 2. in fi. de priuil. Et quid contineatur appellatione oblationum, vide Innoc. in ca. cum inter, de verb. sign. Et adde, quod tales oblationes factę ecclesię, vel altari, non possunt capi a laicis, vt in c. sanctorum, 10 q. 1. nec etiam per eos conseruari, nisi de licentia papæ, vel episcopi, vt in c. per laicos, & in c. fi. eadẽ causa, & quæstio. Adde tamen, q̃ si imago Christi & Sanctorum projiciatur in terram, est pœna arbitraria, vt in c. cum canonici, de offi. ord in fi. & tenemenți, q̃ tales Sanctorum imagines reprælentant ipsos Sanctos, & propter illos sunt venerandæ, non adorandę, vt in c. prælatum, de consecr. dist 3. & in c. venerabilis, de conse. dist. 2. & vide do. Card. in cle. 1. in §. excellentissimo, de reliqui. & vene. san. & quamuis imagines possint haberi in domo priuata ob deuotionem, non tamen potest ibi celebrari sine licentia Papæ vel diœcesani, vt in c. quicunque, de conse. dist. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliàs aũt nõ hẽt discooperire vnũ altare, vt aliud cooperiatur, vt in c. cũ cãm, de p̃b. & vide quod dixi in c. extirpandæ, in fi. eo. ti. vbi
4 bo. tex. † In gl. in ver. ꝓstõne, in fi. Conclusio ergo gl. est, licet multũ videat dubitasse, ꝙ quinquagesimã, seu cẽtesimã eps põt ꝓferre absq; ꝓsensu capituli sui, & intellige in casu c. apostolicæ, ℸ. de don. Nã si vult monasteriũ ꝓstruere de nouo, vel ecclesiã seculare facere religiosam, permittit ei a iure, vt possit pro dote donare quinquagesimã partẽ suorũ redditũ. Si vero ecclesiã ante ꝓstructã vult magnificare, p suis sepulturis; tũc põt donare cẽtesimam portionẽ: & hæc lra facit, p opi. gl. Nam exceptio dẽt esse de rã, vt no. super rub. de reg. iu. li. 6. vndè cum Papa faciat hic regulam, vt
a eps non possit quinquagesimam donare de reb. ecclesiæ sine voluntate capituli ibi, [a] & excipiat donationem istius quinquagesimæ, vel cẽtesimæ; ergo hæc donatio potest fieri sine ꝓsensu ipsius capituli, & hanc opi. tenuit Gof. hic, in summa eo. §. fi. ne quis de cipiatur authoritate iuris. 23. q. 3. c. q peccat. Pet. & Abb. pro ꝓcordia opi. & iurisũ, de gb. in gl. distinguũt, ꝙ aut eps vult de nouo ꝓ
b struere ecclesiã, vel eã reformare [b] monasticis regulis; & dẽt hre ꝓsensum capituli, pro hoc vr tex. 12. q. 2. in c. si eps. Aut ecclesiam iã ꝓstructam per se vult dotare; & tũc põt sine ꝓsensu capituli; & ita loquit hic & in c. bonæ rei. Nam hoc casu eps est obligatus, ex quo ecclesiam ꝓstruxit, vt in c. ꝙ sicut, ℸ. de eccæd. & intellige, qñ eps ꝓstruxit prius cũ ꝓsensu capituli: qa tunc obligatio est orta respectu vtriusq;. hæc opi. placet Io. An. & cõiter do. seq. Et rõ huius distinctionis est; qa in hoc vltimo casu alienatio est necessaria. Iõ nõ est necesse seruare aliã solẽnitatẽ: sed in primo casu, alie-
5 natio est volũtaria, cũ non sit adhuc orta aliqua obligatio. † Et ex hoc collige, ꝙ vbi imminet alienatio ex necessitate iuris non est seruãda solẽnitas: secus, vbi est volũtaria; licet immineat ꝓp necessitatẽ hominũ. Nã hic logtur tex. de alienatione ꝓp necessitatẽ religiosorũ: sed qa est volũtaria quoad eps̃m, regrit ꝓsensus capituli.
6 † Sed dubitat extra gl. nũqd eps possit donare istã cẽtesimã, vel qn quinquagesimã. de rebus ecclesiæ inferioris; & maxime qñ vult magnificare ecclesiã, p sepulturis suis. Tenet hic Inn. ꝙ nõ. qa iura loquũtur de redditibus epi, vt in d. c. bonæ, & d. c. apostolicæ. Pe. constituit ꝓrium in Auinione, vt refert Abb. in q. facti. Sed dicit Aegi. ꝙ hoc vr sibi extraneũ. Iste tex. optime facit pro opin. Pet. Nam hic qu̇rebatur de alienatione rei inferioris ecclesiæ, & Papa excipit casum donationis quinquagesimæ; ergo illam potest facere sine consensu capituli sui: Sed quia iura de hac materia loquentia, sẽper faciunt mentionem de redditibus episcopi, non extenduntur iura illa per hanc generalitatem; & exceptio hic posita intelligitur generaliter, vt illam donationem de redditibus suis possit facere sine consensu capituli, &c.

ADDITIONES.

a Zachar. ¶ Capituli sui. Adde glo. in c. is cui, in prin. & ibi Phil. Franc. de elect. lib. 6. in authen. quibuscunque, C. de sacrosan. eccl. in 2. no. & in l. 1. ff. de tut. & rat. dist.

b ¶ Reformare. Adde Cal consi. 12. de reb. eccl. non alien.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus, quando facit concilium prouinciale, debet admittere capitula cathedralium ecclesiarum. 4. non vt iudicent, sed vt assideant.*
2 *Episcopi compelluntur venire ad talia concilia, Capitula vero ecclesiarum cathedralium inuitantur; non autem compelluntur.*
3 *Comparere quando aliqua necessitate non potest personaliter in concilio, potest comparere per procuratorem.*
5 *Laicus quando interesse possit concilio generali quod facit Archiepiscopus.*

CAP X.

1 **Et si membra.** † Ad concilia prouincialia vocari debent, & admitti cathedralium ecclesiarum capitula. Prima pars ponit querelam. secunda prouidet, ibi [Visum.] Casus liter. Statutum fuit in concilio generali, quod habetur intra de accu. c. sicut olim, quod Metropolitani singulis annis debent prouinciale concilium celebrare. Archiepiscopus Senonen. & suffraganei eius ad concilium illud non recipiebant procuratores, & nunc os cathedralium ecclesiarum; vnde capitula cathedralium ecclesiarum Senonen. prouinciæ proposuerunt super hoc coram domino Papa qõnem. Scribit Papa Archiepõ, & suffraganeis eius, dicens, quod capitula prædicta ad huiusmodi concilia debeant inuitari, & eorum nuncij ad tractatum admitti præcipue super his, quæ contingunt ipsã capitula. Et ratio
2 est, quia cum Archiepus, & Epus sint vnum corpus cum capitulis suis, & ipsi caput, sine membris suis talia ꝓvel alia non debent face
a re. Ber. No. 1. ꝙ clerici inferiores [a] necessario non vocantur ad cõcilium prouinciale. Nam hic statuitur speciale in capitulis ecclesiarum cathedralium. Quinimo Inno. multum vacillat in c. graue. de præb. nunquid de necessitate ista capitula sint vocanda ad concilium prouinciale. Sed ego tenui, ꝙ sic, & allegaui hunc tex. qui optime probat, vt patet per verbum, debeant, quod regulariter est necessitatiuum, vt dicit glo. no. in cle. attendentes, de statu reg. Sed pondera bene istum tex. qui non ponderatur in hoc ab aliquo; quod ista capitula solum admittuntur ad tractatum, non dicit ad iudicandum, vel ad decidendum. Vnde puto, ꝙ soli Epi in hoc concilio sint iudices; imo dubitatur de suffraganeis, vt sint potius assessores, & Archiepus solus iudex. De quo dic, vt no. in c. graue, & ibi dixi. Et non sine misterio tex. dicit hic, ꝙ debent inuitari. Nam si necessario concurrerent ad disponendum, non solum inuitarentur, sed compellerentur ad veniendum, sicut compelluntur Epi, vt probatur in c. si eps, & c. placuit. 18. dist. Et no. istam considerationem, quia valet multum ad perscrutandum, nunquid clerici existentes in concilio gñali, admittantur solum ad tractatum, an admittantur ad decidendum, & debeant com-
3 pelli ad veniendum. † No. ibi, [Procuratores eorum.] ꝙ capitula possunt comparere in concilio per procuratores; & hoc ideo quia de facili non possunt per se comparere. Alij vero, qui necessario debent interesse, & non detinentur aliquo impedimento, debent comparere personaliter, & non per procuratores: nisi in casu necessitatis, vt probatur in d. c. si Eps, & c. placuit. Et sic no. ꝙ ex causa quis posset comparere in concilio per procuratores, & probatur in c. apostolicæ, de re iud. lib. 6. Et qui debeant interesse in isto concilio prouinciali, & qui in synodo cpali, vide Inn.
4 in d. c. graue. † No. vltimo, ibi, [Maxime.] ꝙ etiam in negotijs non contingentibus capitula, debent admitti ad tractatum concilij.
5 Et ꝑno. super gl. si. hic; quia ponit tres casus, in quibus laicus admit-
b titur ad concilia generalia. [b] † Primus casus, si specialiter inuite-
6 tur; & sic intellige gl. in c. Adrianus. Et no. bene, quia ex hoc poteris soluere contrarium multorum iurium, in quibus legitur laici fuisse admissum ad concilium, vt intelligatur, ꝙ specialiter fuerint inuitati, non de necessitate. Secundus casus, si tractatur causa fidei. Tertius, si tractatur de causa matrimoniali; quia matrimonium tangit eos. Et ex hoc vltimo casu potes elicere regulam generalem, ꝙ vbicunque in concilio tractarentur negotia tãgentia ipsos laicos, poterunt laici interesse concilio. Sed aduerte, quia Io. An. multũ restringit hoc dictum: dicit. n. ꝙ in istis casibus exceptis laici admittuntur, vt audiant, non vt iudicent, vel docean. ar. 62. dist. c. docendus. Item tenet, ꝙ in istis casibus non est necesse vocare laicos, cum possint statuta concilij eis intimari in prædicationibus. & dicit, ꝙ qñ tractantur negotia ecclesiæ, vel correctiones clericorum, debent laici excludi, arg. in c. Mafiana, de elect. & in extrauag. Bonifacij VIII. c. non debet, quę verba sem
c per no. in practica. Et inquantum dicit Ioã. An. quod debent admitti, vt audiant, [c] credo, ꝙ admittantur, vt consulant, & vt materiam tractent maxime, qñ sunt periti. hoc vr probari 31. quæstio. 6. c. ad sedem. vbi Papa vocauit iuristas laicos, & Canonistas ad defensionem iurium iuper illo puncto; non tñ vt audirent, sed vt cõsulerent. Ad idem tex. pulcher in c. ad apostolicæ, de re iud. lib. 6. vbi Papa pollicebatur se vocaturum ad concilium Reges & principes seculares, & ecclesiasticas personas, vt cum consilio concilium disponeret. vocat ergo laicos, vt consulant, nec pro nunc vlterius me extendo; dicetur plenius in disputatione.

ADDITIONES.

a ¶ Inferiores. Adde Fed. consi. 78. & ibi qui dicantur inferiores. Ant. Franc.
b ¶ Generalia. Circa hoc quod dicitur de concilio generali, dicas primo, ꝙ illud non potest congregari, nisi per Papam, vel de eius mandato, vt per Bar. in tra. schisma. in 15. col. & illi soli potest se Papa subijcere, vt in c. 6. incompetenter. 2. q. 7. Et adde, ꝙ laici, quoties ipsi Papæ congreganti concilium vocatur, possent vocari ad illud pro negotijs peragendis in concilio pro ut videtur ipsius Papæ, & concilij congregati, vt plene traditur in d. trac. Et adde quod ipsum concilium generale, cui Papa præest, non potest recusari propter suspecto, vt in c. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. & in c. licet ex suspecto, de foro compet. & per glo. in c. singulis, de statu mona. per Phil. Franc. in cle. fremo. in 8. q. de app.
c ¶ Vt audiant. Adde, vt per Cal. consi. 6. de constit.

De his, quæ fiunt à maiori parte cap. *Rub.*

Cõtinuatur ad præcedẽtia hoc ordine: Supra visum est de his, quæ fiunt a prælato, & capitulo: sed quia q̃dam pertinẽt ad capitulum tñ, in quibus peragendis sæpe discordant, & dubitant pro quid iuris merito subijcitur hæc rub. Et no. ex hac cõtinuatione
a & diuersitate titulorum, ꝙ appellatione capituli, [a] nõ propriecõprehenditur prælatus, de quo vide quod plenius dixi in c. post electionem, de concess. preb. merito sequitur nigrum.

ADDITIO.

a Seb. Sap. ¶ Appellatione capituli. Vide Fel. in proœ. Gre. col. 4. ver. nec obstat, & in c. dilecti, sup. de maio. & obed. post d. Abb. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Maior pars capituli, vel collegij, quod facit non impeditur a minori parte, si aliquid rationabile alleget, & probet. 5.*
2 *Appellare non potest sine causa minor pars ab illo, quod fuit ordinatum a maiori parte capituli, & nu. 6.*
3 *Maior & senior pars, copulatiue requiritur in negotijs ecclesiæ explicandis. 11.*
4 *Quod committitur voluntati liberæ vel propriæ alicuius, intelligitur de voluntate non regulata aliqua ratione. hinc est, quod non posset peti reductio ad bonum virum.*
7 *Consuetudo iurata, vel statutum, per singulos de vniuersitate, potest non obstante iuramento tolli ab omnibus de ipsa vniuersitate.*
Iuramentum, quod præstatur a singulis, ligat ipsos singulariter cõtrauenientes, non autem collegialiter.

Princeps si tollit statutum, quod ignorat forte iuratum, non censetur tollere iuramentum.
Accessorium remanet aliquando, sublato principali.
Consuetudo, vel constitutio capituli, etiam iurata disponens quòd omnes de capitulo, vel saltem duæ partes debeant consentire, & aliter actus non teneat non valet.
Iuramentum tendens contra vtilitatem ecclesiæ, non est seruandum; immo dicitur potius periurium.
Iuramentum temerarium, quos effectus producat. 17.
Potestas vniuersitatis remanet penes non delinquentes; licet numero pauciores.
Minor pars quando contradicit maiori parti; habet causam contradictionis probare coram superiore ipsorum; non autem coram ipsa maiori parte.
Contradicens actibus, qui geruntur in vniuersitate, quibus casibus teneatur appellare, & quos effectus operetur talis appellatio.
Consentire quoties aliquis non vult in aliquo actu gerendo per vniuersitatem, debet expresse contradicere, aliàs habebitur pro consentiente quoad peccatum.
Capitulum non potest statuere sine consensu Episcopi, nisi statutum concernat facta ipsius capituli tantum.
Absentes non sunt vocandi, quando ipsorum vniuersitas facit statutum, nisi statutum concerneret negotia multum ardua.
Contra absentes non possunt præsentes aliquid statuere.
Absentes quibus casibus sint vocandi.
In negotijs vniuersitatis debent esse ad minus præsentes duæ partes ipsius, & illarum duarum partium consentire, vel dissentire maior pars.
Contemptus vnius non vocati retractat omnia gesta in vniuersitate: nam plus obest contemptus vnius, quàm contradictio multorum.

CAP. PRIMVM.

1 **Vm in cunctis.** † Ordinatio maioris partis capituli per ℸdictionem, & appellationem minoris partis, nil rõnabile opponentis, impediri non debet. h. d. vel clarius sic. In vniuersitatib. ecclesiasticis ꝑualet regulariter, quod fit a maiori & saniori parte; nisi minor pars rõnabiliter ℸdicat. Et primo ponit factum reprehensibile. Secundo prouidet p stanum, ibi, [Quo circa.] Casus liter. In quibusdam ecclesiis, minor pars clericorum, non sm rõnem, sed propria volũtate potius impediebat ecclesiasticam ordinationem, quod nimis graue, & dignum erat reprehensione, cum in ordinationibus ecclesiarum ip debeat prævalere, quod a maiori, & saniori parte capituli fuerit ordinatum. Ideoque statuit Concilium Lateranense, vt nisi a paucioribus, & inferioribus aliquid rationabiliter obiectum fue
2 rit, & oste nsum, †appel. re præualeat, & suum cõsequatur effectũ, quod a maiori, & saniori parte capituli fuerit ordinatum; nõ obstante si aliquis dicat se iuro adstrictum ad obseruandã ecclesiæ suæ consuetudinem, quia non sunt discenda iuramẽta, sed potius periuria, siue temeraria iuramenta, quæ in damnum ecclesiæ, & ℸctorum patrum veniũt instituta. Et si aliquis ꝺsuetudines, q̃ nec ratione iuuantur, nec canonicis conionant institutis, iurare ꝓsumpserit, a perceptione dominici corporis, donec pœnitẽtiam egerit. sit penitus alienus. B. † No. ibi, [Pluribus, & saniorib.] quæ verba iterum in tex. repetuntur; ꝙ duo requiruntur ad hoc, vt valeat gestum in capitulo. Primo, ꝙ maior pars decreuerit. Secundo, ꝙ illa maior pars sit sanior, [a] scilicet respectu concilij, & materiæ subiectæ, de quo vide quod no. in c. ecclesia, il 2. de elect. No. ibi, [Fratribus,] ꝙ canonici, & omnes collegiati possunt dici fratres, & olim omnes Christiani appellabant fratres, qa propter fraternam regenerationis, scilicet baptismatis, omnes hẽnt vnum patrem, scilicet Deum. sunt ergo fratres in Christo. 11. quæst. 3. c. ad mensam, & vsque ad tempus Concilij Niceni omnes, qui sunt Christiani, appellabantur fratres, vel discipuli; ab illo concilio citra dicti sunt Christiani, vt est tex. cum glin c. 2. 23. dist. & legitur
3 & no. in actibus Apostolorum. † Tertio no. ibi, [Non tam de ratione, ꝙ de propria voluntate, &c.] significatum horum verborum [Committo hoc propriæ voluntati] denotant enim propriã
4 [b] voluntatem absolutam & liberam, nõ regulatam ratione; ideo non posset peti reductio ad arbitrium boni viri. Et facit pro statuto ℸholarium, quo cauetur, ꝙ rector in examine, nõ teneatur aliquid ſoluere collegio, nisi prout processerit de sua propria voluntate, facit tex. in l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de le. 3. & qd
5 no. Bar. in extrauag. ad reprimendum. † No. ibi, [Obiectum fuerit, & ostensum.] ꝙ ad impediendam ordinationem maioris partis, non sufficit aliquid rationabile opponere: sed oportet, ꝙ obiectum ostendatur, & probetur. Et ex hoc no. a contrario, ꝙ non semper valet ordinatio maioris partis. Nam vnus solus posset rõne motus impedire ordinationem totius vniuersitatis; & appellare potest, si opus est per superiorem illam ordinationem reuocari facere. Ad hoc 31. distin. in c. Nicena. † No. ibi, [Appellatione remota,] ꝙ sola appellatio interposita in vniuersitate p minorem partem non impedit ordinationem maioris partis: valet tamen appellatio in effectu si est rationabilis: quia probata rõne
7 appellãdi, cassabitur dispositum per maiorem partem. † No. ibi, [Ecclesiæ suæ consuetudinem &c.] ꝙ canonici, seu vniuersitas,
c possunt ex causa tollere consuetudinem ecclesiæ, [c] etiam iuratã, & in hoc tene menti istum tex. & vide gl. no. in c. in his. 11. dist. Et idem dicit Io. And. hic in statuto, vt iuramentum, quo singulares firmant statuta collegii, vrgeat dunt xat remanentibus statutis: sed eis sublatis per vniuersitatem, tollitur iuramentum; quasi iuramentum liget singulos singulariter contrauenientes; secus autem si ꝙueniunt collegialiter, tollendo statuta; & hoc verbum no. & vide quod plene dixi in c. dilecto, sup. de præb. Vide tamen in hoc gl. valde no. in c. cum non deceat, de ele. lib. 6. quæ dicit, ꝙ si superior tollit statutum vniuersitatis iuratum, non faciendo mentionem de iuramento, tenentur nihilominus illi de vniuersitate ad obseruantiam iuramenti, ex quo iuramentum est tale, qd potest seruari sine peccato, vt puta concernens commodum singulorum. Et hoc ideo, quia in dubio non est præsumẽdum superiorem voluisse tollere iuramentum; & est vnũ dictum satis mirabile, vt statuto sublato remaneret iuramentũ accessorium. Sed
8 vide motiua prædicta in gl. † Vlterius no. ex eo verbo. [Secũdum communem intellectum,] ꝙ non valet consuetudo Capituli ẽt
d iurata, disponens, vt omnes de Capitulo debeant concordare; [d] & ꝙ aliter non valeat actus. Nam talis consuetudo est contra vtilitates ecclesiarum, cum homines sint faciles ad discordiam. 18. qõ. 1. c. nec nouum. vnde sæpe impedirentur vtilitates ecclesiæ, si dispositum a maiori pte non haberet effectum. Et ex hoc infero, ꝙ in vniuersitatibus ecclesiasticis non valet statutum. sic nec consuetudo, vt duæ partes ad minus debeant concordare; sed ꝙ prævalere debet dispositum a maiori parte, dummodo illa pars sit sanior. pro hoc facit c. licet, in fi. ℸ. de elect. & vide tex. & gl. in c.
9 sicut, eod. tit. lib. 6. † No. ibi, [Sed potius periuria censentur.] vnam regulam in materia iuramenti, ꝙ omne iuramentum tendens ℸ vtilitatem ecclesiæ, non ligat; sed potius censetur periurium. Et facit pro his rectoribus secularibus, qui iurant seruare statuta ciuitatis, in quibus sunt aliqua contra libertatem ecclesiasticam, & vtilitatem; & vide bo. tex. in c. 1. de iureiu. lib. 6. Et facit iste tex. ꝙ iuramentum tendens ad damnum ecclesiæ non ligat; etiam si per alium posset consuli ecclesiæ. De quo vide quod dixi in c. cum ve
e nissent, [e] de insti. & facit c. peruenit, de iureiu. † No. in fi. literæ, ꝙ re-
10 merè iurans, peccat mortaliter, & dẽt inde agere pœnitentiã: de qua pœnitentia vide tex. cum gl. 22. q. 4. c. qui sacramenta. Et vide de effectu huius iuramenti temerarij quod no. gl. in ca. Florentinum. 85. dist. † In gl. in ver. [Rationabiliter.] ibi, [Sed maior pars est illa,] & videtur glo. velle, ꝙ ianior pars sit maior; quod est ℸ istum tex. qui requirit maiorem partem, & saniorem partem, vt in c. qa propter, de elec. Dic ergo, ꝙ licet minor pars possit ex ratione impedire decretum maioris partis; non tamen potest aliquid dispõnere nomine totius vniuersitatis: nisi maior pars esset priuata pp
f delictum suum; quia tunc potestas totius vniuersitatis, resident in non delinquentibus, [f] vt in c. bonæ, & in c. cum nobis, eo. ti. cum
12 simi. & c. gratum, de postu. præla. † In glo. in versi. [Ostensum,] ibi, [Coram superiore.] no. bene gl. ꝙ minor pars contradicens non tenetur probare coram maiori parte rationem suę contradictionis. Quod expresse volunt Doct. tum quia maior pars non est iudex; tum quia est suspecta minori parte contradicenti. adeatur ergo superior ipsius corporis, seu vniuersitatis; vel eligantur arbi-
13 tri, ca. 2. requiris, de appel. † Et cadit hæc quæstio hic tractata per Doct. Nunquid ℸdicens teneatur appellare, vel nunquid nolens cõsentire gestis per maiorem partem, teneatur contradicere? Inno. c. multa dicit, & in effectu ponit regulam, ꝙ non tenetur quis appellare: sed satis est contradicere; siue tractetur de præiudicio suo, siue tertij, siue ipsius vniuersitatis. Nam cum vniuersitas procedit extraiudicialiter, non transeunt huiusmodi gesta in rem iudi. vnde potest quis ex contradictione sola prosequi coram superiore, vt gestum minus rationabiliter per maiorem partem retractetur, argum. c. concertationi, de appel. lib. 6. Adúertendum tamen, ꝙ si quis non vult consentire, debet expresse contradicere; aliàs inuoluitur pœna & peccato, sicut expresse consentientes, secundum Innoc. quod est singulariter no. Ex hoc tamen habes, ꝙ etiam

ADDITIONES.

a Zach. ¶ Quòd illa maior pars sit sanior. Adde Iac. Rebuff. in l. exactores, nu. 2. & ibi in apost. ad Cel. in ver. maioris partis, C. de suscep. & arch. li. 10. eundẽ in l. nominationem, nu. 4. de deci. co. li. & Ant. Corse. sing. suis, verb. vniuersitas, inc. quod sit a maiori parte.
b ¶ Voluntatem. Adde hic, quæ posui in apo. in rub. de arb. edita per Ludo Ro. Seb. Sap. ¶ Propriam voluntatem. Vide Bar. & Moder. in l. centesimus, §. fi. ff. de uerb obl. cum multis accumulatis per do. Fel. in c. canonum statuta, col. 18, uer. & si dicatur, committimus voluntati tuæ, sup. de consti.
c Seb. Sap. ¶ Consuetudinem ecclesiæ. Vide Alex. in consi. 18. inc. in iis capitulis, col. 1. in 2. volum. in cons. 16. inc. ponderatis narratis, col. 2. in 3. vol. Fel. in c. cum accessissent, col. 7. in gl. 2. supra de consti. vbi ponunt ꝙ statuentes possunt reuocare statutum iuratum.
d ¶ Concedere. Adde Old. consi. 259.
e Cum uenissent. Adde, quæ ibi posui.
f In non delinquentibus. Adde quod pulchrè voluit Rom. penul. colum. consil. 352.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Et in male gestis tacens[a] in vniuersitate, hĩ pro consentiente, cum ex officio suo teneatur consulere. Ad hoc l. de ætate. §. qui incuit, ff. de interrogat. actio. & vide quod dixi in c. 2. 5. tit. prox. super vlt. gl. Pōt tñ minor pars appellare, si vult, & appellatio operabitur multos effectus de quibus plene dixi in c. bonæ, 5. de appel. & inter cæteros operabit, ꝙ inferior a iudice, ad quē est appellatū, non poterit de illo negotio cognoscere, ar. in c. vt nostrum, de appel. Excipit Inn. vnū casū, in quo tenet nolẽs ꝓsentire, appellare, s. qñ eligit per vniuersitatem ad officiū publicū authoritate & vtilitate, aliàs hĩ pro ꝓsentiente, si est suppositus illi vniuersitati, vt in l. nominationes, & in l. hi, qui, C. de app. & vide rōnem diuersitatis plene per Cy. in d. l. hi, qui. † In gl. in ver. [Cōstitutū] no. ex hac gl. iũcto tex. ꝙ capitulū pōt sine prælato facere statutū. Intellige, vt saltem gl. qñ ꝑ statutū nō mutat status ecclesiæ, sed ꝓcernit dūtaxat facta ipsius capituli: a liàs nō valet statutū sine cōsensu ꝓlati, vide tex. & ibi plene p Inn. in c. cũ ꝓsuetudinis, de ꝓsue. & vide bo. gl. in c. 2. de verb. sign. li. 6. & dic, ꝙ ēt vniuersitas inferior nō pōt facere statutū in arduis sine ꝓsensu Epi pp ꝺiũctionem, q̃ est inter Epm & ecclesiã inferiorẽ. Ita no. voluit Inn. in c. req sisti, in fi. de test. &
35 c. cũ accessissent, de ꝓstit. † No. 2. ꝙ in editione statuti fiẽdi p vniuersitatẽ, oēs debent esse ꝓsentes; ita per aliquos solet allegari ista gl. & mordet ꝑm hūc intellectū a plerisque, quia iure non ꝓbatur
b ista specialitas; cũ absentes nō sint vocādi, [b] vt no. glo. in c. 2. de testi. li. 6. quę ponit tres casus ꝓseciales, in q̃bus absentes sunt vocādi. Sed no. ꝙ ista gl. non loquitur ita gñaliter, sicut solet allegari: sed restringit se, q̃n statutum ꝓcernit ꝓiudiciũ absentiũ: & in hoc bene no. gl. ꝙ in ꝓiudicium absentium, non possunt pñtes aliqd statuere. licet duæ partes sint pñtes, ad hoc c. cũ oēs, de ꝓstit. Pōt tñ saluari primus gñalis intellectus gl. q̃n statutū ꝓcernit negotia multum ardua. Nam quemadmodū vocantur in illis tribus casibus exceptis, ꝓp grauitatem præiudiciũ; ita dicẽdum in oĩbus casibus consimilibus, & grauioribus. Nã cũ illi tres excepti casus non sint odiosi, sed fauorabiles, debent extẽdi ex identitate rōnis. Pro hoc vide tex. no. in capit. cum dilecta, de cōfirm. vtili, vbi casus exceptus a regula, extenditur ad alium habentem identitatẽ rōnis. Et idem voluit gl. no. iuris ciuilis in l. 1. C. de cond. indeb. & hoc est ſp no. pro extẽsione illius glossæ. c. 2. vt facias regulam no. ꝙ in casibus multũ arduis debent vocari absentes; quod sentit Inn. in c. 2. de nouꝝ ope. nũcia. & do. Anto. hic. Sed no. istum tex. & illam
16 gl. quæ nō solet ad hoc allegari. † Tertio no. ex hac gl. ꝙ regulariter in negotijs vniuersitatis ad minus debent esse præsentes duæ partes. Circa quod instant hic Doct. Nam aliqui antiqui regrunt solum maiorem partem per istum textũ, & per leg. quod maior, ff. ad munic. sed Ioan. And. inhæret gl. & dicit, ꝙ nō vocandi, non cōputantur in numero duarum partiũ. De quo vide in clem. qđ circa, de electio. Dic clarius, & latius, ꝙ ad vtilitatem actus, ad minus duæ partes vocandorum, debent esse præsentes. Ita intelligi debet l. nulli, & l. plane, ff. quod cuiusq; vni. no. Et ex illis duabus partibus oportet necessario maiorem partem consentire; ita intellige istum tex. & d. l. maior. Ex quo no. non esse necesse ad validi tatem actus, ꝙ maior pars hominum de vniuersitate consentiat, sed sufficit maior pars horum, qui sint in vniuersitate, dūmodo præsentes, constituant duas partes. Nam duæ partes repræsentant totã vniuersitatem, vt in dictis iuribus, & in l. 1. C. de decr. ab ordine facien. Dicoꝫ, ꝙ si aliquis de vniuersitate fuerit contẽptus, pōt prosequendo contemptum, facere actum retractari: qa plus obest contemptus vnius, q̃ ꝺictio multorum; in c. ꝙ sicut, & c. bonæ, de elec. & vide circa hoc, quod dixi plene in c. cum nobis, & in c. in causis, de elect. In glo. fi. ibi, [Restringenda sunt.] ad hoc
17 vide tex. in cap. 1. de iureiu. lib. 6. Et in fi. glos. no. ꝙ temere iurantes, sunt periuri. Sed dic, ꝙ impropric sunt periuri; vnde pp hoc non priuantur beneficijs. & vide de his vltimis, vbi supra remiſ.

ADDITIONES.

a Seb. Sapia. ¶ Tacens. Hoc dictum sequitur do. Abb. in c. 1. infra de loc & cap. dilectus. il 2. infra de fimo. & in cap. 2. supra tit. prox. & do. Alex. in l. quę doris, ff. sol. mat.

b ¶ Non sint vocandi. Adde videndum Cal. consi. 4. hoc eo. tit. vbi dicitur discrepare a dictis Abbatis.
Zach. ¶ Adde Iac. Reb. in l. fi. num. 2. & ibi in apo. Celsi. ad eum in ver. absentes, C. de lib. & hat.

SUMMARIUM.

1 *Interdicere ecclesiam non spectat ad canonicos; sed ad episcopum cum capitu. 3. 7.*
2 *Vox vnius ex collegiatis potest esse potentior, vel ponderosior, ratione maioris scientię, vel dignitatis, vel temporis receptionis.*
Canonici siue collegia, dicuntur maiores, vel minimi respectu scientię, vel dignitatis, vel temporis receptionis.
3 *Capitulū nō habet iurisdictionem in singulares canonicos; nisi præscripserit.*
in alijs tñ, si defuit paro chialis presbyteri præsentia; licet duo, uel tres testes adhibiti fuerint, nedum in foro ciuili, sed ẽt canonico impugnari põt. Ex quo infertur corollarium, q̃ ad uali di tatem te stamenti, non sufficit, q̃ adhibeãtur duo testes cum uno presbytero; nisi iste presbyter sit proprius sacerdos parochialis. † Venio ad qõnes. Et primo quæro, nũquid si legatur res aliena scienter, possit de iure canonico peti illius rei æstimatio? Et primo uĩ, q̃ non, per c. filius, sup. eo. Sol. In hoc uariæ sunt opiniones, & uarijs modis illud c. intelligitur. Nã gl. finalis ibi posuit duas lecturas ad istum tex. Et prima lectura est, q̃ illud c. intelligitur de benignitate canonica, vt sic non possit peti æstimatio, licet de iure ciuili se cus sit. Do. Ant. hic illam lecturã impugnat, asserens illã non elici ex tex. quia non facit mentionẽ de rigore, vel æq tate. Sed salua pace d. Ant. dico, q̃ illa lectura optime colligitur ex tex. illo, vt appa ret per ista verba; [Sed quia lege Dei, non autem lege huius secu li viuimus, &c.] & sic voluit imitari æq tatem ꝺ rigorem iuris ciui lis; & cãm, quare, ſ. in reassumptione istius lecturę plenius dicam. Secunda lec. est, q̃ possit peti æstimatio, secundum quod de iure ciuili cauetur. Ad illum tex. rñdetur, q̃ ibi solum prohibet, ne alie na res dẽatur. Sed ista lect. non procedit, quia ſm hoc nulla esset dria inter ius ciuile & ius canonicum; tñ tex. voluit denotare diuersitatem inter ista duo iura. Et hanc vĩ tenere Host. dicit tñ, q̃ ſi hæres nimis grauaretur, totum pretium soluendo; ẽt nõ debet illud cum intolerabili suo grauamine extorqueri, quod faceret de iure ciuili; & solum hunc legis rigorem intendit hic temperare papa, ad hoc de censi. c. licet, & c. ex parte, 17. q. 4. c. fi. de reg. iur. c. locupletari, li. 6. & dicit sic intelligendum, quod no. in summa, eo. ti. ver. ad quid hæres. Sed illa lectura non vĩ procedere, vt ex ſ. dicendis apparebit. Nec obst. quod dicit Host. q̃ hic papa voluit temperare rigorem iuris ciuilis, per quod hæres nimium grauaꝛ, quia hoc est diuinare ad istum tex. & diuinare non dẽmus, vt ecc. benefi. c. 1. Item per subauditionis suppletionem nõ debemus inducere iuris correctionem, vt no. in capi. cupientes, in §. quod si per 20. de elect. lib. 6. in gl. Tertiam lecturã posuit ibi Inn. & Io. glo. in c. si epͣs, 12. q. 5. dicentes, q̃ illud capitulum procedit, q̃n legatur res ecclesiæ. Nam tunc non valet legatum quoad rem, nec quoad æstimationẽ. Et est rõ, quia cum difficultate alienaꝛ, 10. q. 2. c. ea enim, §. hoc ius, & 2. q. 2. c. sine exceptione, sicut dr̃ in ꝓdijs Cæsaris, vt l. apud Iulianum, §. fi. ff. de le. 1. vnde si hoc priuilegium hẽt res Cęsaris, multo fortius res ecclesię; in quarum alienatione magna difficultas est, vt ſ. dixi. Item legari non possunt ea q̃ cõibus vsibus deputata sunt, vt ꝑalle. l. apud Iulianum, in §. non solũ. sed res ecclesię sunt huiusmodi, vt in c. rõ nulla permittit, ſ. de ꝓb. & in c. videntes. 12. q. 1. ergo, &c. Item quia rerum ecclesiæ nõ est cõmerciũ inter laicos. 12. q. 2. c. non liceat. Et ad illum tex. ibi, [Le ge Dei, non autem, &c.] rñdet satis retorquendo, vt dicamus, q̃ res ecclesiæ non sunt censendæ, sicut aliæ res seculi. Hanc lect. impugnat Hostiẽ. dicens, q̃ ẽt vbi legatur res ecclesię, valet legatum quoad hoc, q̃ dẽatur æstimatio; dũ tñ illa res sit in cõmercio nostro. Et puto, q̃ per ista verba voluerit excludere rem sacrã; ga si res sacra legaret, nõ dẽretur eius æstimatio; cum nullo modo sit in commercio nostro, vt in reg. semel Deo dicatum, de regu. iur. lib. 6. & Insti. de inut. stip. §. 1. Idem ẽt dicit, & tenet D. Ant. dicẽs, q̃ licet sit difficilis alienatio rei ecclesiasticę, non tñ adeo, q̃ repu tetur impossibilis, quod requirit lex, dicens legatum non valere de talibus, sicut si legatur res Cęsaris, tunc enim non dẽtur nec le gatum, nec æstimatio, ga de talibus non est commerciũ, nisi iussu
19 Principis; &: sic est tãta difficultas, q̃ reputatur impossibilis. † Nã
a quod ꝓ principem tñ potest explicari, [a] dr̃ impossibile, vt no. gl. ff. de verbo. obl. l. continuus, §. cum quis, & Dy in dicta reg. semel Deo, li. 6. non autem sic est in rebus ecclesiæ, quia possunt alienari sine consensu principis, imminente vtilitate, vt 12. q. 2. c. sine exceptione. & sic non consistit alienatio in potestate vnius tãtum. Item dico, q̃ etiam si verum esset dictum Inn. q̃ si legatur res ecclesiæ non dẽtur æstimatio, sicut dr̃ in prædijs Cæsaris, non tamẽ esset satisfactum illi tex. Nam ſm Inn. nulla esset dria inter ius canonicum & ius ciuile, quia idem de iure ciuili, & tñ tex. vt ſ. dixi, voluit denotare diuersitatem. D. Ant. simpliciter inhæret opi. Io. & Inno. dicens, q̃ inter ius ciuile & ius canonicum nulla est dria in hoc casu. Et ad istum tex. qui vĩ velle facere differentiã, rñdet, q̃ fuit allegatio partis. Illud dictum iudicio meo non procedit. Nã ibi papa loquitur Epͦo, dicendo, [Quia lege Dei viuis.] & sic non sunt verba partis. Item per ista verba, vt patet ex dictione, Quia, Papa voluit reddere rõnem suę diffinitionis, & ideo non placet. Item quia diuinat, & diuinare non debemus, vt in c. vt nostrum, vt ecclesia benefi. Quærtam lecturam posuit idem do. Anto. dicens, q̃ illud c. procedit, q̃n res ecclesiæ vnius legatur alteri ecclesiæ, quia tunc nõ debetur legatum, etiam quoad æstimationem. Et est rõ, quia ecclesia non debet se immiscere lucris odiosis. 17. q. 4. c. quicunque. Et pro hoc inducit literam, quę loquitur Epͦo, ibi, [Lege Dei,] scilicet tu Episcope. Sed hæc lectu. non procedit, quatenus restringit illum tex. q̃n legatur res vnius ecclesiæ alteri ecclesiæ. Nã in hoc narratur factum, prout accidit, vt patet in lite ra, & rõ super qua se fundat papa, habet locum nedũ in ecclesia, sed etiam in quibuscunque subiectis ecclesiasticæ iurisdictioni, vt ſ. dicam. † Quintam lec. posuit Bal. in quadam sua repetitione, vt ipse ponit in l. 1. C. de sacrosc. eccle. quam sequuntur aliqui moderni, vt dicatur, q̃ illud capitulum procedit, q̃n ecclesię fit legatum rei alienæ ignoranter. Nam tunc de iure ciuili debetur æstimatio, sicut q̃n legatur coniunctæ personæ, etiam ignoranter, qa valet, vt C. de leg. l. cum rem alienam. Ecclesia autem dr̃ esse coniuncta pſonæ, & pro hoc facit c. ſi quis irascitur. 13. q. 2. & c. q. abstulerit. 12. q. 2. vbi dicit tex. q̃ ecclesia est mater nostra; sed de benignitate canonica non debetur ibi; & sic, pcedit tex. volens denotare istam diuersitatem inter ista duo iura. Et licet ista lectura videatur colorata, tñ tollitur duabus rõnibus efficacibus. Et pri ma sit illa, quia l. cum rem alienam, C. de leg. intelligitur de coniunctis rõne sanguinis; non autem de ecclesia, licet largo modo dicatur coniuncta persona, vt sentit gl. in præalle. c. filius, & expressius no. ibi Do. Ant. per Doct. in c. nonnulli, de rescrip. ubi sentiunt, q̃ iura permittentia aliquid coniunctis, intelligũtur de coniunctis, rõne sanguinis, non autem de coniunctione accidentali, & ficta; & tñ tex. in præalle. c. filius, habuit pro indubitato, q̃ de iure ciuili in illo casu deberetur æstimatio. Secunda rõ efficacior est, qua illa rõ quæ inducit, vel mouet legem ad statuẽdum, q̃ si legatur res aliena coniunctæ personæ, etiam ignoranter; eadem rõ est, q̃n legatur ignoranter alijs legatarijs, q̃ deberetur æstimatio. Eadem rõ mouet legem ad statuendum gñaliter, q̃ si legatur scienter cuicunque, debetur æstimatio. Nam rõ decisionis in vtroque casu est præsumpta voluntas testatoris, sed qua rõne non debetur legatum ecclesię, nec eius æstimatio debetur, quando ignoranter, eadem rõne q̃n legatum fit scienter. Nam ubi est eadem rõ, idem ius debet esse, vt in c. translata, de const. & c. cum dilecta, de confirma. uti. vel inuti. cum simil. Quapropter ego indistincte adhæreo primæ lecturæ quam præmisi, quam sentit gl. ibi, licet non clare, vt dicamus, q̃ illud c. procedit de æquitate canonica, q̃ debet seruari in foro ecclesiastico. Nam secũdum rõnem expressam, est quilibet tex. intelligendus, vt in ca. intelligentia, & c. præterea, de verbo. sign. & facit quod no. Dy. in reg. fi. de reg. iur. li. 6. Sed ista rõ quæ ibi exprimitur, habet locum in quocunque subiecto ecclesiasticæ iurisdictioni, &c. Nam ibi dr̃, quod ideo non dẽt æstimatio peti, quia lege Dei debebat viuere ille Episcopus, non autem lege seculi. Et intelligitur lege Dei, idest lege diuina & canonica. Nam lex canonica dr̃ lex Dei, vt in c. qualiter & quando, il 2. de accus. & in c. nimis, de iureiu. ſm quas leges dẽnt viuere omnes subiecti ecclesiasticæ iurisdictioni, vt in c. ſi duo, de appel. & c. i. & quasi per totum. 4. dist. Et hanc diuersitatem inter ius canonicũ & ius ciuile aperte voluit iste tex. dum dicit, q̃ leges seculi hẽnt, vt hæres ad soluendum cogatur, si eius author rem legauerit aliter nam; sed quia lege Dei viuis, non autem lege seculi, &c. Et sic aperte voluit facere differentiam quoad soluẽdum æstimationem legati. Et q̃ aliud sit de iure canonico, aliud de iure ciuili, tenet Accur. in l. cum rem alienam, C. de leg. & potest esse rõ: Nam q̃ debeatur legatum vel æstimatio, hoc procedit ex tacita voluntate testatoris; non aũt ex expressa: vnde, si ecclesia permitteret, q̃ posset peti legatum, vel eius æstimatio ab hærede inuito, sãltẽ quoad vulgi opinionem, vĩ inhiare lucris odiosis & tpalibus, a quib. abstinendum est, vt in c. fi. 17. q. 4. vbi dicit August. Qui vult exhæredato filio, hæredem facere ecclesiam, alium quærat, q̃ Aug. Imo, Deo propitio, neminem inueniet, & pro hoc optimus tex. in ea pte, de cẽsi. in fi. vbi pp istam rõnem, si ecclesiæ ad diuersas mesuras solui solet, liberatur soluẽs ad minorem, quia a iu. ecclesiast. benignius sunt exigenda, ne tanq̃ exactores videantur lucris tpalibus inhiare. Et licet rõ necessario cõcludens reddi non possit, sufficit rñ ita scriptum esse. 6. q. 3. c. scriptum. Ex istis omnibus talem elicio conclusionem. Legatũ rei alienæ ignoranter, siue ignoran
21 ter factũ, de iure canonico non debetur, nec eius æstimatio. † Se
b cundo principaliter quæro, nunquid clericus possit testari de rebus, tam proprijs, q̃ de fructibus sui beneficij. [b] Sol. de bonis proprijs non est dubium, quin testari possit, ut in c. i. de testa. & 12. q. 5. c. i. & c. fi Epͣs, & quasi per totum. De fructibus autem sui beneficij, [c] sunt opiniones. Nam aliquæ gl. vĩr velle, q̃d clerici cõparent
c vsuarijs, aliq̃ q̃ cõparent vsufructuarijs. gl. ĩ c. duo sunt. 11. q. 1. de-
cit, q̃

ADDITIONES.

a Seb. Sapia. ¶ Explicari. Quomodo procedat, declarat Petr. de Ancha. in regula, semel, de reg. iuris, in 6. videlicet, vt procedat in his, quæ concedi non licent per principem, alias secus, & hoc tenet Pau. de Cast. Are. & Ale. in d. l. continuus, §. cum quis, ff. de ver. obli. & ad hanc regulam vide Gem. in cap. gratia, in fi. de rescrip.

b Sui beneficij. Adde do. Card. consi. 79. Io. de Ana. cons. 87. An autem clericus, qui habet priuilegium testandi de fructibus beneficii, moriens illos transmittat ad hæredes, uide dom. de Ro. dec. 509. in antiquis, hoc tit. Zac. Adde quod notaui in apost. ad istum in rub. supra de pec. cle. numer. 3 in apo. in ver. quæ mihi plus placet.

c Seb. Sap. Sui beneficii. An clericus faciat fructus beneficii suos, vide no. per Fel. in c. de quarta colum. 11 uerſ. faciunt postremo prædicta, supra de rescrip. ubi tangit, an faciat fructus suos, quando est dignus priuatione, antequam priuetur.

ẽt, q̃ clerici sunt dñi fructuũ collectorũ; & subijcit, q̃ licet proprietas fructuum ipsorũ sit tñ in morte nõ possunt eam alicui largiri rõne testamenti, sed intuitu eleemosynæ sic, ut in cap. quia nos, §. eo. tit. & c. adhæc, fuit hæres quilibet, & sic dãs rerũ quasi per fideicommissum restituere tenetur; alij tñ nihil possunt alienare. ff. ad Trebel. l. deducta. §. ulti. & l. quidã. §. ſi quis. Et gl. uulgaris in c. præsenti, de offi. ord. li. 6. distinguit inter clericum habentem administrationẽ, & nõ habentẽ, dicẽs, q̃ clericus administra nõ habẽs, quãdiu uiuit, & sanus est, põt donare; moderate tñ, ut in c. cæterũ, de don. & cõparat cũ usufructuario, quia eius ius morte finitur, sicut usufructuarij, ut in c. fi. de pe. cle. & ſ. de don. c. consultationibus. & supra de pig. cap. ulti. Potest ergo, dum uiuit, uoluntatem suam facere; dummodo donet moderate. cum autem incipit infirmari, comparatur usuario; & ita nihil habet, ni si usum, electmosynam tñ facere potest, sed testari nõ, vt in cap. cũ in officijs, & c. ad hæc, cum ſ. ſ. eo. tit. Si vero clericus sit non habens administrationẽ; sed personaliter & simpliciter beneficiatus, & in vita & in morte cõparatur usufructuario, quãtum ad fa cendũ fructus suos, & de ipsis põt testari, ſm illã. Et refert istam opi. tenere Host. & Bar. q̃ ĩ alis consuetudo cã approbat; & dicit q̃ ista opi. satis probatur in c. requisisti, in §. illud, ſ. eod. titu. Et pro hac parte optime facit tex. & quod ibi no. gl. in c. fi. de pigno. & in c. vnico, de cleri. non resid. li. 6. vbi dr̃ probari, q̃ canonicus facit fructus suos. In ꝺrium facit, quod no. gl. in c. ſi. de pig. & in eã qs sane, de pecu. cleri. & in c. cum olim, de rerũ. permu. In quibus locis indistincte dicit, q̃ clericus est tñ usuarius, quia debent esse contenti victu & vestitu, nec de bonis ecclesiæ valent cõdescendere. Ad idem facit q̃d no. Io. And. in cap. res ecclesię. 12. q. 1. vbi dicit, q̃ de bonis ecclesiæ illud solum est clericorum, quod probabiliter rõne consumunt. Vnde infert, q̃ si clericus emit equũ de bonis ecclesiæ, q̃ ille non est suus, sed ecclesiæ. Idem vĩ tenere tam in c. cum in officijs, §. eo. vbi dicit, q̃ varias & delicatas expen sas debet iudex deducere super bonis ecclesiæ, quæ sunt in eleemosynam pauperum, vel in redẽptionem captiuorũ, vel in hospitẽ, vel alias pias causas, 12. q. 2. cap. aurum habet, & c. gloria Epi, ſ. fi. & no. in cap. indecorum. de æta. & quali. vnde dicit Hiero. vbi 44. dist. in prin. Sacerdos de altari viuere non luxuriari quærat. vnde dicit ibi gl. q̃ clericus tñ necessaria habere dẽt ab eccle sia, & illa necessitas arctatur ad victum, & vestitũ, vt in c. Epͣs. 12. q. 1. vnde dicit Archi. quem sequitur Io. de Lig. in cle. gratiæ, de re scrip. q̃ si clericus vltra debitum aliquid expẽdit de bonis ecclesiæ, tenetur ad restitutionem. Et pro prædictis optime facit tex. in Epͣs. 12. q. 1. vbi dicit, q̃ quicquid de prouisione ecclesiæ fuerit de agris, siue de fructibus, siue de oblationibus, q̃ oĩa debent conseruari ecclesiæ, & q̃ si Epͣs aliter præsumpserit, poterit deponi. Simile habetur in c. Epͣs. 10. q. 2. Vnde dici cõsueuit, q̃d acquisita de bonis ecclesiæ, põt ecclesia vendicare, 12. q. 4. c. facere, & q. vlti. c. fixum, in argu. ea causa. q. 2. c. apostolicos, in fi. vbi hoc, & paret in eo, quod leg. & no. ſ. de pecu. cleri. c. inquirendum, & pro prædictis facit c. clericus, & c. duo sunt genera. 12. q. 1. & c. quia tua, in fi. & in hanc partẽ inclinat Arch. in c. statutum, de fallsis. Sed rõe, de rescri. lib. 6. & Io. de Lig. in clem. gratiæ, eo. tit. Et hanc partẽ ego amplector; tũ pp superius alleg. tum pp statim allegandã. vnde est tex. in c. 1. 12. q. 3. vbi indistincte de quolibet clerico dicit, q̃ quæcunque acquisiuerit de bonis ecclesiæ, dẽt conferre ecclesiæ alias punitur, vt ibi no. Nã si facerent fructus suos, pro hoc video quare de illis fructibus nõ possunt sibi emere ꝑdia. & pro hoc tex. in §. fi. cũ cap. seq. 12. q. 2. hr̃ de clerico nõ habente administrationẽ, & dr̃ ibi, q̃ præbenda assignatur canonico, vt ipse inde ea necessaria percipiat, & si qua suis necessitatibus superfluerint, in cões vsus ecclesię expẽdat. Similis tex. hr̃ in c. Epͣs. §. his ita datur. 14. q. 1. vbi dicit aperte, q̃ canonicus vtitur rebus ecclesiæ non tanq̃ suis, sed tanq̃ ad dispensandum sibi creditis, qa ipse in rebus ecclesiæ est procurator. & pro hac parte bon. tex. in c. vindemiantes. 12. q. 1. vbi dr̃, q̃ ideo bona sunt reseruata ecclesiæ, nec vẽdantur, prout olim fiebat, vt ex redditibus & fructibus eorũ triticum emerent necessaria egentibus, & cõem vitam ducentibus, & sic apparet q̃ indistincte, siue clericus habeat administrationem siue non, non dẽt res ecclesiæ vendere, sed ex redditibus earum eidem vitam cum fidelibus ducere. † Et pro prædictis optime facit c. cap. fi. de his, q̃ fiunt a maio. par. cap. a vbi patet, q̃ maior pars canonicorũ, minori parte inuita, possit statuere, vt quilibet canonicus teneatur certam portionem suorum reddituum ad opus fabricę conferre, q̃d non esset, si canonici facerent fructus suos, cum nõ valeret q̃ faceret maior pars, imo potior esset ꝺditio prohibentis, vt in reg. in re cõi, de reg. iur. li. 6. & quod no. in c. cũ ecclesia, de const. Non põt ergo percipere, nisi tñ necessaria; & sic non poterit de fructibus sui beneficij testari. Nec ob. si dr̃, imo ha bet ultra necessaria. Nã põt facere de bonis, ecclesię eleemosynã, & in ea relatũ. 2. & c. ad hæc ſ. eo. & ẽt moderate b donare, si hoc habet quietudo, vt in c. cæterũ, ſ. de don. Nã rñdeo, q̃ illud facit tanq̃ administrator ecclesiæ, ad quẽ spectat dispensatio; sed testatio nomine suo; quia de rebus alienis quis testari nõ põt, vt no. glo. c. ga nos, ſ. eo. Item quia testm confirmatur morte, vt in c.

ADDITIONES.

a Zacha. ¶ Maiori parte capituli. Adde in c. ex parte, nume. 8. & quod ibi notaui plene in apostil. ad eum, in verſiculo, tanto tempore, supra de cleri. non resident.

b Seb. Sap. ¶ Et etiam moderate. Adde q̃ etiam prælatus potest pacisci in præiudicium ecclesię; dummodo sit leue præiudicium, vt per Fel. in c. uenient, col. fi. uerſi. dum dicit Abbas pulchre, sup. de præscrip.

c Seb. Sap. ¶ Nunquid. Vide de ista materia pulchre, per Soc. post Bar. in l. ciuibus, ff. de re. du. principaliter tangunt an legatum relictum sacerdoti, ceſſeatur rei. ctum ecclesiæ, an vero ipse sacerdos sibi acquirat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stat eum habuisse proprium tpe promotionis, aut con. at non habuisse, aut dubitatur. Primo casu probet agens ꝫ possidẽtem, ſicit. c.j.ſ.e.& c.fi.ẽ.de pecu.cler. Secundo casu, qñ constat nihil habuisse tpe promotionis, presumitur pro ecclesia. d.c.j. Tertio.ſ. qñ dubitatur, ẽt præsumitur pro ecclesia, maxime si prælatus nõ fecit inuentarium tpe promotionis. Et hanc opi. Io. And. sequitur do. Anto. in c.cum In officijs, ſ.eo. vbi dicit sic ſe consuluisse per præalle.c.j.de pec.cler.& 12.q.5.c.1. Mihi vr, ꝙ primum membrum distinctionis non possit procedere, nec tertiũ ita indistincte, prout ipse ponit. Et primo, dum dicit, ꝙ si constat clericum aliquid habuisse tpe promotionis, ꝙ pro ipso præsumitur, dico, ꝙ hoc est ꝫ casum c.j. 13.q.4. & ibi optimam gl. Nã ibi legitur & no. ꝙ si clericus habens patrimonium, & beneficiũ, aliqua acquirit, in dubio præsumitur, ꝙ fuerint acquisita tam de bonis clerici, q̃ de bonis beneficij: vñ in dubio dẽt diuidi ſm quantitatẽ patrimonij, & rerum ecclesiæ. Nam, si clericus ex fructibus sui patrimonij percipiebat centũ, ex fructibus aũt sui beneficij percipiebat ducenta, subtractis sibi necessarijs; nunc in dubio de bonis per eum acquisitis, ecclesia habebit duas partes, & hæres clerici tñ vnam partẽ, & hoc vr sentire Inn, in præal. c.cum in officiis, ſ. eo. & Iac. de Ra. in auth. licentiam, C. de epis. & cle. Et sic patet, ꝙ primum membrum supra positum nõ procedit indistincte, quatenus volebat ꝙ præsumeretur pro clerico, si cõstabt ꝙ tpe suæ promotionis habebat aliqua bona. Ad c.j. de pec. cle. quod induc it pro se Io. An. tñ deo, ꝙ ibi inquiritur, si clericus nihil habebat tpe suæ promotionis, ad effectum, vt ecclesia oĩa possit vendicare: non aũt, possit vendicare partem: quia vt supra dixi, partẽ omnino hre dẽt, ẽt si clericus aliquid habebat, ut in præal. c.j. 12. q.4. Item iste rex. non facit, nisi superficialiter a ꝺrio, & arg. a ꝺrio stã dum non est, vbi reperitur ꝺrium iure cautum, vt in c. a nobis, ẽ. de sen. exc. Ad c. 1. 12.q.4. quod allegat do. Ant. pro se. dico ꝙ potius facit ꝫ. Nam ibi mandatur, si constiterit, ꝙ iste Epꝰ acquisiuit ista bona in epatu, quia oĩa taliter acquisita, cedunt ecclesiæ. Sed si dubium esset, an ista bona habuerit ante suam promotionẽ, uel postea acquisiuerit; tunc singulariter probatur ibi, ꝙ successor clerici defendetur in possessione, quousq; probabitur, ꝙ fuerint acquisita post suam promotionem. Et per hæc proximè dicta, dico ꝙ tertium membrum distinctionis Io. An. supra positũ non oĩno procedat, quatenus vult, ꝙ si dubitatur, an clericus habuerit aliqua bona tpe suæ promotionis, ꝙ præsumitur pro ecclesia; quia deberet distingui ſm prædicta, ꝙ aut dubitatur, an illa bona, de quibus est cõtẽtio, a quisiuerit clericus post suã promotionem, vel antea habebat; ꝙ tunc non præsumitur pro ecclesia, sed possessor defendetur in possessione, quousq; probatũ, & ostensum fuerit per ecclesiam, ꝙ ista bona fuerint acquisita post, vt in præal. c.1.12.q.5. vbi optimè probatum est, & ibi etiã gl. tenet hoc. Aut certũ est, ꝙ ista bona fuerũt acquisita post, sed dubitatur, an clericus habuerit aliqua bona, ex quib. potuisset postea acquirere ista; & tunc põt procedere dictũ Io. And. ꝙ præsumitur pro ecclesia, quousq; constabit, ꝙ clericus habebat aliqua bona, ex quo certũ est de iure ecclesiæ, vt in c.1.12.q.3. & in præal. c.1. de pecu. cle. Vnde cõprehendendo oĩa membra, plenius distinguo ꝙ aut certum est, ꝙ clericꝰ habebat patrimoniũ tpe suæ promotionis, aut certũ est, ꝙ non habebat, aut dubitatur. Et hoc vlt. casu subdistinguo, ꝙ aut dubitabatur, an habuerit aliqua bona, ex quibus potuerit acquirere ista bona, de quibus est ꝓtentio, vel postea acquisiuerit. Quoad primũ mẽbrũ distinctionis, ſ. qñ certum est, quod cleticus habebat patrimoniũ; & tunc aut põt constare ex quibus redditibus acquisiuerit illa bona, & erunt illius, ex cuius redditibus fuerunt acquisita. 12.q.4.c.quicunque, & supra de pec. cle. c. inquirendum, & 12.q. 1. c. sint manifestæ. Aut dubitabatur, & tunc cum sacerdos fuerit in culpa, ita permistim vtendo rebus ecclesiæ & proprijs, vt in c. sint manifestæ. 12.q.i. illa bona præsumuntur acquisita tã ex redditibus proprijs, q̃ ex red ditibus ecclesiæ, & ideo debent diuidi inter ecclesiam, & hæredẽ clerici. Hæc pñt intelligi, qñ facultas patrimonij, & beneficij, bonorum illam acquisitionẽ patiebatur, iuxta no. per Inn. in c.cum in officijs, ſ. eo. tit. & facit quod in simili no. gl. in l. cum oportet, C. de bo. quæ lib. & Spe. in tit. de accuſ. §. 1. ver. quid si de peculio, & sequitur in ista qõne, an filius præsumatur acquisiuisse de bonis patris, an ex industria. Secundo casu distinctionis, ſ. qñ certũ est, ꝙ nihil habebat, & tunc si habebat, aliquod artificium, vel doctrinam, ex quibus potuisset acqrere, & idem dicendũ, quod supra proximo casu, ad hoc c. relatum ꝫ. eodam. Aut non habebat artificium aliquod, & tunc præsumitur pro ecclesia, vt in cap. 1. ſ. de pecu. cler. & 12.q.3.cj. Aut dubitatur, an aliquid habebat, & tũc aut dubitatur, vtrum habuerit aliqua bona, ex quibus potuisset ista bona acquirere, & præsumitur pro ecclesia, vt supra. Aut dubitatur, an acquisiuerit ista bona, de quibus est contentio, antequã promotionẽ, vel post; & dico, ꝙ ille; qui est i possessione, defendetur in ea, quousq; probetur ꝺrium, vt supra dixi, & hoc optime probatur in præal. c.1.12.q.5. † Sed ꝺ predicta opp. & vr, ꝙ nunquam præsumendum sit pro ecclesia, ẽt si clericus nihil habebat tpe suæ promotionis, sicut dicimus in tutore, qui presumitur acquisiuisse bona ex propria industria, non autem de bonis pupilli, vt C. arb. t. tut. l. si defunctus, & no. in c. sint manifestæ. 12. q. 1. Solue, prout notant aliqui doct. ſ. de pec. cle. c.j. & Io. de Lig. in cle. gratiæ, de resci. ꝙ aliud in tutore, aliud in prælato. Et est ratio, quia tutor est tpalis, prælatus autem est perpetuus. Irẽ iste tutor non sic liberè vtitur rebus pupilli, sicut prælatus, qui hẽt liberam administrationẽ in bonis ecclesiæ, vt in c. cum nobis, ſ. de electio. & gl. in c. si. 5. q. 3. vbi de hoc, vel aliter & melius tutori licitũ est negotiari; & ideo potuit esse, quod ista bona acquisiuerit ex sua negotiatione; & si præsumeremus, quod acq sui illa bona ex bonis pupilli; tunc præsumeremus in eo crimen furti, quod non est faciendum, vt in c. fi. de præsumpt. & de scruti. c. vno. Clerico aũt non licet aliquo modo negotiari, in c. fi. ne cler. vel mona. & plene 14.q.3. in summa. Et ideo præsumẽdum est, ꝙ ista bona fuerint acquisita ex redditibus beneficij; alias autem præsumeretur peccatum negotiationis; & sic eadem est ratio, quare secus præsumitur in tutore, q̃ in clerico, ſ. ne presumatur crimen. † Quid aũt in acquisitis non ratione beneficij, nec omnino ratione personæ, sed ratione dignitatis clericalis, vt quia pro missis dicendis fuerint sibi legata centum, vel fuit capellanus alicuius dñi, & ex hoc multa acquisiuit, an de istis poterit testari? Inno. in c. qa nos, ſ. eo. sentit, ꝙ non. Et idem de istis, quod de acquisitis consideratione ecclesiæ, & hoc sentit in eo, ꝙ ponit quandam glosſellã super verbo. Considerationẽ, &c. Sed Host. eandem glo. Inn. ponit super verbo, Amicorum, ex quo resultat ꝺrius intellectus. Ibi Io. And. transit recitando Iac. Butr. in l. sacrosan. C. de epis. & cler. & Pet. in auth. licentiam, C. eo. sentit, ꝙ de istis testari poterit, quod mihi placet, quia hoc donatur sibi, vt sit suum, & non contemplatione ecclesiæ, cum nullã habeat, & sic optime facit c. requisiti, ẽ. eo. in fi. Item hoc vr sibi datum in recõpensationẽ dãnorum, q̃ sustinuit trahendo ibi moram. Nam interim ex aliquo artificio potuisset tantundem acquirere, ad hoc quod no. Inn. in c. qm, ne præla. vices suas. Et ex istis tales elicio conclusiones. Bona per clericum beneficiatum & patrimoniũ habentẽ acquisita, in dubio q̃ sita præsumũtur, tam de redditibus propriis, q̃ ecclesiæ, & ideo de illis omnibus testari non potest. Aliàs si dubitatur, an bona clerico decedente dimissa, fuerint acquisita, anteq̃ ad beneficiũ promoueretur, vel post, hæres clerici in eorum possessione defendetur, quousq; de iure ecclesiæ cõstiterit. † Quarto principaliter quæro, nunquid clericus possit suis creditoribus de fructibus sui beneficij [a] satisfa cere? Sol. Host. in c. cum peruenit, ſ. de fideiuſſ. dicit, ꝙ aut loquimur de redditibus, quos clerici faciunt suos, vt in beneficijs simplicib. & tunc de illis clericus satisfacere potest; alias aũt no. Sic dicit fore intelligendũ textũ, & ꝙ hoc dicto Host. facit gl. in c. duo sunt genera. 12.q.1.q̃ dicit, ꝙ clerici sunt dñi fructuũ perceptorũ, & qđ no. gl. in c. ꝓsenti, de off. or. li. 6. D. An. ibidem, ſ. in c. peruenit, præal. vr velle, ꝙ non solum is, qui hẽt liberam beneficiũ, sed ẽt platus tenetur ꝙ debito ꝺcto pro se, & non intuitu ecclesiæ, satisfacere de redditibus beneficij, & hoc per pal. c. peruenit. Nec. n. per hoc, ſm eũ, ꝓiudicatur ecclesiæ, qa parce viuendo poterit satisfacere; ẽt si sit platus regularis hñs redditus distinctos: hẽt. n. liberã administrationẽ in eis, de resc. r. c. edoceri. Irẽ alia opi. sapit inquitatẽ, vel quia fraudarentur creditores, si nuquam tuarent, vel clerici nõ intuenirẽt, q̃ sibi crederẽt, & sic essent quasi iudæi inter christianos, cũ tñ probent oẽs, ꝙ sæpe opus est ab illis mutari. Hanc opi. vr tenere D. Ant. in c. olim, 2. de rest. ſpol. vbi dicit fore casum de hoc. Nã ibi expectãt creditores quousq; ille Epꝰ debitor restitutus fuerit epatui, vt possit eisdẽ satisfacere. Specia tit. de sen. exc. §. sequitur, ver. quid si debitor, dicit, quod aut clericus nõ hẽt alia bona, vnde possit soluere debitũ; & tunc pñt allegnari redditus ecclesiæ suę. Aut hẽt alia bona, & tunc secus. Collec. in c. Odoardus, de fol. dicit, qđ vidit in curia seruari, ꝙ clericus nihil habẽs de patrimonio, admittit cedens fructibus beneficij deducto eo, qđ sufficit pro administratione diuinorũ, & debitibus soluit creditorib. ꝙ hoc all. dictũ c. peruenit, de fideiuſſ. Actis in c. statutũ. in §. assessorẽ, de resc. li. 6. tenet indistincte, ꝙ idue clericus hẽat administrationẽ, siue nõ, ꝙ nõ põt de fructibus sui beneficii satisfacere suis creditorib. cũ ipſi habeãt soli vsum, vt plene dixi ſ. in q. 2. Et ex ꝺria opi. sequitur iniquũ, ꝙ ecclesiæ fierent pauperes dãnificarentur ex facto illorũ, ꝺ id, qđ hr de excep. cum venerabilis. Nã alteri per alterũ iniqua ꝓditio afferi non dẽt. Nã fructus, q̃ supersunt clericis, sunt esuriẽtiũ, ut in c. sicut hi. 47. di. Ad c. puenit, de fideiuſſalle. in ꝺriũ, ñdet ipse duob. modis. Primo, ꝙ illud ꝺtingit ibi ex authoritate, siue spãli mãdato Papæ. Vel aliter & verius, ꝙ licet ibi Papa mãdet satisfieri de redditibus illorũ clericorũ, non tñ ex hoc colligitur, ꝙ illi redditus ꝓuenient de bonis ecclesię, & sic non obst. illa decre. Mihi aũt ꝺ in hac mã videtur

ADDITIONES.

a Zachar. ¶ De fructibus sui beneficij. Adde Host. Io. And. Imo. & do. in c. præhensibilis, & ibi notaui in apo. ad istum in ver. testari, nu. 18. supra de appel. & Arch. in c. statutum. §. assessorem, de resci. lib. 6.

b ¶ Mihi autem. Adde, vt per dom. de Ro. deci. 1. in antiquis, de fol. per Roma. conſ. 440. per Cald. conſ. 1. de pecu. cle.

uidetur distinguendum, ꝙ aut clericus cõtraxit debita pro sua sustentatione, vt se aleret, & tunc dico, ꝙ nedũ in vita, sed ẽt post mortem de fructib. sui beneficij, dẽt satisfieri creditoribus, vt no. Io. And. in c. ex præsentium, ſ. de pigno. cuius dictum communiter sequuntur Doct. & pro hoc est casus in c. olim. 2. de restit. po. qđ sic intelligo. Nam ibi iste Epꝰ fuerat ſpoliatus suo epatu; & sic non habebat vnde viueret, & sic apparet, ꝙ illa debita ꝓxe ratibi pro sua sustentatione, & pro hoc sit responsum ad istum quæ adducebat D. Ant. in ꝺrium. Aut nõ pro sua sustẽtatione, sed pro alia sua necessitate, vt pro reparãdis suis domibus ꝓprijs, vel pro alio consimili casu; & tunc dico indistincte, ꝙ de fructib. beneficij satisfieri non debet, ẽt parcè viuẽdo. Nam clerici hẽnt ꝺtum vsum, vt ſ. dixi, ergò si debita non sunt ꝺcta pro suo vsu, ecclesia non tenet. Et, ꝙ hoc bo. tex. in c.j. de solu. vbi patet, ꝙ tunc intenetur succesſor soluere debita prædecessoris, qñ pro necessitate ecclesiæ sunt ꝺcta, ad idem facit præalle. c.ex præsentium, ſ. de pignori. vbi patet, ꝙ non ecclesia, sed hæres clerici tenetur ad hoc. Non ob. rõ, quam allegat D. Ant. dum dicit, ꝙ ex quo habet administrationem in reb. ecclesiæ, potest de istis reb. & redditib. satisfacere, quia respõdeo, ꝙ licet habeat administrationem, dẽt ꝺspẽsare ad eum vsum, ad quem fuerũt instituti. Et si ꝺrium tale, talis dispensatio reuocatur, vt in c. si quos de feriis, 12.qõ. 2. & c. monemus, & c. diaconi. 12.qõ. 2. Ad c. peruenit, ñdeo, vt respondet Archi. di. in sua solutione, videlicet, ꝙ illud c. non intelligitur de redditib. beneficij, sed de redditibus propriis. Et pro hac opinione optime facit gl. in c. de multa. ſ. de præben. quæ est supra opi. Prima, ꝙ dñium rerum ecclesiasticarum. Gl. in c. expedit, 12.q.1. po ꝺ Deum, vt 12.q.2. c. qui Christi, & c. qui abstulerit. Tertia hẽt, ꝙ dñium est apud clericos, sicut dñium rerũ vniuersitatis est apud ꝺes. Instit. de rer. diui. in §. vniuersitatis. Gl. in c. cã, ꝺ. de ver. sig. tenet, ꝙ ista bona ecclesiarum sunt Dei, licet omnia sint eius. Ista specialius hñr 1.q.3. c. saluator, & 33.q.8.c. cõuenior, & pro hoc ꝺcit. c. tua. Inn. in c. cum ſuper, de cau. poſ. & propr. ponit duas opi. Prima est, ꝙ non prælatus, sed Christus dominium, & possessionem rerũ Ecclesiæ hẽt. vnde quæcunq; hoïes ecclesiis offerũt, siue oblata Deo. 12.q.2.c. nulli liceat, & c. qui abstulerit, & 12.q.1. c. es, & c. videtes. Secunda opi. est, ꝙ ecclesia. i. congregatio fidelium hẽt possessionem & proprietatem: vnde dicit Inn. ꝙ si aliqñ contingant hæc bona Deo oblata, esse Eporum, vel platorum, vel Capitulorum, debet intelligi, ꝙ sint eorum quoad gubernationem, non ẽt pauperum quoad sustentationem, vt 16.q.1. in c. qm, vbi de hoc, & subijcit idem Inn. ꝙ hæc bona pp vtilitatem cõm ꝺnis sint in ecclesiis diuersorum locorũ authoritate summorũ Pontificũ, & Epis & aliis ꝓlatis concessa extitit administratio eorũ. 12.q.1. c. videntes, & c. ꝓcipimus. Ego puto, ꝙ inter istas opi. sit ꝓstatior, quæ hẽt, ꝙ dñiũ c rerum ecclesiæ sit penes Deũ, & pro hoc est tex. opt. in c. cum ex eo, de elect. lib. 6. ibi, [De Christi patrimonio ſublimatis, &c.] Hoc ẽt no. ibi gl. quæ est in verbo, Christi, facit c. qui Christi, & c. qui abstulerit. 12. q. 2. Item, vt ſ. dixi homines offerentes ecclesiæ, habent respectũ ad Deũ, vt ꝓalle. c. nulli liceat. 12.q.2. & in c. res ecclesiæ. 12. quæſt. 1. ibi, [Dño oblatis, &c.] & de rer. perm. in c. municipia, & c. iniustũ. † Hoc ꝓmisso venio ad solutionẽ præmiſſæ qõnis, & hoc Doc. non tangunt, ꝙ meminerim, tamen puto, ꝙ papa sine causa hanc potestatem dare non pot, & hæc bona sunt Dei, et quod nostrum est, sine facto nostro à nobis euelli non põt, vt in c. ab eo, de ele. lib. 6. Nam qui dimittit debita Dei sine cã, profectò Deum offendit, vt dicit tex. in c. si is, qui. 22.q.4. Et licet Papa sit vicarius Christi; tñ dẽt legitime administrare, & potius conseruare, q̃ bona Dei dissipare. Nã ex officio susceptò non licentiam peccandi, sed necessitatem bene viuendi assecutus est, vt in c.j. 40. dist. Item hic sunt bona ecclesiæ conseruata, vt ex fructibus ipsorum subueniatur egẽtibus, vt in c. videntes. 12.q.1. Et nulla rõ permittit, vt quod pro cõi vtilitate datum esse dignoscit, vsib. cuiusq; applicetur, vt ſ. de ꝓb. in c. rõ. Itẽ qui subtrahit bona ecclesiæ, dr homicida, quia vr necare illos pauperes q fuissent ex huiusmodi bonis sustẽtari, vt 16.q. Christi, & c. qui abstulerit. 12.q.2. Ergo papa hoc facere non põt, cum vt ſ. dixi, licet à Deo receperit potestatem & dignitatem pontificatus, nõ tñ pñtem peccandi, vt dicit tex. in c. 1. 40. dist. Nã vicarius non hẽt maiorẽ pñtem & dignitatem pontificatus, q̃ ipse Deus; sed Deus peccare nõ põt, vt de pę. di. 2. c. fi. ergo nec vicarius dẽt hoc posse. Et pro hoc opti. tex. in c. non liceat papæ. 12.q.2. vbi expresse cauẽt de papa, ꝙ ei non licet oĩa bona ecclesiæ alienare: ergo nec pñtem testandi dare, cum ex hoc sequatur alienatio. † Et licet clericus simplr de bonis ecclesiæ testari non possit; si tñ tñdẽ de suo proprio ecclesiæ ꝓtulerit, quãtum vult alienare, hoc bene licebit, vt in c. si Epꝰ. x. q. v. & q. ij. in c. si qs qualibet. Et hoc intellige verum, qñ ante alienationem rei ecclesiasticæ ꝓtulit ecclesiæ tñ de suo proprio; secus aũt si post. Nam tunc vr dare in fraudem ne incurrat in pœnam depositionis. De qua in c. nouimus, 12. q. 2. & talis restauratio damni & ꝺemnatio sibi non proderit ad euadẽdũ depositionẽ, vt no. in c. quod sicut, ſ. de elec. & hoc sentit gl. in præall. c. si qs qualibet. Et ꝺ hanc opi. facit, quia res ecclesiastica alienari non potest, nisi cã pietatis, necessitatis, cõmoditatis, vel vtilitatis, sed in isto casu non subest aliqua istarũ cãrũ, ergo &c. Sol. potest dici, ꝙ illud est priuilegium clericorum, seu rectorũ ecclesiæ, vt sine meliorationẽ ecclesiæ possit fieri permutatio, sicut obseruat in principe volẽte cum ecclesia permutare, vt in c.j. ſ. de rer. permu. & hoc sentit Gratian. in c. iustum, §. item si rectores. 12.q.2. Et ex istis concludo, ꝙ clerico beneficiato, de rebus intuitu ecclesię acquisitis, vt testm̃ condere possit, etiam papa sine cã indulgere nõ potest. Item quod licet clericus de bonis suæ ecclesiæ sine recompensatione testari nequeat, si tñ tñdẽ de proprij patrimonij facultate ecclesiæ cõtulerit, testari licebit. † Quæro nunquid Episcopus possit compellere indistincte executores vltimarum voluntatum ad exequendum officiũ eius intuitu, & per eos susceptum. Sol. gl. reperiuntur ꝓriæ. Nam gl. in c. si hæredes, ſ. eod. vr velle, ꝙ sic, siue sint deputati ad pias cãs, siue non; & idem videtur tenere Inno. in c. nos quidem, ſ. eo. Sed glo. in c. tua, eod. ti. expresse tenet contrarium. ſ. ꝙ Episcopus non põt se intromittere de executionibus ad non pias causas, & facit illud à contrario. Host. in ca. Ioannes, ẽ. eo. tenet, ꝙ indistincte possit; & hoc per illum tex. vbi compellit executores, etiam ad non pias causas, & pro hoc, quia quælibet vltima voluntas dicitur pia, vt 13.q.2.c. vltima voluntas. Io. And. in præalleg. c. Ioannes. circa hoc distinguit, quod aut agitur iudicis officio, & indistincte potest se intromittere: aut actione intentata per legatarios; & tunc actor debet sequi forum rei. Et pro hac dil. Io. And. facit maxime, ꝙ quãdo compellit ex suo officio, non agitur principaliter de vtilitate priuata, sed in vim consequẽtiæ, sed qñ agit intentata actione, principaliter agitur ad commodum priuatum; ergo cã non est pia, & pro hoc quod no. Innn. in c. ad nostram. ſ. de iureiurã.

Ego puto opi. glo. & Host. ꝺ verius tem indistincte, videlicet quod Epꝰ potest se intromittere, siue procedat ex officio, siue actione intentata per legatarios. Nam executio cuiuslibet voluntatis spectat

ADDITIONES.

a Zach. ¶ Habet priuilegium. Adde Bar. & Doc. in l. miles. per istum alle. & ibi omnino Alex. col. 2. versi. no. ex gl. cum concor. ibi per eum fig. Doc. in l. stipendia, C. de execu. rei iud. & in c. si propter tua, de resc. rip. li. 6. Matthesi. singu. suo 61. inc. no. ꝙ clerici. Ad quod facit quod no. in apo. ad istum in c.j. nume. 7. in ver. nec ad cedendum compelli, sup. de depo.
Seb Sap. Priuilegium. Vide multa per Fel. in c. cum ex officij, col. 2. de præscr. Iaſ. in l. quamuis, col. 2. C. de iuris & fa. igno.

b Testari. Adde Old. consi. 247.
Zach. Adde, quod notaui in apoſt. ad istum post eundem in rub. ſup. de pec. cle. nu. 3. in apoſt. in ver. quæ mihi plus placet.

c Seb. Sap. Quod dominium. Idem firmat Pau. de Caſt. in conſi. 181. secundum antiquam impreſſionem, colum 3. vbi dicit, quod si papa aufert beneficium alicui, dicitur auferre administrationem, non dominium, nã dominium est apud Christum. De quo etiam per Gemi. late in c. vnico, in 3. col. ver. quæro quare ecclesia, de sum. Tri. in 6. cum alle. per Fel. in c. quæ in ecclesiarum, col. 15. verſ. recipit modo hoc secundum membrum, supra de conſti. ubi late, quid possit papa circa res ecclesiasticas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctat ad Eꝑm. vt patet in præalleg. c. loã. & c. indicante. ſ. eo. & no. in ca. Siluester. 12. q. 1. & in c. Eꝑs 88. diſt. facit præalle. c. vltima voluitas. 13. q. 2 Ergo rõne piæ cauſæ poteſt adiri per laicum, & ꝺ laicos, ſicut obſeruatur in aliis cauſis ſpectantibus ad forũ eccleſiæ, vt in c. ſuper quibuſdam, ꝺ. de verb. ſignifi. & 87. diſtin. in c. 1. & 2. Nam ſi defendere orphanos & viduas, & alias miſerabiles perſonas, ſpectat ad eccleſiam, vt in præalle. cap. ſuper quibuſdam, & in præalle. c. 1. & 2. multo fortius defenſio & executio defunctorũ, q̃ penitus ſunt deſtituti defenſoribus & pro hoc vꝫ texin. c. deſolatis, alias incipit, defenſionis. 87. diſt. vbi dicit tex. q̃ ꝓprie defenſionis auxilio deſolati, ſpectãt ad forũ eccleſiæ. Nec obſtat rõ ſuperius allegata, videlicet q̃n agit ad cõmodũ actionẽ intẽtãtis. Nã negari nõ põt, quin ex hoc impleat defuncti volũtas. Itẽ ſufficit, q̃ cã ſpectet ad eccleſiã, vt ſ. dixi: nã modis oĩbus vltima volũtas eſt ſeruãda, vt 13. q. 2. c. vltima volũtas. nõ ergo habere debemus reſpectũ ad modũ agẽdi, ſed ſufficit, q̃ agat, vt vltima volũtas adimpleat, ꝑ hoc 23. q. 5. c. ꝓdeſt. Et ex ꝓdictis ꝓcludo, q̃ Eꝑs vltimarũ volũtatũ executores ex officio ſuo, ſeu actione ꝑ legatarios intẽtata, cõpellere põt, vt ſuſceptũ ab eis officiũ debite exequant, & ſi nõ ad pias cauſas deputati extiterint. Ex quo inferꝛ, q̃ executio vltimæ volũtatis, & ad non pias cauſas, ad Eꝑm lapſo anno deuol
34 uit. †Quæro, nunqd annus ꝓfixus executori ad exequẽdũ teſtm, currat, & executore impedito? Sol. vꝫ primo, q̃ non, q̃a nõ valenti agere nõ currit tps, vt in cap. q̃a diuersitatẽ, de ꝓceſſ. ꝑb. & in reg. imputari de reg. iur. li. 6. Cõtrariũ tenet Spe in tit. de inſtru. edi. §. nũc aliqua, ver. qd ſi executor impotentia. & inducit l. nülli, & l. ſi quis ad declinandam, C. de epi. & cleri. quæ hoc non probant, dictũ tñ vꝫ verũ, & pro hoc q̃ omne tps eſt ꝓtinuũ, niſi aliud appareat, ff. de vſuca. l. nũq̃. §. in vſucapionibus. no. gl. ff. de diuer. & tẽpo. ꝓſcrip. l. 1. in fi. & in rubr. & ꝓ hoc qd̃ no. Io. And. in c. ſuꝑ eo, de app. Executor tñ, q̃ impeditus nõ exequit, non priuat̃ legato: licet alias priuaret, q̃n volũtarie, i. ꝓtumaciter nõ exequeret vt ſ. Auth. de hære. & Fal. §. ſi q̃s aũt nõ implẽs. Et ꝓ hoc induco tex. cum gl. ſingulari in c. ſtatutũ. de ꝑbẽ. li. 6. vbi no. q̃ q̃n tps ſtatuit, non in odiũ negligẽtis, ſed in fauorẽ alicuius, q̃ tps currit ẽt ignoranti, & nõ negligẽti: vñ cũ annus ꝓfixus executori, ſit præfixus nõ in ſui odiũ, ſed potius in fauorẽ defuncti, vt colligit in c. nos q̃dã. in fi. ſ. eo. dẽt currere ẽt executore nõ negligẽte, & ꝓ hoc q̃a nõ agit de ſuo magno ꝓiudicio, nec referr. ꝓ quẽ fiat executio. Et ꝓ hoc rñdetur ad ꝓriũ, dũ dr, q̃ nõ valẽti agere, &c. Nã dẽt intelligi, q̃n tps eſt ſtatutũ in odiũ negligẽtis, & q̃n agit de magno ſuo ꝓiudicio. Sed ꝓdictis nõ obſtãtibus credo, q̃ primũ dictũ ſit verius, ſcilicet, q̃ iſtud tps nõ currat impedito. Et primo ꝓ regulã gñalẽ, q̃ non valẽti agere, &c. vnde dicit Hoſt. in c. q̃n, de iure patronа. q̃ iſta regula ſꝑ vẽdicat ſibi locũ, niſi in caſu, in quo læſio reperiatur. Sed in iſto caſu nulla reperit læſio; imo potius inuenit ꝓriũ, vt ſ. dicã, ergo, &c. Et q̃ iſto caſu tps nõ currat impedito, probatur in ꝑall. c. nos q̃dẽ, in triplici loco. Nã primo Papa ibi mandat admonitionem fieri quod non fieret, ſi tps curreret ẽt impedito. Nã admonitio fit, vt appareat de negligentia. vt in c. 1. de ſupp. negl. præla. & 12. q. 2. c. indigne. Secundo in ver. [Quod ſi.] vbi mãdat Papa tunc executionẽ fieri ꝑ Eꝑm, cũ executor adimplere neglexerit, & q̃s nõ dr negligere eq̃n legitime eſt impeditus, vt aperte ꝓbat̃ in c. qa diuersitatẽ, de ꝓceſſ. ꝑb. Tertio, ꝓbat̃ ibidẽ in verſi. [Sic n.] vbi dicit tex. q̃ volũtas dilata dẽt ꝑ ali ſtudio adimpleri, & ſic reqrit. q̃ executor diſtulerit executionẽ, ad hoc, q̃d talis poteſtas deuoluatur ad Eꝑm. Sed iſte, q̃ eſt ꝓditus, nõ dr differre. vt no. gl. in c. q̃ſit, de electio. li. 6. & probat in c. 2. iuncto c. qa diuerſitatẽ, de conceſſio. ꝑben. Nõ obſtat qd̃ dr, q̃ omne tps eſt ꝓtinuũ, niſi aliud appareat. Nam hic eſt exꝑſſum, vt ſ. probaui, qd̃ tps nõ currat impedito. Nõ obſt. qd̃ dr, q̃ q̃n tps ſtatuit in fauorẽ alicuius, q̃ currit impedito. Nam illud procedit, q̃n ſimpliciter ſtatuitur in fauorẽ; ſecus ſi in fauorem vnius, & in odiũ alterius; q̃a tunc non currit impedito, vt ꝑallega. c. qa diuerſitatem, & ſic eſt hic. Nã iſtud tps anni ſtatuitur non ſolum in fauorem defuncti, ſed etiam in odiũ executoris negligentis, vt patet hic, dum mandat illum primo admoneri: & ſi adimplere neglexerit, q̃ Eꝑs exequat, & hoc idẽ cõperi poſtea tenere Fede. conſi. 124. & alleg. Hoſt. ſ. eo. c. nos. Et ex iſtis concluditur, q̃ annus executori ad exequendum teſtm a iure præfixus, minime currit executore legitimo impedito.

Finis repetitionis c. Cum eſſes.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum ad pias cauſas valet coram duobus teſtibus factum, ſiue ſint rogati: ſiue non, ſiue maſculi ſiue fœmine, nu. 3.*
2 *Legata ad pias cauſas poſſunt peti coram iudice ſeculari, qui habet terminare ſecundum canones; & non ſecundum leges, tam in terris eccleſiæ, quã in terris Imperij. 8.*
4 *Donatio vltra quingentos aureos facta pio loco, non requirit inſinuationem. Idem ſi eſſet facta in redemptionem captiuorum.*
5 *Statutũ, q̃d fœmina nõ poſſit teſtari, vel alios contractus facere ſine cõſenſu duorũ proximorũ, non habet locum, quando fœmina diſponit ad pias cauſas. Statutum laicorum impediens liberam diſpoſitionem pro anima, non valet. Statutum q̃ bona non poſſint alienari in forenſes, vel in ſubditos, non vendicat ſibi locum, dum alienatur in eccleſiam.*
6 *Statutum q̃ niſi teſtamentum inſinuetur intra ſex menſes, ſit nullum, non habet locum, quando vel clericus, vel eccleſia inſtituuntur.*
Legata ad pias cauſas, debentur etiam non adita, vel repudiata hæreditate.
7 *Legata ad pias cauſas dicuntur omnia illa, quæ relinquuntur pro anima.*
Reſtitutio in integũ competit nõ ſolum eccleſiis, ſed omnibus aliis pijs locis.

CAP. XI.

a **Relatum.** a †Valet vltima volũtas ad pias cauſas coram
1 duobus teſtib. & eſt ſingularis caſus. Primo
ponitur factũ repræhenſibile, quod ſecundo corrigi mandat ibi,
2 [Mandamus.] & mandatum tertio probat ibi, [Qm.] †No. ex tenuncta ſuperſcriptione, q̃ iudex ſecularis dẽt talem caſum determinare ſm canones, & non ſm leges; & licet tex. iſte loquatur in terris eccleſiæ, tñ idẽ dicẽdũ in terris Imperij, per ea, quæ no. in c. eccleſia, de conſti. & in c. quod clericis, de foro comp. & ibi plene de materia. † No. ibi, [Aliqua cauſa talis] quod in relictis
3 b ad pias cauſas non eſt ſeruanda ſolẽnitas iuris ciuilis. An autem hoc ſit verum indiſtincte, Bar. in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. dicit. q̃ ſic, & dicit hoc procedere de iure ciuili per illum tex. qui dat liberam facultatem relinquendi eccleſijs; & ſic pia voluntas eſt libera a ſolẽnitatibus iuris ciuilis. Sed certe iſte tex. videtur contra opin. Bart. Nam præſupponit. q̃ de iure requirebantur quinque, vel ſeptem teſtes; hinc eſt, q̃ Papa mandat talem cauſam tractari, ſecundum decretorum ſtatuta, & non ſecundum leges; ergo leges requirũt ſeptem, vel quinque teſtes, aut aliam ſolennitatem, ſicut in relictis ad non pias cauſas, & contra Bar. tenuit ibi Bal. Fatetur tamẽ Bal. q̃ de iure canonico, dictũ eſt verũ per iſtũ tex. vnde concludit nõ
c requiri in iſtis relictis ad pias cauſas, q̃ teſtes ſint rogati, c vel q̃ omnes

ADDITIONES.

a ¶Pro extenſione iſtius capituli, vide do. Ant. in c. quod clericis, in antepe. col. ſupra de fo. compe. vbi ſingulariter decidit, q̃ ſi fieret teſtamentum pro anima vel ad pias cauſas, & in eo inſtitueretur eccleſia, vel pius locus, coram duobus teſtibus, q̃ ſi poſtea in iſto teſtamento fierent multa legata ad pias cauſas, ſed mere laicis, iſta legata valerent. Secus eſſet e contra, ſi inſtitueretur laicus, & legata fierent ad pias cauſas. cum duobus teſtibus, nihil valerent. Ita ſingulariter decidit do. Ant. vbi ſupra. Sed oporteret ipſum bene inſpicere, & expreſſe no. Sal meliꝰ quam aliquis de mundo in auth. caſſa, C. de ſacroſan. eccle. in 9 q. d. Alex. de Imo. in conſi. 40. incip. viſo tenore alie-
gati & producti inſtrumenti, in 3. col. in prin. Facit authen. quod ſine, in fi. C. de teſta. quod diligenter no. pro extenſione huius capituli, & præcedentis, quia habent locum etiam in legatis, dato q̃ legata ipſa non ſint pias cauſas, puta, q̃ inſtitutio ſit ad pias cauſas. Vnum etiam ſcias, q̃ teſtamenti ad pias cauſas non eſt proprie teſtamentum; nec valet vti teſtamentum, ſed vti vltima voluntas in genere. Ita expreſſe Bar. in repe. l. 1. in pen. col. in vers. quæro, an talis voluntas, &c. C. de ſacroſan. eccle. nam non eſt dare vltimã voluntatem in genere, vt eſt gl. ſi in l. hi cet, C. de pac.

Ant. Fran. ¶An duo teſtes ſufficiant in teſtamento, in quo eſt inſtitutus laicus, & ſunt facta multa legata in piam cauſam vel ſi eſt inſtituta pia cauſa, & ſunt facta legata plura laicis, & ſecularibus. Puto conſiderandam eſſe inſtitutionem hæredis, quia ſi erit inſtituta pia cauſa, dicatur teſtamentum factum in piam cauſam. Si vero erit inſtitutus laicus, dicatur teſtamentum factum non in piam cauſam, quia ab hæredis inſtitutione dependet totum teſtamentum, quæ dicitur eſſe caput ipſius teſtamenti, vt in §. ante hæredibus Inſtit. de leg. bene farendum eſt, q̃ reſpectu piæ cauſæ, ſiue hæredis inſtitutio, ſiue legata illa valebunt, iuxta materiam c. cum eſſes, de teſt. & ea quæ
b Seb. Sap. ¶In relictis Extende notabiliter hunc tex. vt per Bar. in l. ſi. ff. de hiſ. quæ pro non ſcriptis habẽtur.
c ¶In relictis in piam cauſam non requiritur, quod teſtes ſint rogati, ita etiam concludit hic d. Barto. de Bellen. in addi. Nec obſt iſte tex. qui fortiter facit in contrarium ibi, & equiſitis, quia debet intelligi ſecundum ſmo. hic, quod iudex debet requirere illos duos teſtes legitimos. Et pro illa parte etiam facit gl. in c. Ioan. infra eod. & vide do. Anto. hic, & in cap. indicante. ſupra eo. circa prin. & vide Rom. in authen. ſimiliter, C. ad l. ſg. Falc. vbi dicit, q̃ non requiri in hoc caſu teſtes rogatos, & vide etiam per Barto. in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. & in ſimili glo. in l. fin § in omni, C. de col. Sed quod requirantur rogati, facit tex. vt dixi, qui dicit, adhibitis requiſitis, quod intelligitur, rogatis ſecundum expoſitionem gl. in § j. Inſti. de teſt. de quo etiam per Ioan. And. in addi. Specu. de inſtru. edi. §. nunc vero aliqua. per Roma in conſi. ſup. 299. & facit in ſimili tex. in l. diuus, ff. de milit. teſta. Et quod in teſtamentis ad pias cauſas non requirantur neceſſario teſtes rogati, tenet Pau. de Caſt. in l. hæredes palam, §. in teſtamentis, ſuper glo. in verbo, rogati, ff. eo. De quo etiam vide omnino pe. Roma in repe. auth. ſimiliter, verſicu. 11. C. ad leg. Falci. vide latiſſime per Lap. alleg. 30. in prin. & uer. 8. an valeat. Tẽ adde hic omnino, quod no. Bar. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. & vide Bald. to. 1. in fi. C. de ſacroſan. eccle. vbi dicit, quod in relictis ad pias cauſas ſufficiunt duo teſtes, etiam mulieres, & forte non rogati, dum tamen alias ſint fide digni. Et dicit, quod ſtatutum diſponens contrarium, tanquam contra ſalutem animæ, non valeret, ita dicit tenere Barto. Et adde Bald. in l. non poſſunt. ff. de leg. ubi dicit, quod ualet ſtatutum, quod quis poſſit teſtari cum duob. teſtibus, etiam non rogatis, quia res videtur eſſe reducta ad meum iuſgen. Sed Pau. de Caſt. in authen. quod ſine, C. eo. dicit, quod hoc eſt verum, quod omnino ſtatutum reducit facultatem teſtandi ad iuſgen. ſecus dicit, ſi ſtatutum minueret ſolennitatem iuris poſitiui, ſed non reduceret iuſgen. puta, quia ſic ceret, quod quis poſſit teſtari cum 4. uel 5. teſtibus, quia tunc debebunt eſſe rogati, quia non dicitur eſſe receſſum a ſolennitate iuris poſitiui. Sed dicit, quod dictum Bald. loquentis de ſtatuto diſponente de duobus teſtib. tñ, etiam non tranſit ſine dubitatione, per tex. cum glo. in l. diuus, ff. de teſta. milit. ubi ius priuilegiat militem, ut poſſit teſtari cum duobus teſtibus, & ta men debent eſſe rogati, quod ultimum intellige ſecundum glo. in l. 1. ff. de teſt. mili. & in l. milites, C. de teſt. milit.

eſt ſint maſculi, nec alia ſolẽnitas iuris ciuilis, quod bene no. Nã Doct. noſtri vñr multum ſtrictẽ intelligere iſtum tex. dicentes, ſolum prouidere reſpectu numeri teſtium, non reſpectu ſolenni tatis reqſitæ à iure ciuili: vnde dr, q̃ Fran. de Are. conſuluit teſtes eſſe rogandos, quia non debemus recede re a iure ciuili, niſi qua tenus reperit ꝓrium cautum de iure canonico. Sed ego quidem loquendo primam opi. concludo, q̃ iſte tex. ſatis probat primum dictum. Nam licet propoſitio fuerit facta de numero teſtium, tñ papa tradit poſtea gñalem doctrinam, vt hæc cauſa nõ tractetur ſm leges, ſed ſm decretorum ſtatuta; et ita hodie cõiter ſeruatur; & hoc procedit, vt dixi, de iure canonico, & de iure ciuili. Nam ius non ſolum voluit prouidere, vt Chriſtianus habeat liberã facultatem donandi eccleſiæ, quia tempore Conſtantini, Chriſtiani non audebant ſe publicè congregare, nec eccleſiis relinquere. Vnde ſatis eſt, q̃ illud priuilegium Conſtantini operetur primũ; non autem voluit tollere ſolenitatem iuris ciuilis: ſed de iure ca-
a no. eſt bene hoc ſeruandum in omni foro. † Sed quæro, quid in
2 donatione a facta eccleſiis, nunquid requiratur inſinuatio vltra quingẽtos aureos, ideſt, vt fiat coram iudice, & ſcribatur in actis publicis, ſm q̃ vꝫ reqrere ius ciuile, vt in l. ſancimus. C. de do. Doc. aperte non tangunt, & Bar. in d. l. ſancimus, & in l. pe. eo. ti. vbi tractatur mã, nihil dicit, ſed vꝫ potius tranſire cum gl. vt requiratur inſinuatio. Sed reperi, q̃ in extraneo loco ponit opi. ſuam, dicen
b do, q̃ in donatione facta ad piam cauſam non requiritur inſinua
tio, & hoc poſuit in l. illud. C. de ſacroſan. eccl. motus per l. pe. præalle. Quaſi velit dicere, quòd ſicut in redemptionem captiuorum, eſt ſublata ſolennitas inſinuationis per illum tex. ita & eadẽ rõne dicendum in qualibet pia cã, quod ſatis mihi placet. Sed ceſſante lege, ego idem cõcluderem per tex. hic; & ſic ſæpe de facto fui interrogatus, & reſpondi, q̃ eadem eſt rõ in donatione inter viros, quę eſt in vltima voluntate. Vnde quemadmodũ papa fuit hic motus per illam authoritatem, In ore duorum, &c. Ita dicendum in donatione inter viuos. Nam concurrit fauor religionis, & rõ c. & vbi eadem eſt ratio, debet eſſe eadem iuris diſpoſitio;
3 maxime in concernentibus animam, vt in c. cum dilecta, de conſtitu. vel inut. & hoc ſemper no. † Et ex his infero ad aliam quæſtionem quotidianam notabilem. Statuto in multis locis cauet, q̃ fœmina non poſſit teſtari, vel ſe obligare ſine præſentia duorũ conſanguineorum, quæritur nũquid poſſit teſtari, vel bona ſua eccleſiæ donare, ſeu ad piam cãm. ſine ſolennitate. Et vꝫ, q̃ ſic, per iſtũ tex. quia relicta, vel donata pro anima, non debent terminari ſm leges ciuiles, ſed ſm canones. Sed ſtatutum eſt pars iuris ciuilis, l. omnes populi, ff. de iuſt. & iu. Item non valet ſtatutum laicorum impediens quodammodo liberam facultatem donandi pro anima. vt no. in l. 1. C. de ſacroſ. eccle. Licet quod notat Io. And. in c. ſi. de immuni. eccle. lib. 6. vbi dicit, q̃ non obſtante ſtatuto, quo cauet, vt bona mobilia non poſſunt alienari in forenſes, vel non ſubiectos iuriſdictioni ſtatuentium, poterit quis donare talia bona eccleſiæ, quia ſtatutum inferiorum non poteſt tollere priuilegium indultum eccleſiis per principalem. Hanc opinio. reperio certiſſime fouere Bal. in l. generali, c C. de ſacroſ. eccle, † Et idem
4 d Bal. in auth. caſſa, ponit aliã notabilem qõnem. Statuto d cauetur, q̃ niſi teſtm inſinuetur intra ſex menſes per hęredem, ſit ipſo iure nullũ. Clericus fuit inſtitutus hæres. & non inſinuari fecit teſtũ, quęrit, nunquid teſtm ſit nullum. Et concludit, q̃ non. Mouetur, ſi ſtatutum non aſtringit clericum, fortius hoc dicendũ, q̃n eccleſia eſſet inſtituta. Et per ꝓdicta poſſunt decidi infinitæ qõnes, & maxime illa quotidiana, nunq̃ legata ad pias cãs, nõ adita hæreditate, dẽantur, & maxime, ſi hæres repudiat, vel renũciat hæreditati. Et dicendum q̃ ſic, quia hæc legata non ſubiacent ſolenni
5 tati iuris ciuilis, vt dixi. Sed quod legata non debeant hęreditate nondita ex teſtõ, eſt ſolennitas iuris ciuilis, & idem dic in mul
6 to ſimilib. † Vltimo aduerte, q̃ licet iſte tex. loquatur de relictis ſa cris eccleſię, idem tñ eſt obſeruandũ, ſm Inn. in omnib. relictis ad pias cas. Et dñr relicta ad pias cãs omnia, quæ relinquũtur pro anima, & ſentit gl. notabilis & ibi Bar. in l. ſi quis Titio, ff. de leg. 2. facit. C. requiſiti. Ĵ. eo. Et ex dictis Inn. collige, q̃ relicta ad pias cauſas gaudent eodem priuilegio cum relicto facto eccleſiæ. Rõ põt eſſe identitas diſpoſitionis ſeu rõnis. Nam eccleſia priuilegiatur in inte. reſt. li. 6. vbi ſingulariter voluit, q̃ ſicut eccleſiæ poſſunt
7 ꝑ aam, & contemplationem Dei. Facit quod no. Io. An. in c. 1. ꝑ tere reſtitutionem in integrum, ita & alia pia loca. † In gl. 2. ibi, Ad eccleſiaſticũ iudicẽ.] No. gl. ſingulariter, ex qua collige, q̃ in relictis ad pias cãs, põt ẽt hæres adire iudicem eccleſiaſticũ, ſiue hæres ſit ſecularis, ſiue eccleſiaſticus. Colligit ex tex. q̃a papa hanc eam qualificat, & decernit cã tractandã non ſm leges, ſed ſm decretorum ſtatuta, ergo eſt eccleſiaſtica, quia aliàs non potuiſſet impedire tollendo diſpoſitionem legalem. dic tamen, q̃ eſt mi
8 hi ſori. Nam eſt in optione actoris, quem iudicem velit adire, ſe cularem ſcilicet, an eccleſiaſticum, & de ſeculari probatur hic: tum coram eo hæc cauſa tractabitur.

ADDITIONES.

a Seb. Sap. ¶Quid in donatione. Vide Pau. de Caſ. in conſ. 3. inc. omiſſo ordine, ſecundum antiquam impreſſionem, cum multis allega. per Fel. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ, in 8. q. princ. ver. modo ex iſto caſu deciduntur quo, ſupra de conſtitu.
b ¶Et idem firmat do. Ant. in c. ad hæc, ſupra eo. Et adde hic tex. & glo. in §. & cum retro, Inſtit. de donatio. ubi etiam Bal formatꝫ aliquas quæſtiones circa inſinuationem. Adde quod notat do. Anto. poſt Hoſt. in c. fi de fide inſtrum. in 2 col. & 10. And. in addi Spe. eo. ti. §. porro, in addi. inci. illa lex. Et gl. in l. ſancimus, C. de dona. & in Auth. de non alienan. §. ſi minus, & late per Lud. Rom. in l. Modeſtinus, ff. de dona. Et vide omnino Arch. in ca. Ludouicus, 63. diſtin. ubi enumerat caſus, in quibus in donatione non requiritur inſinuatio, & inter alia dicit, quod hodie valet donatio facta eccleſię abique inſinuatione, uſque ad octogẽta aureos. quem etiam refert & ſequitur Bald. in cap. peruenit, ii 2 in fi de iureiur de hoc uide glo. fi. in l. illud, C. de ſacroſ. eccle. Sed uide glo. & Augelum tenentes contrarium in l. ſancimus, in prin. C. de donatio.
c ¶Cum Bal. in d. l. generali, concordat Pet. de Anch. eum recitans in repe. c. ca nonum, de conſtitu. in 3. prin. quæſtio, in 20. col illius quæſtii. uel. dicit etiam Bal. & adde Bar. & Bal. in l. fi. C. de ſacroſan. eccle. & Bal. in l. iubemus nullam, eo. ti. ubi dicunt, q̃ ſtatutum prohibens alienari in forenſem, non includit eccleſiam. Vide plenißime per Doct. poſt Io. And. in c. eos, de immun. eccle. lib. 6. Item ad hoc facit, quod no. dom. Anto. in ca. tua, de deci. Item ad de Bald. in c. clerici, de iud. vbi etiam ponit, an ſi ſtatutum laicorum prohibet alienari in foreſtem, poſſit fieri alienatio in perſonam eccleſiaſticam. Et adde elegans dictum Cyni in authen. ingreſſi, C. de ſacroſan. eccle. ubi dicit, quòd licet minor non poſſit alienare ſine decreto iudicis, quod ualebit confeſſio ſine decreto, quam facit ipſe minor, dum ingreditur religionem. Ad quod vide omnino latiſſime per dom. Ant. in c. in præſentia, de proba. in 38. colum. Adde etiam Bald. in l. ſi ſponſus, §. conceſſa, ff. de dona. inter virum, & uxorem. Vbi dicit, quod ſi collata eſt res in aliquem ſub pacto, quod non poſſit alienari, nihilominus poterit alienari in piam cauſam. Sed contra hoc uidetur determinare Bal. in l. uoluntas, in fi. 1. col. C. de fideic. 6. ubi dicit, q̃ prohibitus alienare extra familiã, non poteſt legare extraneo etiam pro anima ſua, ut in c. 1. §. donare, quali. olim feu. aliena. poſ. Adde ẽt omnino Ro. in auth. ſimiliter, C. ad legem Falc. qui uidetur deſtruere omnia ſupradicta, allegando tex. in d. §. donare, & in ca. 1. in princ. de prohib. feu. alie. ubi prohibitio facta uaſallo de alienãdo, includit etiam alienationem in piam cauſam. Item uide Bal. in l. facroſ. C. de epiſ. & cle. ubi dicit, q̃ ſtatutum quo cauetur q̃ filiuſa. non poteſt ſe obligare, compræhendit etiam filiumfa. clericum uel ſacerdotem. Item adde quod no. in ca. quo iure, in fi. 8. diſt. ubi dicit q̃ ſi loci faciunt ſtatutum, q̃ fabricæ eccleſiæ per teſtatores; ligentur tantum, licet non poſſit clericos, uel eccleſiaſticos ligare, tamen ualet quoad præiudiciũ ſubditorum. Et idem punctualiter dicit Dom. 10. diſt. c. 1. in 3. col. Item ad prędicta uide omnino Ro. in repe. auth. ſimiliter, in 15. & 16. priuilegio piæ cauſæ circa contractus, C. ad leg. Fal. Et ad q. hic tracta tã per do. Ant. in ver. ex hac decre. uide Pet. de Anch. in repe. reg. ea quæ, in 6. in 2. q. prin. in fi. & uide oĩno d. Card. in c. perpendimus, de ſent. excom. in fi. i. char. ver. quæro de q. & do. Anto. in c. eccleſia S. Mariæ, de cõſti. in 6. col. poſt Bar. in l. 1. C. de ſum. Trı. Et adde q̃ in ſimili quæſtione no. Pau. de Elea. in quodam ſuo conſ. inc. cauetur ſtatuto, quod conſilium habetur in repertorio Bal. ſuper Inn.

Anto. Fran. ¶An ſtatutum loquens de foreſi, iucludat clericum, uel eccleſiam, dicas q̃ ſtatuto prohibente forenſem acquirere, non ligatur clericus, ut no. Bar. in l. dudum, C. de contrah emp. & no. Doc. in c. eccleſia S. Mariæ, de conſt. & Bal. in l. fi. 5. col. C. de ſacroſ. eccl. & in Liubemus, eod. ti. & no. Bar. in l. fi. C. de exac. tri. l. b. 11. & in l. filius, in § diui. ff. de leg. 1. & no. Doc. in l. quorum, ff. de pig. & ſo. And. in c. fi. de immu. eccle. & uide Pau. de Caſt. in conſ. 193. & 295. & Fed. de Sen. conſ. 76.
d Seb. Sap. ¶Statuto. De hac quæſtione uide Fel. in d. c. eccleſia S. Mariæ, col. 24. uer. ultimo non omitto, in fine, & col. 35. uer. ſecundum quod ſequitur, ſup. de conſt. Et ibi etiam, an ſi ſtatutum prohibeat aliquid alienari, ualeat alienatio facta in clericum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtari non poteſt clericus de acquiſitis per eccleſiam, etiam q̃ ſint mobilia; ſed de bonis ſuis proprijs poteſt teſtari: poteſt tamen de bonis per eccleſiã acquiſitis aliqua ſeruitoribus, vel pauperibus elargiri. 8.*
2 *Bonorum appellatione veniunt mobilia immobilia, iura, actiones, ſeu nomina debitorum.*
3 *Emptio facta de bonis eccleſiæ, dicitur acquiſita per eccleſiam.*
4 *Eccleſiæ appellatione non ſemper venit ipſum corpus inanimatum ipſius eccleſiæ ſed aliquando capitulum, aliquando ſucceſſor.*
5 *Clericus bona acquiſita intuitu eccleſiæ, cuius ipſe non habebat adminiſtrationem, trãſmittit in capitulum, & ei cedunt, ſi vero clericus habebat adminiſtrationem, puta, quia rector vnius eccleſiæ, tunc talia bona cedunt ſucceſſori qui habet diſpenſare, prout de aliis bonis eccleſiæ. 7.*
6 *Capitulum quando ſuccedit in bonis canonici defuncti, quæ ipſe acquiſiuerat intuitu eccleſiæ, poteſt illa vel inter canonicos diſtribuere, uel in bonis cõmunibus retinere.*
8 *Clericus non poteſt conſanguineo diuiti aliqua donare, niſi ab eo habuerit ſeruitia.*
Aliqua, iſta dictio denotat certam moderationem, quaſi dicat, non omnia.
9 *Clericus ſi quid acquirit ex aliquo iuſto artificio, vel quod legat, alios docendo, acquirit ſibi, & non eccleſiæ.*
10 *Clericus, ſi habebat plures eccleſias, tunc bona quæſita intuitu eccleſiæ, vel quæ habent deuenire in eccleſiam, diſtribuuntur inter ipſas.*
Clerico decedenti ſine teſtamento, & conſanguineis, ſuccedit eccleſia.
Bona quæſita per clericos, cenſentur in dubio quæſita intuitu beneficiorum, quæ poſt eius mortem veniunt diſtribuenda inter eccleſias, ſecundum q̃ eccleſiæ reſpondebant de fructibus. 11.
12 *Clericus ſi quid indebite acquiſiuerit, redditur veris dominis, uel inter pauperes diſtribuatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XII.

Relatum ii. †De pprijs pōt testari clericus, in acq̄sitis per eccl̄esiā, ēt si sint mobilia, succedit ecclesia, id est communis congregatio, vel successor; potest tamē aliqua seruitoribus, vel pauperibus elargiri. Si autem defunctus habeat plures ecclesias, seu beneficia, fiet æqua diuisio inter illa. Et quinque sunt partes. Secunda ibi, [In nomine.] Tertia ibi, [Licet] Quarta ibi, [Cæterum. Quinta ibi, [Quia vero.] & venit hoc ca. ad declarationē c. cū in officijs, §. eo. Casus literalis. In c. §. e. cū in officijs, dr̄, q̄ bona per ecclesiam acquisita, ad eandem deuoluuntur, in obitu clericorum. Quæsitum est a Papa, vtrum de immobilibus tm̄, vel de mobilibus sit intelligēdum? Rēspondetur, generaliter bona quælibet per ecclesias acquisita eis debent iuxta Lateranen. concil. post acquirentis obitum remanere. Sed per hoc vocabulum, ecclesia, non intelligitur Eps, vel successor cleri ci morientis in ecclesia collegiata, sed ipsum collegium intelligitur, quod rerum illarum debet canonicam distributionem, & curam habere. Vbi autem in loco defuncti vnus tm̄ est ordinandus, illa bona illius, sicut & alia bona ipsius ecclesiæ, debet dispensare. Et licet mobilia per ecclesiam acquisita in alios, pro morientis arbitrio transferri non possunt, consuetudinis tm̄ est non improbandæ, vt de mobilibus illis possint aliqua conferri pauperibus, & alijs locis religiosis, & illis, q̄ clericis seruierāt, siue sint ꝓsanguinei, siue alij, ꝑm seruitij meritum. Si vero clerici de hæreditate, vel alio, intuitu personæ suæ aliqua acquisuerint, de illis disponāt pro arbitrio suo. In fi. dicit, clerici vero, quia plura habent beneficia in pluribus ecclesijs, bona illorum debent diuidi inter ipsas ecclesias pro rata ꝑm congruam distributionem. Bern. † No. primo ex isto tex. iuncto cap. cum in officijs, §. eo. q̄ appellatione bonorum, non solum veniunt bona mobilia, sed etiam immobilia, & omnia alia cuiuscunque qualitatis sint: vnde comprehenduntur actiones, seu nomina debitorum. Nam bona dicūtur, q̄a beant, hoc est, beatos faciūt in hoc seculo, q̄a prosunt, & hæc habentē in l. bonorū appellatio. ff. de ver. sig. Vñ puto, q̄ ob hāc cām Papa rn̄ det hic gñalius, q̄ fuit q̄sitū. Nam quærebat, an appłone bonorū venirēt tm̄ immobilia, an ēt mobilia. Et Papa rn̄det, q̄ veniūt bona q̄libet, quasi dicat nō solū mobilia & immobilia, sed ēt alia, puta iura incorporalia, q̄, ꝓprie nō dicūtur mobilia vel immobilia, sed faciūt tertiā spēm, de quo plene dixi in c. nulli. de rebus eccle. nō alien. † No. 2. ibi, [Post acq̄rentis obitū.] q̄ bona dicūtur acq̄sita p ecclesiā: licet rector ecclesiæ acq̄siuerit; ex quo tm̄ intuitu ecclesiæ su ccessit acq̄sitio; & iō si clericus de redditibus ecclesiæ emat equū, vel prædiū, hæc possunt dici acq̄sita per ecclesiā: vnde sunt ecclesiæ, & nō clerici. Vide bo. glo. 12. q. 1. c. res, & tex. in c. fixum, eod. causa, & q. 5. † No. in ver. [Nomine.] q̄ appellatione ecclesiæ, non venit semper corpus inanimatum ipsius ecclesiæ, sed quandoque capitulum ecclesiæ, quandoque successor, & de variis significationibus, vide bo. glo. in ca. querelam, infra ne prælatices suas. † No. & tene menti semper, quia non est alibi, q̄ acquisita per canonicum intuitu ecclesiæ, seu prębendæ, non cedunt successori in prębenda, sed capitulo ipsius ecclesiæ; vbi autem beneficiatus non est de congregatione, sed habet beneficium omnino separatum, puta quia est rector ecclesiæ parochialis, vel præpositus, vel Archidiaconus non beneficiatus a capitulo: tunc bona acquisita intuitu beneficij cedunt successori, non capitulo. Rationem diuersitatis nemo ponit, quod viderim, sed ego puto hanc diuersitatis rationem esse. Canonico datur prębēda ex bonis communibus capituli principaliter, vt inde sumat ne cessaria; non autem datur, vt sit administrator ecclesiæ. ideo, si aliqua remanent vltra prębendam, dēnt cedere capitulo, cuius sunt bona prębēdarum: nam satis est, q̄ successor habeat corpus prębendæ: quia, vt dixi, datur sibi, vt inde viuat; & capitulum administrabit bona acquisita, sicut alia bona communia. Sed in alio beneficiato per se extra congregationem datur beneficium tantum administratori ipsius ecclesiæ: vnde quemadmodum habet administrare omnia bona ecclesiæ, ita & hic quæsita intuitu ecclesiæ. † No. ibi, [Canonicam distributionem & curam, &c.] quid debeat facere capitulum de bonis relictis per canonicum defunctum. Nam debet canonice distribuere; vel, si vult retinere in bonis communibus, debet habere curā, sicut de alijs bonis. Et hic videntur inferre Doctores, quod ista bona non debēt diuidi inter canonicos. Ego dicerem, quod si vellent diuidere secundum quod canones permittunt, poterunt, vt patet ex illis verbis, [Canonicā distributionē.] No. ibi, [Cū Dei timore dispēsent.] quod bona acquisita per prædecessorem, non cedunt loco successoris, vt inde possit ad libitum administrationem habere; sed cum Dei timore debet dispensare, sicut dispensāt alia bona ecclesiæ. † No. ibi in ver. [Licet] quod clericus etiam in ægritudine, de qua postmodum decesīt, potest aliqua mobilia ecclesiæ, conferre religiosis locis, & pauperib. Item his, qui sibi seruiunt, siue consanguinei sint, siue extranei, secundum seruitij meritum. Ex quibus verbis infertur, quod in pauperibus, & locis religiosis, sufficit ad erogationem faciendam sola charitas. Sed in alijs, qui non sunt pauperes, vel non sunt loca religiosa, requirit quod præcesserit aliquod seruitium. Ex quo secundo infero, quod consanguineo diuiti, qui non seruiuit ecclesiæ, vel prælato, non potest prætius aliquid conferre, etiam de mobilib. ecclesiæ. Et pondera verbum ibi, [Aliqua] quod denotat quandam moderationem. Nō enim debet omnia mobilia ecclesiæ dispensare in ægritudine. Item no. ex hoc, & ex tex. quod seruitium impensum prælato, vel detur impensum ecclesiæ; adeo, quod de bonis ecclesiæ potest fieri remuneratio, facit c. per tuas, & quod ibi dixi, de do. † No. in verbo, [Cæterum] tex. apertum, quod habens beneficium, licite exercet aliquod artificium, vel doctrinam in docendo alios, & lucrum inde proueniens cedit ipsi & non ecclesiæ. Et ex hoc & ex tex. colligitur, quod clericus potest esse artifex, & licite sumere officium docendi alios, & intellige de artificio congruenti clericatus ordini, vide bonam glo. in c. canonum. 14. quæstio. 4. quæ dicit, quod emat corium, & faciat sotulares. † No. in verbo, [Quia vero.] quod si clericus, qui aliqua quæsiuit, habet plura beneficia, debent illa bona per æstimationem congruam diuidi inter illa. Et potest intelligi iste ver. multipliciter. Primo in bonis propriis clericorum, qui decesserunt sine testamento, & consanguineis. Nam tunc bona veniunt ad ecclesiam, vel ad ecclesias, si plures habuit, 12. quæstio, 5. cap. pen. Sed iste intellectus, licet sit verus in se, non tamen placet quoad istum tex. nam venit aduersatiue ad præcedentia, & declaratiue ad cap. cū in officijs, supra eo. sed illud cap. cum in officijs, & etiam præcedentia hic in tex. vt patet in verbo, cęterum, loquuntur siue clericus decesserit testatus, siue intestatus, & sic inferendum, quod iste ver. procedit etiam in clericis decedentibus testatis. Hostien. videtur intelligere, quod procedit in bonis ecclesiæ, sed loquitur in habentibus administrationem, vel quando decesserunt sine testamento. Et sic videtur ēt transire Ioā. Andr. & hoc faciunt, vt sustententur opin. positam per glo. in cap. præsenti, de offi. ord. lib. 6. vbi dicitur, quod si clericus non habet administrationem, puta quia est canonicus, licite testatur de fructibus quæsitis ratione prębendæ; secus, si habet administrationem. d. cap. cum in officijs. Et sic etiam restringunt illum tex. Certe restrictio non est bona, quia iste tex. si bene ponderatur, aperte confundit opin. illius glo. Primo facit iste tex. in principio in eo, quod venit declaratiue ad cap. cum in officijs, & q̄ illud cap. habeat locum etiam in beneficiatis in congregatione, vt patet hic in ver. nomine, & illud cap. loquitur, siue decedat testatus ipse clericus, siue ī testatus. Ergo bona q̄sita, seu reddituscepti ex prębenda, si supersunt, cedunt congregationi, non obstante testamento canonici, cum bona prębendæ sint ecclesiæ, vt dixi; & probatur 12. quæstio. 1. in cap. nulli episcoporum, cum ca. seqnen. Secundo facit iste tex. in verbo, [Licet.] nam loquens in omnibus clericis, vt patet ex verbo præcedenti, dicit quod pauperibus. seu seruitoribus potest aliqua donare; ergo non potest de his testari. Tertio facit ver. [Cæterum.] qui permittit dispensationem in acquisitis intuitu ꝑsonæ; secus ergo in acquisitis intuitu prębendæ. Vltimo hanc sententiam apertissime approbat tex. in ver. quia vero, præall. qui loquitur de clericis habentibus beneficia in eccles. js. Et vult quod bona illa diuidantur inter illas ecclesias secundum congruam ęstimationem. Vt puta aliquis erat canonicus Bon. & Parm. & ex canonicatu Bono. habuit centum, & Parm. cc. Bononia habet vnam partem bonorum, & Parma habet duas partes; quia in dubio præsumuntur quæsita ex cultatibus huiusmodi beneficiorum. Et dic, quod loquitur iste ver. quando clericus decedit ab intestato, vt voluit Host. & Ioā. And. & est aperte contra istum tex. vt §. dixi. Item nulla rō pōt persuadere hanc diuersitatē inter canonicū, & aliū habētem administrationem, puta curatum. Nā cum curatus habeat maiores labores, quā canonicus, ergo dēt magis priuilegiari in bonis ecclesiæ, arg.

ADDITIONES.

a Seb. Sap. ¶ Appellatione bonorum. Vide Barto. in l. vxori meæ, ff. de vsufruct. leg. B. ld. in l. 1. in fi. 1. lectuæ, & in 2. le. ff. de fla. ho. & Barto. in l. Quintus, §. argento, colum. 2. ff. de an. & argen. lega. & Bald. & Imo. in l. fi. coniance. §. si ff. sol. matr.

b Seb. Sap. ¶ Obitum. Hoc etiam procedit, quando fraudulenter celebratur contractus sub nomine alterius, quam prælati, vt tradit Bald. in l. mancipia C. fi quis alteri, vel sibi & in l. fi vt proponis, colum. tertia. C. de rei uxoria. Et dato quod contractus sit simulatus, acquiritur tamen ecclesiæ suæ, ut dicit Bald. ubi sup.

c ¶ Quod ex redditibus prouenit, illud dicitur esse ecclesiæ, sicut reddituserant. Et adde Innocen. capitulo 1. supra eod. in 1. colum. Circa hoc, an res empta ex redditibus ecclesiæ, sit ipsius eccle. dicas quod sic, ut per Barto. & Bald. in l. fi ut propo. C. fi quis alte. vel sibi, & in l. uxor mario, ff. de do. inter uirum & uxorem. Et pro hoc facit, quia res empta ex fructibus fundi paterni assignati filio pro alimentis, dicitur esse profectitia, & quaritur patri, nisi filius emens sit emancipatus, ut per Bald. in l. eum oportet, in 2. colum. C. de bo. quæ lib. Et adde, quod res empta ex pecunia uxoris, est uxoris, quoad dominium, si uir emens non effectuando, ut per Barto. in l. si ut proponis, in fi. in 5. quæstio. C. de rei uendi. Et vide glo. in l. uxor mari to, in uer. non potest, ff. de do. inter uir. & uxor. quæ dixit, quod est mariti utiliter. Et adde in simili, q̄ res empta ex pecunia pupilli, efficitur pupilli si fuit empta a tutore pupilli, uel minoris, secus, si ab extraneo, quia tunc non potest uendicari, nisi i pupillo, ut per Bar. & gl. in l. filio, in fi. de iudic. Bar. in l. Titius & Meuium, in §. alterum ff. de admin. tut. & per Alex. in consi. 36. in 4. parte consi.

arg. hic, ibi, [Iuxta seruitij meritum, &c.] Item bona prębendarū sunt ecclesiæ, quanquam sint ditiūa per prębendas; vnde p hanc diuisionem non perdunt bona nām suam, quia bona ecclesiæ ce
d dunt pijs vsibus; non autem, vt canonicus possit testari ad libitū. Et pro hoc vide tex. apertum in d. c. nulli, cum c. seq. dico latius in rep. c. cum esses, §. eo. & vide omnino in c. nouum genus, de deci. gl. in verbo, [Tantum vnus.] ibi, dicas, q̄ non. & vide hodie tex. istum in c. sæpe, de elect. li. 6. & cle. statutum, eo. ti. vbi reuocant priuilegia, & consuetudines, & statuta in ꝓrium. Et in fi. gl. intelligo gl. non solum, q̄n sunt bona communia indiuisa inter Archidiac. & capitulum, sed etiam q̄n sunt diuisa; sed omnia bona ecclesiæ sunt capituli, puta, quia capitulum de bonis communib. assignauit cuique, etiam Archidiacono, certam prębendam. Nam ēt puto, q̄ bona acquisita per Archidiaco. cedant capitulo, sicut dicimus in canonicis. Nā iste tex. loquitur q̄n prębendæ essent diuisæ. Patet, quia si illæ non essent diuisæ, non esset dare successorem in ꝓbenda, vt in c. dilecto, de præb. & tm̄ iste tex. ꝓsupponit, q̄ canonicus hēat successorem. Nā licet bona sint diuisa per ꝓbendas, nihilominus sunt capituli, ꝑm Doct. quod no. Si aūt bona Archidiaconatus essent separata a bonis capituli, puta, quia fuerunt Archidiaconatui donata, vel dignitas donata aliundē; & tunc veniret in successorem. Quod ēt vult hic Inno. dicens, q̄ hoc casu eps debet custodiam bonorum archidiaconatus vacantis. Ex quo tacite sentit, q̄ vbi Archidiaconus esset beneficiatus in capitulo, ea tunc habebit custodiam bonorum vacātium, sicut aliorum bonorum capituli, quod no. Ex quo infero vnum notabile dictū, q̄ custodiam bonorū ꝓbendæ vacātis hēt capitulum, & nō eps. Probo per prædictam rōnem, quia omnia bona sunt capituli, licet diuisa per prębendas; & ita in dubio præsumēdum est, arg. in c. nulli episcopo. † In gl. fi. ibi, [A qua pius percipit.] Intellige ꝑm Doct. in dubio, q̄n non constat, intuitu cuius beneficij illa bona quæsiuit. Nam si constat, tunc ecclesia habebit bona quæsita intuitu suo; sed in dubio, quando non constat, quomodo quæsiuit, habet locum iste tex. vt ei plus detur, a quo maiores redditus percipiebat, quia verisimile est, q̄ de redditibus cuiuslibet acquisiuerit. Idem potest dici, q̄n habebat patrimonium, vt habeatur rō re ditimum patrimonij, & pro rata detur portio hæredibus, vt no. gl. 22. q. 4. c. 1. Sequens autem consideratio gl. non ꝓcederet, vbi clericus non tenebatur ad residentia. Item quia debemus hēre respectum ad locum, vnde processerunt pecuniæ acquisitæ. † Vltimo hic quærit extra gl. quid si clericus aliqua acquisiuit ex illicita
2 adoocatione, vel negotiatione in honesta, seu ex ludo? Dicit Host. primo sedandos esse clamores, si qui apparent. Credo, q̄ vult dicere, si apparent repetentes, est primo eis indulgendum; aliās autem fieret distributio per episcopum inter pauperes, arg. in l. nul. C. de epis. & cle. & melius facit, 14. q. 5. c. qui habetis, & quod no. Ioan. in c. quia plerique, de immu. eccl. Sed dubito, vtrum hæc cōsideratio sit indistincte vera. Nā puto eā indistincte veram, vbi illicitè quæsitum subiacet restitutioni, quia tunc in defectum dēnarium recipere, succedunt pauperes, vt in c. cum tu, de vsu. Sed vbi bona non subiacent restitutioni, licet illicitè acquisiuerint, cum ꝓsint aliter pœnitere de peccato sine restitutione, non video quare clericus debeat impediri, vt de his bonis non faciat ad voluntatem suam. Vide ad prædicta bonam gl. in c. ex transmissa, ſ. de deci. & 4. quæſt. 5. in ſum. 1. q. 1. c. non est putanda.

b Seb. Sap. ¶ Ex ludo. Quod acquisita in ludo per clericum sint illicite acquisita ꝙ nec consuetudo excuset, tenet Card. & Imo. in c. pen. sup. de vi. & ho. nes. licet in laicis ex consuetudine aliter ꝙncludat And. Sic. in consi. 65. quod illud in medium afferam, in 4. uol.

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Testator committens suam extremam voluntatem dispositioni alterius, dicitur decedere testatus.* 2.
2 *Testamentum factum nutu, tenet de benignitate canonica.*
3 *Testamentum collatum in alterius voluntatem, valet, quia censetur factum ab ipso causas, & ideo ille in cuius voluntatem est collatum, debet illam hereditatem in pios usus distribuere.*

CAP. XIII.

Cum tibi. a † Vario modo legitur, sed secūdum intellectum notabiliorem. h. d. Tenet testamentum, si quis extremam voluntatem suā alterius dispositioni committit, & dr̄ testatus ad pias cās. Primo decisa consultatio. Secunda responsio, ibi, [In secunda.] Casus lit. Aliquis commisit extremam voluntatem suā in dispositionem alicuius amici sui, & sic mortuus est. Quæritur, an ille dicatur decedere intestatus? Rndet papa, q̄ non vī decedere intestatus. Ber. No. 1. quod iste tex. est multum allegabilis & frequētatus, tam per canonistas, q̄ per legistas, & tene menti, quia quotidianus. † Pro intellectu capituli & gl. o p
3 pliciter ꝺ tex. vī enim q̄ committendo vltimā voluntatem alterius dispositioni, non dicitur quis decedere testatus. Primo, quia non tenet testamentum, si testator non exprimit nomē hæredis per testatorem, ergo. &c. Secundo oppo. ad idem, Dispositio hæredis non potest conferri in alterius voluntatem. Non. n. possum instituere illum hęredem quem alius voluerit: talis enim voluntas dr̄ captatoria, b ideſt, adulatoria, secundum glo. sed melius dr̄ deceptoria, quia plerunque decipiuntur hi, quos testator instituere credebat. Item, vt dicit gl. no. in l. illa. de hære. inst. cum effectus testamenti conferatur post mortem, & sic in tempus, quo testator non est futurus dominus, satis est, vt sibi permittatur, vt possit hæredem instituere, quem vult, non autem debet extendere hanc permissionem, & conferre in voluntatem alterius. Sed hic iste commisit dispositioni alterius dispositionem hęreditatis; ergo non debet valere testamentum, quod est ꝺ istum tex. in fi. Sol. hæc sunt fortissima ꝺria ad tex. p p quæ istud ca. vario modo legitur. Gl. nostra locuta est ita generaliter, vt ex ea vix possit elici, quid intelligat. † Nam dr̄ in effectu, q̄ de benignitate canonica
3 valet testamentum nutu factum. Sic vī soluere proximum ꝺriū; & vī intelligere do. Ant. gl. ꝙ in casu nostro iste fecit testm̄ nutu. Quia alius interrogauit, vtrū vellet instituere talē hæredem, & ip se annuit, ꝙ sic, & tūc tex. debet exponi alterius dispositioni, i. interrogationi, & ꝑm istum intellectum esset casus notabilis, q̄ de benignitate canonica valet testamentum nutu factum. Sed verè iste intellectus non vī, q̄ sit consentaneus literæ, quæ dixit, quòd commisit dispositioni, non interrogationi. Nam ille, qui interrogat, non disponit, nec testator annuendo dr̄ committere dispositioni alterius, sed potius rndere ad interrogationē alterius. Sed omissis alijs diuinationibus, puto, q̄ gl. habuerit hunc intellectum, q̄ qualitercunq; appareat de mente testatoris, valeat testamentum. Vnde vtendo verbis gñalibus, vī quodammodo nutu hæredem instituere, & forte ob hoc gl. dicit mētionem de nutu; & per hoc tollitur primū ꝺrium. Hoc ēt vī placere Host. qui dicit non referre, quid ex æquipollentib. verbis fiat, vt in c. licet ex quadam, de test. sicut ēt sufficit, si testator dicat, Hę reditatis meæ dūs esto, valet testm̄. l. his verbis. ff. de insti. ita debet valere, si vtī alijs verbis generalibus, puta, Oīa bona mea committo dispositioni tuæ, & per hoc tollitur ꝑm ꝺrium. Non enim commisit testator dispositioni alterius, vt alium hæredē institueret, vel eligeret; sed hoc potius contulit in dispositionē ipsius hæredis, quod valet, vt in iuribus alleg. in gl. Et hæc lectura satis vī colorata, & benigna.
4 Alij aliter legunt. † Sed Inno. inter cætera ponit vnam lecturam, quam postea magis declarauit in quadam additione, quæ cōiter tenetur per canonistas, & legistas, vt proferens dicta verba generalia, videatur velle decedere testatus ad pias cās; & q̄ ille, cuius dispositioni cōmittit, sit hæres noīe, pro hoc facit illud verbum, Dispositioni tuæ. vī enim elegisse, vt bona distribuant. Et de hoc per Bar. in l. 1. C. de sacrof. eccl. qui sequendo hunc intellectū dixit hic fore casum, q̄ voluntas captatoria ad pias cās valet. Vnde dicit, q̄ si testator dixit: Cōmitto bona mea arbitrio Titij, vel dic spositioni, valet q̄ agit, & ille tenet distribuere bona ad pias cās, c & non profanas. Nam in profanis nulla est rīa volūtatē limitans, sed in relictis ad pias cās est regula iuris humani & gentiū, & etiā diuini,

ADDITIONES.

a ¶ Ad materiam huius c. vide Bar. pul. consi. 5. & 6.

b ¶ Adde hic Archid. in c. fi quis de clericis, 11. quæst. 2. in fi. vbi dixit, quod ista decre. loquitur, quando quis in vltima sua voluntate dicit sic, Ego relinquo omnia bona mea exponenda secundum dispositionem talis, & tunc valet ista voluntas, quia ista generalis distributio habetur loco hæredis. Et pro intellectu huius decre. vide Bal. in l. 1. in 2. & 3. colum. C. de sacrosan. eccle. vbi Bal. ponit an captatoria voluntas habeat locum in relictis ad pias causas. Et quot modis dicatur voluntas captatoria, vide etiam in l. priuilegia, eodem titu. Item vide Bal. in l. post dinisionem, C. de iu. & fac. igno. vbi dicit, quod ad pias causas bene potest hæres declarari, in alijs secus. alleg. hoc capi. Itē adde, quod l. licet, C. de pac. habet locum etiam in legato ad pias causas, secundum Bal. in l. fi. in antepe. colum. C. de pac. Item vide in l. executorem, post princ. C. de execu. rei iud. Item vide, quod per istum tex. dicit Bar. in repe. l. 2. in 3. colum. versi. tertio quæro, C. de sacrosan. eccl. Item vide omnino quod no. Bar. in l. captatorias, C. de test. mil. & quod ibi no. do. Alexan. de Imola.

Anto. Franc. ¶ Quæ dicatur captatoria voluntas, dicas q̄ est illa, cuius dispositio confertur in liberam voluntatem alterius, vt in l. illa in institutio, in l. captatorias, ff. de hæred. instit. Et adde, quod sicut valet captatoria voluntas facta a milite, vt in l. captatorias, C. de testamen. mili. ita etiam debet valere, quando fit in piam causam, in d. c. cum tibi, de test. vbi etiam per Innoc. qui dicit, quod tunc valet institutio, si quis dicat, Voluntatem meam committo dispositioni Titij, de quo etiam per Barto in l. 1. C. de sacrosan. eccle. Quod intellige verum, si in legato vel institutione est facta mentio de pia causa, vt quia dicit, Lego talia ecclesiæ, vel, Ecclesiam instituo, prout voluerit talis. Secus, si diceret simpliciter, Lego ad arbitrium talis, absque expressione piæ causæ. de quo per Alexand. in consi. 104. in prima parte consi.

c ¶ Et istum intellectum sequitur Imo. in d. l. captatorię, de leg. 1. & idem sentit Bal. alle. istum tex. in l. priuilegia, C. de sacrof. eccle.

Sebast. Sapia. ¶ Ad pias causas. Quod captatoria dispositio valeat ad pias causas, tenet Alexand. consi. 13. incip. citra primum dubium, in vlti. colum. 3. volum. vbi attestatur ita esse communem, & quod ipse ita semper est solitus tenere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuini, scilicet vt debeamus prę omnibus religionem Deo; & pec
cata eleemosynis redimere. 1 3.q.2.c. animæ defunctorum. de pœ.
dist. j.c. medicina. Vnde relinqnendo piæ cæ bona, in volũtate al-
terius, non potest ille aliud velle, suadente rõne nãli & regula, de
qua s. dixi. Sed in alijs relictis posset aliud velle, & sic volũtas esset
incerta & captatoria. Et de hoc dicendum plenius, vt no. ibi per
eundem, & Bal. in l. illa institutio, ff. de hæred. instit. An aũt & qũ le-
gatum possit pferri in voluntatẽ alterius, plenius q̃ hic, no. in l. 1.
5 ff. de leg. 2. † Vnum tñ nolo omittere, quod ponit Io. And. in addi.
Spe. in eo. titu. versi. quid si vbi dr, q licet valeat legatum nutu fa-
a ctum, non tñ testm. [a] Sic vr tenere contra istam glo. in prin. Dicit
etiam post Albertum Papiensem, q si quis ad interrogationem
alterius, puta dicentis, Vis tu talem hæredem instituere? & ille re-
spondet, q sic: non valet testm, licet glo. teneat contrarium in d. l.
iubemus. Mouetur ipse, quia testator debet exprimere nomen
hæredis, & in infirmitate quis de facili rndet ad oĩa, & sic d. Ant.
tenet, q de benignitate canonica potest procedere dictum glo.
sed de rigore potest procedere cõtrarium. Sed vide Bal. in l. 1. C.
de sacrosan. eccl. vbi allegat istã gl. sing. concludens, q ad pias cau
sas valet testm nutu factum, quod placet in huiusmodi relictis per
ea, quæ dixi in c. relatum, il 1. s. eo. Sed in alijs posset dubitari; tamẽ
dici posset, q si constat de voluntate sua per signa vrgentia, q va-
let testm de benignitate canonica, arg. hic, & in c. cũ apud, de spõ.
De alijs lecturis non curo, quia communiter non tenentur.

ADDITIO.

a ¶ An valeat testamentum nutu factum, vide quod scribit Bar. in l. 1. §. si quis,
ff. de verbo. oblig. & ibi vide plenit. do Alex. de Imo. post Bald. in l. 1. eo. tit.
circa prin. ff. de testam. Vide Bald. quem etiam alleg. Pan. hic in l. 1. in fi. col.
C. de sacrosan. eccl. vbi dicit, q ad pias causas procedit hæredis institutio
nutu facta; licet regulariter secus sit in alijs, vt dicit etiam glo. sing. quam
non inuenies alibi in isto c. Et quid si notarius scripsit testamentum, postea
accedit ad testatorem & legit sibi testamentum dicendo, Si uis, quod scri-
ptus in hoc testamento, sit tuus hæres, stringe mihi manum, nisi testator
stringat illi manum, an valeat testamentum, vide per Ancha. in c. 2. supra eo.
Pau. de Cast. in l. hæredes palam, in princ. ff. de testam. Ang. in l. hac consul-
tissima, C. qui testam. fac. post.
Ant. Fran. ¶ An dispositio nutu facta valeat, vide text. in l. nutu ff. de
leg. 3. maxime si disponens non potest loqui, & quomodo probetur nutus,
& an valeat fideicommissum nutu factum, vide Bald. in l. & in epistola, C. de
fideicom. & habetur in l. seruo inuito. §. si pupillo, ff. ad Treb. & vide glo.
in l. item quia, ff. de pac. vbi habetur, & quid de matrimonio, in quo de
necessitate videntur requiri verba, vide in c. tuæ, & ibi plene per Ducto. di
sponsa.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus debet habere portionem de relictis factis ecclesiæ, etiam quod ali-*
quid fuerit ipsi Episcopo relictum, nisi ipsi relinquatur, vt non capiat por-
tionem de relictis Ecclesiæ, nu. 2. Vel nisi ecclesiæ sint exemptæ. nu. 6. An
autem debeat habere de relictis factis hospitali constructo authoritate
Episcopi, vide nu. 7.
3 *Episcopus nullam portionem debet habere de bonis testatoris, nisi de relictis*
factis ecclesiis.
4 *Debitor necessarius si legat creditori, videtur legasse animo compensandi; se-*
cus si est debitor voluntarius.
5 *Parochianus si eligit sepulturam in alia ecclesia, debetur presbytero paro-*
chiali canonica portio de relictis factis ecclesiæ sepulturæ, nisi ipsi presbite-
ro testator aliquid reliquerit.
Parochianus tenetur ex iuris dispositione aliquid relinquere presbytero pa-
rochiali.
7 *Hospitale non constructum authoritate Episcopi, in quo tamen habitant in-*
firmi, an dicatur locus religiosus & pius.
Relictum factum pauperibus sub commemoratione alicuius loci, in quo ha-
bitant, censetur factum illi loco, alias secus.

CAP. XIIII.

1 **Officij.** † De relictis ecclesiæ petit eps partem suam; licet
aliquid fuerit sibi a testatore relictum; nisi eo mo
do, & non in fraudem fuerit relictum a testatore, q maneret ea
a parte contentus, & legatum [a] agnouerit. Cõis diuisio. Secunda
ibi, [Consultationi.] Casus literalis. Aliquis in testamento reliquit
Epo propriam portionẽ, & alia multa monasterijs, vel ecclesiis;
quæritur, vtrum eps de illis possit petere legitimam portionem?
Respondet Papa, q si portionem illam legauit epo cum condi-
tione, vt ea esset contentus, & eps cõditionẽ acceptauit, de alijs
nihil petere poterit: quia per hoc alijs renunciare vr: sed si portio
nem illam absolute reliquit, de alijs nihilominus legitimam por-
tionem poterit vendicare. Si vero constiterit quod fraudulẽter
modicum portionem reliquit cum ꝺditione, vt in cæteris eps por
tione debita fraudaretur, quia fraus & dolus alicui patrocinari
non debet, eps de illis portionem exigere poterit a canone ꝓstitu
tum, taluis indulgentijs Romani põtificis, q̃ quibusdã regularibus
sunt concesse. Et c. istud loquitur sm consuetudinem qu orundã
locorũ. Bern. † No. 1. q de relicto facto ecclesiæ, vel monasterio
debetur epo canonica portio. Et hæc portio diuersificatur sm di
uersas cõsuetudines locorũ. vnde respectu quotæ attendenda est
consuetudo loci, vt in c. certificari, de sepul. Vtrum autem ꝓsuetu
3 do possit in totũ tollere, dicam in c. seq. † No. ibi, [Propriam por-
b tionẽ] [b] argu. q eps debet habere certã portionẽ ex bonis testato
tis. Sed contrarium puto verum. Non enim est iure cautũ, q dis-
cessanus teneatur aliquid relinquere epo loci. Nam iura dant por
tionem epo ex relictis factis ecclesię, vt in c. seq. & 10. q. 1. c. de his,
& c. antiquos. Vnde intelligerẽ istũ tex. dũ dicit, ꝓpriã, l. respectu
laiorũ relictorũ alijs ecclesijs factorũ. Item si testator nihil reli-
quit ecclesiæ, nullã portionem potest eps petere; & sic errãt testa-
tores qui credẽtes ad hoc teneri, legant indistincte epo aliquid ꝓ
4 sua canonica portione. No. q legatum epo simpliciter factum
non diminuit portionẽ sibi debitam ex relictis ecclesiis. † Sed cõ-
tra hoc, & contra tex. oppo. vbicunque debitor reliquerit aliqd
suo creditori, vr in dubio relinquere animo cõpensandi cum de
bito. l. si cùm dotem, §. si pater, ff. sol. mat. vbi dr, q si pater tenebã-
tur dare dotẽ filię, & aliquid reliquerit filiæ in testamento, non
potest filia petere legatum integrũ, & dotẽ, ga vr legasse animo
compensandi cum dote debita. Sed in casu nostro canonica por
tio debetur epo ex iuris dispositione, vt in iuribus superius allega
tis; ergo testator legando aliquid simpliciter epo, vr legasse ani-
c mo compensandi cum portione [c] canonica. Sol. Bart. in d. §. si pa-
d ter, & Moder. [d] Doc. hic distinguũt, q q̃sque relictum fit per de-
bitorem necessarium; quia ex necessitate iuris tenetur ad debitũ.
Q̃sque fit per debitorem uoluntarium, quia ex uoluntate sua gs
se ad debitum obligauit. Primo casu in dubio vr legatum facta
animo compensandi, vt in d. §. si pater. Secundo casu non vr ani-
mo compensandi, nisi sit expressum, ut probatur in l. unica. §. scie
dum, C. de rei uxo. actio. ubi habetur q si maritus, qui tenetur re-
stituere uxori dotem post mortem, aliquid simpliciter legauit
uxori, poterit uxor utrunque petere. Sed per hoc non soluitur ꝓ-
rium supra formatũ. Nã ista portio debetur epo necessario ex di
spositione iuris; ergo in dubio relictũ sibi factũ dẽt cẽseri, q ani-
mo cõpẽsandi, cuius ꝓriũ innuit tex. Sol. dicit Bar. in d. §. si pater, q
hic uoluntarie iste testator incidit in hoc debitũ; quia uoluntarie
reliquit ecclesiæ. Hæc sol. mihi nõ placet, ga licet uoluntarie reli-
quisset, tñ immediate ex dispositione iuris debetur necessario ip
si episcopo sua portio. Vnde solue, & aliter, q testator nõ est debi
tor epi necessarius; nec uoluntarius, quia portio datur epo a te-
statore, sed ab ecclesijs, quibus factum est relictum, ut in c. seq.
unde si testator aliquid reliquit simpliciter epo, non potest dici,
q reliquerit animo cõpensandi cum debito, cum ipse non sit de-
bitor episcopi. oportet ergo ut apponat modũ in lega to, si uult
compensationem fieri, s. ut eps sit cõtentus illa portione, & hoc
notabiliter uoluit ille tex. Et per hoc potest dari optima limita-
tio ad supradictam distinctionem Bar. Prædicta procedunt in re
licto facto episcopo, & ecclesiæ inferiori. † Sed insurgit dubium
notabilius & fortius, nũqd dispositio huius tex. locũ hẽat in reli-
cto facto p parochianũ ecclesiæ parochiali, q alibi elegit sepultu
e rã, ut possit presbyter parochialis capere relictũ sibia testatore
factum,

ADDITIONES.

a ¶ Vide omnino pro amplia. Lap. alleg. 30. circa §. uersi. legatum.
b ¶ Item per istum tex. ia versi. proprij portionem, d ciditur, quod no. Bal. in l.
præsens, ad fi. C. de transc. vbi dicit, quod clericus potest ad libitum suum di
sponere de quarta, quam acquirit nomine mortuariorum.
c Seb. Sap. ¶ Portione. Vide Fede. de Senis in consi. 154. incip. Io. seruus, vbi plu
ra ad hanc materiam.
d ¶ Nota theoricam, an & quando legando creditori, videatur lagare animo cõ
pensandi. & adde tex. & omnino ibi Bar. in l. si cum dotem. § si pater, ff. sol
matri. & tex. in l. Lucius, in princ. qui est prope fi. tex. in l. si seruus, ff. de leg.
1. & in l. huiusmodi. §. cum pater, prope fi. eod. titu. & tex. in l. si vxori, C. de
bon. auth. iudi. poss. Et adde hic text. & ibi no. Bart. & Pau. de Cast. in l. cũ
dotem stipulanti, ff. sol. matr. Et ista faciunt ad quæstio. de qua fuit pridie rec
rogatus. Testator reliquit filiæ suæ monali legatum, ita quod non petat am
plius aliquid ex bonis suis iurrum acceptando legatum, videatur renunciaꝛ
se hereditati? Ad quam q. vide bo. tex. in l. quidam, ff. de prob. Et si ex dispoſi
tione statuti vxore præmoriente maritus debeat lucrari certam partem do
tis, an si vxor prius præmoriés aliquid marito legauit, videatur relictum ani
mo compensandi in illa parte sibi debita. Vide latissime per Imo. in l. si cum
dotem. §. si pater fi. ia, ff. sol. mat.
Ant. Fran. ¶ An legatum per vxorem marito possit compẽsari marito, dica,
quod potest dici, quod in dubio videatur esse factum tale legatum marito
animo compensandi, quia in necessitatib. nemo liberalis existit, neque præ
sumitur, quod ipsa mulier voluerit legare vel donare ipsi marito, sed potius
voluerit compensare, vt in l. rem legatam, ff. de adi. leg. Et hoc sine dubio
puto verum, qũ dos consisteret in quantitate, & mulier etiam faceret lega
tum quantitatis. Secus si legaret aliquam speciem, quam ẽt iudicaret le-
gasse animo compensandi, vt in l. si. C. de compẽ. & dr per Bar. in l. qui insti-
tuariam. §. si seruus, ff. de fur. circa mediũ, & in l. si conuenerit, in princ. a. vbi
etiam per Alex. ff. de pigno. actio. Et quando in dote habeat locum compen
satio, uide in l. neque, C. de compen. & in l. 1. ff. rerum amo.
e ¶ De hoc uide late per Imo. in clem. dudum, de sepul. super glo. in uer. inte-
gre. & hoc facit ad q. quam ponit Arch. in c. Io. 15. q. 5. vbi dicit, Pons, testa-
tor reliqt cẽtũ distribuẽda inter pauperes domus Dei Bononiẽ, postea duo
bus ex eisdẽ pauperibus, eos speciliter nominãdo, facit certũ legatũ, an po
terũt petere portionẽ suã de illo legato generali. Et concludit q sic. & vide
articulum hic positum plene per d. Ant. in sua solenni disputatione, quæ in-
cipit, Bononiensis quidam vsurarius manifestus; in 4. dubio principali. Et ad
hoc opt. facit quod no. Alber. in 2. parte statuto. q. 163.

factum, & de relictis factis ecclesiæ sepulturæ petere canonicam
portionem. Et videtur primo, q sic, arg. huius tex. & c. seq. Item in
a simpliciter mandant, vt de omnibus obuentionibus ecclesia-
rum, sepulturę, occasione funeris, debeatur quarta ecclesię paro
chiali, de sepultu. quasi per totum, & clemen. dudum, eod. titu. &
maxime facit iste tex. in verbo, [Integre.] In contrarium facit hęc
ratio multum vrgens. Ecclesiæ parochiali debetur quarta ab ec-
clesia sepulturæ, aut in recompensationem onerum, quæ sub-
hit administrando sacramenta parochiano suo; aut satisfactio-
nem iniurię; quia relicta propria ecclesia, elegit alibi sepulturã, vt
in c. 1. & 2. de sepul. Sed vtroq; casu satis prouisum est, si ipse testa
tor religt propriam portionem parochiali ecclesiæ. Itẽ iura man
dãt, vt eligens alibi sepulturã, dẽat relinquere ecclesiæ suæ tertiã
partem sui iudicii, vt in c. 1. & 2. prę all. sed si reliquit certã portio-
nẽ illi ecclesiæ, vr satisfecisse iuri: ergo non põt ab ecclesia sepul-
turæ aliud peti; nisi vt suppleatur vsq; ad quartã. Na vt s. dixi, debi
tor necessarius vr relinquere creditori aĩo compẽsandi, d. §. si pa-
ter. Hanc q. bene examinat Fed. consi. 3. & ibi refert Io. And. in d.
clem. dudum, in gl. in verbo, Integre. tenere, vt indistincte dẽatur
quarta ab eccl. sepulturæ. ipse tñ Fed. dicit, q sibi magis placeret
opi. ꝓria, nisi obuiaret sibi authoritas Ioã. And. Et ad illam cle. rñ-
det, q dẽt intelligi, cum sit ius nouum. sm dispositionem iurium
antiquorum; videlicet qñ nihil est relictum ecclesiæ parochiali à
testatore, & ibi vide latius. Mihi placet hæc opi. & adduco tex. per
alios non adductum in c. de his, de sepul. a ꝓrio sensu, vbi pondẽ-
ratur, q ecclesię parochiali fuerat relictum à testatore. Item, audi
cio meo, non vr hęc qõ multum dubitabilis, quia iura nõ simplr
faciunt testatorem debitorem; sed dicunt, q dẽt relinquere quar
tã partem sui iudicij, ecclesiæ parochiali. Si ergo reliquit, frustra
quærimus, vtrum reliquit animo compensandi, cum satisfecerit
iuri in proprijs terminis, & sic sumus extra no. in §. si pater. Non
obstant iura, quæ dicunt, q ecclesiæ sepulturæ dẽtur quarta; qa
illa dẽtur in subsidium. qñ. l. testator non seruauit dispositionem
iuris. Solum difficile est respondere ad d. cle. dudum, ad quam tñ-
deo multipliciter. Primo, q loquitur in subsidiũ. qñ testator non
seruauit dispositionem. Secundo potest intelligi, [q] rocedit in
Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus. Nam cum habeãt mul
a priuilegia in præiudicium ecclesiarum parochialium quia au-
dunt confessiones, prædicant, habẽt sepulturam, quæ omnia sunt
de iure parochiali; voluit papa in recompensationem, vt de om-
nibus eis obuenientibus occasione funeris, debeatur quarta in-
tegra ecclesiæ parochiali. Itẽ & tertio, si bene ponderet illa gl. nõ
sentit ibi Io. And. q. relictum factum a testatore, non veniat in re
compẽsationem; sed solum vult, q si aliquid obuenit ecclesiæ pa
rochiali ex funere prius delato ad ipsam ecclesiã, q non veniat in
recompensationem, & si testator se nihil reliquit, ecclesiæ pa-
rochiali, merito de relictis ecclesiæ sepulturæ, debet habere quar
tam integram. Nec ob. iste tex. quia loquitur in epo, qui reputat
extraneus quoad testatorem, cum nihil teneatur sibi relinquere,
sed quartã, q̃ consequitur ab ecclesia legataria. Sed ecclesia paro
chialis non reputatur extranea; imo est creditrix ex dispositione
iuris, ga ipse vult, q testator relinquat ecclesiæ parochiali, & sic vr
6 reliquisse aĩo satisfaciẽdi iuri. † Quæro, ga tex. dicit, q ex relicto fa
cto monasterijs, vel ecclesiis, debetur epo canonica portio, nun-
quid hoc procedit respectu olium ecclesiarum, ẽt si sint exempte
iurisdõne epi? Inn. & cõiter Doc. tenẽt, q solum dẽtur ab eccle
sijs epo subiectis. Exẽptæ vero, dẽnt soluere quartã papæ, sm Pe.
de quo transeũt hic cõiter Doc. Pro hoc, ga papa censet ordina-
rius & eps exẽptorũ, vt no. 93. di. c. nullam, & c. authoritate. de pri
vil. 6. Quidam tñ voluerũt tenere, q ab oĩb. ecclesiis diœcesis,
et exemptis, dabatur ista quarta, quia iura loquũtur gñaliter. Sed
primo dictũ est cõi, & verius. Nã hæc quarta dẽtur epo pp cõio
nes, quæ est inter epm & ecclesiã sibi subiectam, vt in c. seq. in ver.
secus. sed cõio cessat inter epm, & ecclesiã exemptã. Item põt dẽ-
fronte oneris, quod sustinet eps circa curã ecclesiarũ sibi subie-
ctarum: q̃ rõ cessat in exemptis. Põt deberi & tertio in recogni-
tionem superioris, sicut in simili dicit Inn. in procuratione in c. j.
de cen. li. 6. & hæc ẽt rõ cessat in exẽptis, & vr hoc ꝓfitmare p cle.
Ant. Fran. ¶ An appellatione domus ueniat hortus, dicas, quod hortus in dubio intelligitur eſſe de domo, niſi aliter expreſſerit teſtator, uel illum emerit ſeparatim per ſe. Ad quod uide Barto. in l. olympico, ff. de ſeru. urbano. prædio. ubi habetur, quod in uenditione domus uenit hortus, ſi eſt illi conIunctus, uel ſi ex domo eſt aditus in eum, ad quod uide Abb. in capitu. de cenſi. & uide Ale. in conſi. 23. in 4. part. conſi. & notant Doct. in c. Raynutius de teſtam.

Seb. Sap. ¶ Quod legata. Vide quod no. Abb. per illum tex. in cap. 1. infra de cenſi. & plura allega. per d. Iaſ. in l. 1. col. 3. uerſi. an autem legata, ff. de conſtitutio. princ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tens, ita ꝙ malitia supplebat ætatẽ, aliàs nõ valuisset matrimoniũ, vt in c. continebatur, de despon. impu. sed adhuc non perfecerat duodecim annos, qđ patet ex eo, quia erat sub tutoris potestate. Nam officium tutoris extinguitur per aduentum pubertatis, de quo in l. j. & fi. C. quando tutor, vel curator esse desi. Ex quo infero, ꝙ viripotentia & malitia supplet defectũ annorũ, quoad ꝓhẽdũ matrimoniũ, sed non quoad hoc, vt eximatur a tutoris potestate, sed oportet ꝙ fœmina cõpleuerit duodecimum annum, masculus 14. Idem dicimus quoad facultatẽ testandi, ꝓut leg. & no. in l. qua ætate, ff. eo. tit. † No. ꝙ iudicium põt fundari in ꝑsonã tutoris, noñe pupillorum, nã solus tutor fuit ꝓdẽnatus. hoc potest ẽt fundari ĩ ꝑsonã pupillorũ cũ authoritate tutoris, de quo ĩ l. j. ff. de ad. tut. † No. ꝙ ab eadẽ ſnſa põt utraq; pars appellare, quando que tamen interdicitur vni parti appellatio, si altera pars appellauit, vt in l. oẽm honorem, C. qñ prouo. non est necesse. Sed ponit casum respectu expensarum tm̃, sed regulariter, si ſnſa ꝓtinet plures articulos, quælibet pars potest appellare, de quo vide quod leg. & no. in c. significauerunt, de exce. † No. in uer. [Cũ autem.] ꝙ iudex appellationis põt non solum ꝓnunciare male, uel a bñ appellatum, [a] sed ẽt de nouo ꝓdẽnare, si iudex a quo, omisit ꝓdẽnationẽ iuridicã. Ex quo infertur, ꝙ actor appellauit a ſnſa absolutoria, iudex appellationis non solum ꝓnunciabit male iudicatũ, & bñ appellatũ, sed ẽt ꝓdẽnabit reũ actori, si de iure venit ꝓdẽnãdus, & ꝙ hoc tex. op. in c. cã, de re iu. & ĩ l. cum apud, ff. iudi. fol. & ibi per Bar. & cum hoc tẽperamento dẽt intelligi nota ꝙ pro eum in l. eos, C. de app. Et sic limitatur tex. 2. q. 2. in fi. Imo plus elegãter ꝓbat iste tex. l. quod iudex appellationis põt reformare ſnſiam, vbi ppendit eã de iure reformãdã, ẽt si non allegẽt per partẽ. Hoc elicit ex tex. hoc modo, nã de quarta debita iure naturę Adiectę filiæ testõris, nulla fuit facta mẽtio ꝓ tutorẽ, sed solum dicebat de tota hrditate deducendã quartã Trebellianicã, & tertiã Cleræ, & Adelasiæ. Sed iudex appellationis ꝓpendẽs ẽt, ꝙ quarta iure naturę sibi debita, erat ẽt deducenda, suppleuit defectum partis, & ꝓnunciauit eã deducendã & retinendã, qđ est valde notabile, & expresse hoc sentit Inn. hic in fi. apparatus ſuii, dicens, ꝙ ista est suppletio iuris & non facti. Nec putes hoc ſpãle in iudice appellationis: nã fortius hoc ꝓcedit in quolibet
11 iudice. † Ex ꝓdictis infero unum generale; ꝙ vbicunq; aliqđ ius ex deductis in iudicium competit parti, licet pars ignoret, põt & dẽt iudex ex officio supplere, qa illud est sibi notum & notoriũ vt iudex, facit qđ le. & no. in l. i. Cut q̃ desunt aduo. & in c. bonæ, il 1. de post. præl. bñ facit c. cum dilectus, de ſſue. No. ꝙ in legitima, q̃
12 debet filio, nõ põt aliqđ grauamen a patre apponi. † Item no. ꝙ ꝙsuetudo põt diminuere portionem debitã filio ex bonis paternis, & maternis, & dicit Abbas, alibi non ita bñ, ꝓbari. Sed certe, ut ẽt sentit Io. An. tex. iste hoc aperte non probat, sed solũ ꝓbat, vt ꝙsuetudo possit inducere, de quib. reb. sit detrahenda legitima filii, ita ꝙ portio non detrahatur, vel diminuat in qualita te. Forte. n. habebat consuetudo, ut tota legitima detraheret solum de bonis immobilibus, & non de mobilibus. Et hoc facit pro statutis quotidianis in quibus caueꝫ, vt filia dotata non succedat cum fratribus, nunqd valeat hoc statutum, cum diminuat sibi portionem debitam? Et hic posset quæri generaliter, nunqd
b statutum [b] uel consuetudo possit tollere hãc legitimam debitã filio? Richardus Malumbra disputauit, ut refert Cy. in Iancimus, C. de nupt. Et finaliter concludit, ꝙ põt diminui, nõ aũt in totũ tolli, quia esset ꝺ equitatẽ naturalem. Item, qua hæc portio succedit in locum alimentorum, quæ de iure naturali debetur filiis ab ipsis parentib. j. di. c. ius naturale, facit l. cum rõ, ff. de bon. dam. sed Cy. ibi reprobat, & sequitur Bar. & sentit Dy. in regu. indultum, de reg. iu. lib. 6. & uide per Bar. in l. Titio centum. §. fi. ff. de cond. & dem. Mouent isti principaliter, quia ista portio est de iure ciuili, ergo potest tolli ꝑ ius ciuile. Statutum autem est pars iuris ciuilis, l. oẽs populi, ff. de iust. & iu. & j. di. c. ius ciuile. Item non est uerum simpliciter, quod ista portio succedat loco alimẽtorum, q̃ debẽtur iure naturali, quia si hoc esset verum, sequeret ꝙ mater non teneretur aliquid dimittere filio, & fortius nec auia, cum pater teneatur alere filios. l. si quis a liberis, ff. de lib. ag. Itẽ pater tenetur maritare filias, & non mater, ut no. in l. fi. C. de do. promi. Itẽ pone, ꝙ filius sit industriosus, ita ꝙ põt sibi quære re alimenta, quo casu nõ tenetur alere filium, d. l. si quis a liberis. Ergo sequeretur, ꝙ pater, uel mater non teneret aliquid dimitte re filio, quia cessat causa alimentorum. Et sic ꝺcludunt isti, ꝙ de rigore iuris, consuetudo uel statutum põt in totum tollere legitimam, & sic fortius ualebit statutum in terminis prælle. ut do te contenta &c. Sed domini de Rot. dec. 18. attingunt hanc qõnem, & referunt ꝓrias opiniones, sed Collector decisionum concludit statutum, uel cõsuetudinem valere, dummodo non multum absorbeat debitum iure naturę, & sic vr̃ quasi sentire cum Richardo. & hanc opin. vr̃ hic sequi dom. Ant. licet multum succ cincte attingat hanc qõnem. Ego crederem, ꝙ ubi filius [c] non haberet alias unde uiueret, non ualeret statutum in totum absorbens. Moueor, nam spurio de iure ciuili nil debetur, ut in authen. ex complexu, C. de incest. nup. & tamen ius canonicum sequendo æquitatem naturalẽ disponit, vt spurio debeantur alimẽta. c. cum haberet. j. de eo, qui duxit in matrimo. & c. ergo fortius hoc idem dicendum in legitimis, vt si ius ciuile vult excludere, possit ius canonicum illum rigorem tollere & temperare. Nam in istis standum est iuri canonico, vt no. in d. c. cum haberet. Sed vbi filius haberet alias vnde uiueret, ꝑcederet opinio ꝺria, vt uideat ꝙsuetudo, vel statutum ẽt in totum absorbens legitimam, ga cessat æquitas naturalis, de qua supra, & militat alia, fm̃ q̃ licitũ dẽt esse patri, sicut cuilibet est licitũ disponere de re ꝓpria ad libitum, quia in re sua quilibet est licitus moderator & arbiter, Inst. de rerum diui. in §. per traditionem. & in c. de his, de sepul. quod no. In gl. ibi, [Valuit. 54.] hoc dicit gl. cã exempli, nã idem fuisset iudicatum, si plus, vel minus valuisset. Et vt detur materia nesciẽtib. diuidere alias hæreditates, diuidamus istã Raynutij. & ꝓpposito, quod dicit gl. ꝙ hæc hæreditas valuisset 54. primo dẽt deduci tertia matris, [Clerę, quæ sibi debebatur iure spãli, quia sup uixit marito suo patri Raynutij, & hæc tertia ꝙsistit in 18. & sic remãserunt 36. ex quibus ẽt venit deducenda tertia Adelasiæ uxoris Raynutii, ga superuixit marito suo, & hoc iure speciali, ut ꝺixi, & hæc tertia est 12. & sic remanserunt in hæreditate Raynutii 24. duntaxat. Expediamus primo illas duas tertias, ex tertia Cleræ debentur iure naturæ Alterochæ tria. Nam ambabus neptibus de iure communi pro legitima debetur tertia, sed ex 18. quæ fuerunt Clerę, tertia est sex, & sic tria debentur Alterochæ iure nature. 15. uero tam iure naturæ, q̃ rõne donationis pertinent ad Adiectam. Et tertia Adelasiæ debentur duo Alterochæ, qm̃ tertia sua ꝙsistebat in 12. Tertia vero pars, quæ debẽt nepotibus iure naturæ, erũt quatuor, & sic duo pro sua parte tigebant Alterocham, 10. vero iure naturę, & pp venditionem residui tangebant aliam partem, & sic ex his duabus tertiis quinque solum debentur Alterochæ, 25. hæredibus Adiectæ, & in illis

ADDITIONES.

a Seb. Sap. ¶ Appellatum. Vide late per Fel. in c. cum Ioannes, uer. in tex ibi pronunciamus, supra de fide instrum. & ibi facit mentionem de his, quæ dicit Abb hic. Vide eundem in c. cum causa, col. 4. uer. satis est pronuociare, supra de re iud.

b ¶ Statutum. An statutum, vel consuetudo possit tollere, vel diminuere legitimam filio de consuetudine, vide etiam per Io. de Lig. in cap. 1. supra eod. Et hic concludit d. Anr. quod nõ, de æquitate iuris, inquantum diminuerẽtur alimenta filio, licet legistæ communiter teneant contrarium, & uide Anc. in rep. c. canonum, de cõst. in 3. prin. quæst. in 5. col. illius quæst. uerũ quid in successore. Et adde, quod Inn. hic in sua gl. quæ est super ver. cogitasse, dicit, quod bene ualet consuetudo, quòd filius matri non teneatur relinquere alimenta, vide Inn. in c. pastoralis, in 13. col. de re iud. & uide de hoc per Bald. in l. 1. §. ius naturale, in fi. de iust. & in. Et pro parte, quòd non possit tollere in totum facit tex. in c. ius naturale. 1. di. qui dicit, ꝙ succesſio liberorum est de iure naturali, quod est immutabile. Sed quod etiam statutum possit minuere, facit quod no. Inn. in c. fi. de consuet. ubi dicit, quod consuetudo potest addere, diminuere, & distinguere ius diuinum. Et de q. hic posita per do. Ant. uide Oldra. consi. 107. Et de statuto, an possit minuere legitimam filio, uide per Aiber. in 1. parte statu. quæstio. 44. & ibi etiam in 14. quæstio. ponit, an ualeat statutum, quod pater non teneatur alere filiũ, vel econtra. Et an statutum tollens legitimam iure naturæ debitam, extenditur ad Trebel. uide Alb. in secunda parte stat. q. 108. Et ꝙ statutum possit diminuere, & etiam tollere legitimam, tenet Ang. consi. 510 13. de quo uide per Bal. in auth. nunc autem, C. de epis. & cler. & per eundem Bald. in l. fi. C. de bo. quæ li. & aliquid per Bal. in l. cum ratio, ff. de bo. dam. & de hoc uide omnino Lap. alle. 100. in 3. colum. Al. de Ros. in l. quoniam in primis, C. de inoff. test. & Io. Petr. de Fer. in practica sua in for. li. quo. pe. hæc ex te in gl. in uer. ac etiam realiter. in fi. & Doc. in auth. nouissima, C. de inoff. testa. & quid ecõtra an statutum possit tollere legitimam debitã a filio patri, Bal. in l. 1. §. ius naturale, ff. de iust. & iu. tenet, quod sic. Pro quo alle. hæres. instiũ. de leg agn. suc. §. fi.

Ant. Fran. ¶ An legitima per statutum possit tolli, nel minui, Pau. de Castro authen. nouissima, C. de inoffi. testamen. dicit, quod sic. & idem Car. in cle. 2. in princip. in 7. quæst. de re iud. & in cap. isto. Tamen ibi dicit, quod non potest tolli, neque videtur valere statutum illam tollens, etiam si aliquid relinquatur loco legitimæ. De quo plene uide per Ioan. Ber. de Fir. in sua repet. in litera L. in uer. legitima est pars tertia, in ver. legitima per statutũ, ubi multa dicit ad propositum. De alimentis autem an possint tolli filio per statutum, uel tolli patri, ita vt a filio non præstentur, dicendum est quod non, quia illa sunt de iure naturali, ut per Bar. in l. si studii, ff. de iust. & iu. & in l. si quis a liberis, in §. si uel parens, de libe. agnof. & per Bald. in l. cum non solum, §. ipsum, C. de bonis, quæ liberis. Quod adeo uerum est, ut etiã filio illegitimo præstentur, ut in cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrimoniũ quam pol. per adult. Ea, quæ sunt naturalia, tolli non possunt, ut in §. fed naturalia. Institu. de iure naturali gentium, & ciui. Dicas tamen, quod possent denegari filio, qui non uellet laborare, nisi esset ipsi filio necessaria, ut puta, si esset nobilis, ut per Barto. in l. 1. in prin. primæ colum. C. de mendi. validis, lib. 11. Et adde, quod possunt denegari filio ex oĩb. causis, ex quibus posset exhæredari, ut est gl. in l. si quis a liberis, in §. idẽ index, in uerbo tulerat, ff. de li. agn. & qualia ahmẽta sint præstanda, dicas q̃ maiora & minora præstantur ẽm dignitatem & qualitatem personarum, iuxta illa debeatur ex testamento, siue ex iuris dispositione, siue ex parcium conuentione, ut in l. fed & si quid, in § mancipiorum, ff. de usufr. & habetur per do. Card. in materia dispẽsa. super pluralitate beneficiorum, in c. de multa, de præb.

c Seb. Sap. ¶ Ego crederem, ꝙ ubi filius. An filius possit priuari legitima, uide Alex. in l. qꝺ de bonis. §. fi. ff. ad leg. Fal. Iaſlate in auth. nouissima, col. pe. C. de inoff. test. do. Franciscum Curtium in consi. 66. inci. Clarus nit. col. 5. ubi attestatur communem opi. esse, ꝙ per statutum non potest priuari.

in illis quinque fuit reformata sententia primi iudicis, qui male pronunciauit illas duas tertias integraliter deducẽdas. Et nũc descendamus ad hæreditatem Raynutij, quæ, vt dixi, ꝙsistebat in 24. ex quibus debet primo detrahi tertia debita filiabus iure naturæ, in qua non poterunt grauari; & sic octo, quorum quatuor debentur Alterochę, in quibus debet cõputare relictum sibi fatum; reliqua ꝓtinent ad Adiectã, & remãserunt 16. in quibus Adiecta fuit instituta hæres, & rogata vt restitueret sorori, si decederet sine liberis, & adueniẽte casu restitutionis, detrahit quartã Trebellianicã, quæ est quatuor, & sic duodecim veniunt restituenda ex cã fideicom. Habebit ergo Alterocha ista 12. iure institutionis, & quatuor iure naturæ, & sic 16. & 5. ex illis duabus tertiis, & sic 21. Adiecta vero habebit 25. ex illis duabus tertijs, & quatuor de iure naturæ, & sic 29. alia quatuor per Trebellian. & sic erunt triginta. Sed 33. & 21. ꝙstituunt 54. & sic habes totã hæreditatẽ Raynutij; & isto modo capiunt iuuenes modũ diuiden
3 dialias hæreditates defunctorũ. † In gl. in ver. [Relinquẽs] ibi, [Sũt illæ duæ auth.] Vna inc. [Nouissima] alia fm̃ quosdã incip. [Nõ licet.] Hoc tm̃ non est in illo tit. de inoff. test. ideo gl. erranit, sed 15
est C. de libe. præter. Et in fi. gl. nõ intelligas, ꝙ institutus in re certa
3 ti, habeatur per oĩa loco legatarij; [a] sed quod quædã habetur loco legatarij; & quoad quædã loco hæredis, de quo dicendũ, vt in Quoties, all. in gl. & inter cæteros effectus operatur, vnũ nota bile effectum institutio in re certa habebit hæreditatẽ in totum; ga non potest testator pro parte decedere testatus, pro parte intestatus. l. j. §. fi ex fundo, ff. de hær. instit. quã vtilitatẽ non ꝑsequeretur iste, si foret purus legatarius, immo ꝺceret legatũ, ex quo ex testõ non aditur hęreditas, C. si quis omiſ. cã test. quasi per totum. In gl. 3. ibi, [Fuerit cõpendiosa] hęc gl. vr̃ velle in isto principio, ꝙ hæc substitutio fuerit cõpendiosa, sed j. quasi in medio dicit, ꝙ fuit iudicõmissaria; & hoc, qa Adiecta, q̃ fuit hæres pri. loco instituta, detraxit quartã Trebellianicã in restitutione, quæ sorum detrahitur ex substitutione fideicõmissaria, vt patet Insti. de
4 fideich hær. per totũ. † Sed, vt intelligas mãm, & habeas intellectũ huius c. & c. si pr̃, eo. tit. lib. 6. scias, ꝙ substitutio est secunda, vel uterior institutio. Nã institutio sit de eo, qui in primo gradu est institutus hæres: substitutio sit de eo, qui est substitutus primo loco, secundo, vel tertio, vel ulteriori. Nã testator potest facere plures gradus in testõ. oportet. n. primo necessario, ꝙ instituat hẽ redem, sine quo non est testm̃. §. añ hæredis, Inst. de leg. Si vero vult procedere ad ulteriora, potest. Sed qñq; vult sibi prouidere in casu, in quo hæres non uellet adire, vel alio mõ sibi prouidere, & ob hoc facit substitutionẽ. Et hæc substitutio est duplex, qđã directa, & quædã indirecta. Directa est illa, per quã substitutus capit hæreditatẽ sine facto alterius ex dispositione testatoris; ita ꝙ non oporteat recurrere ad primum hæredẽ, sed adeundo hæreditatem efficitur dominus. l. cum hæres, ff. de acq. poss. Exemplum: Instituo Titiũ hæredem; & si non erit hæres, Sempronius sit hæres, hoc casu nihil detrahitur per primũ hæredem. & idem dicin qualibet directa substit. Nã ex ea non detr. hiẽ aliqua quar
ta per primum hæredem, vt in d. c. si pr̃. vbi veniunt omnia bona ad pauperes directe substitutos sine deductione alicuius quartę. Indirecta seu obliqua est illa, per quã hæreditas capitur per manus primi hæredis; vnde dicitur indirecta, quia immediate non succedit testatori; sed capit de manu alterius; & ex huiusmodi hæreditate capit hæres primo institutus quartã partem totius, quæ appellat Trebellianica ex nomine authoris, qui induxit illã. Exemplum huius fideicommissariæ pone vt in gl. Capitur autem ista quarta. pponera, quæ subijt hæres: vnde, ne frustra sit hæres prouidit ille Trebellius, vt in restitutione possit deducere quartam partem totius; & appellatur ista fideicõmissaria, quia cõmitteba tur olim in totũ fidei primi hæredis. Non. n. cogebatur restituere, sed hodie cogitur, l. pe. Cad Treb. & Inst. de fideich hær. in prin. Hæc eadem appellatur obliqua per rõnem prędictã; qa per obliquum succedit primo testatori, & non directe. Appellatur ẽt ꝑcaria, vt hic in gl. quia fit verbis ꝑcarijs, id est rogatorijs. Exemplũ: Instituo te hæredem, & rogo, vt post mortẽ tuã restituas hæreditatẽ meã Sempronio, vel in eũ tu alterius ꝺitionis, vel ad certum diem, sicut est placitum ipsi testatori. Substitutio directa [b] dicitur in quinq;. Nã quædã pupillaris, alia exemplaris; alia breuiloqua, seu reciproca, quã omissit hic gl. alia est cõpendiosa. Primo. Vulgaris est duplex, quædã expressa, & quædã tacita, & pone exemplũ, vt in gl. & latius habetur in Liã hoc iure, ff. de vulgari, & pupil. substi. & appellatur vulgaris multis respectibus, sed principaliter quia oĩbus patet. Nã quilibet potest substituere illo modo item quia fit per verba scita & vsitata. Hæc aũt vulgaris expirat ex adita hæreditate per primum heredẽ, vt in l. post aditã. alle. in glo. Secunda est pupillaris, quæ fit duntaxat pupillis masculis vsq; ad annos quatuordecim, & fœminis usq; ad duodecim. Nã iura prouiderunt, ut pr̃ possit testari pro filio proprio vsq; ad aduentum pubertatis, non vltra, cum tunc possit filius testari iure proprio. Et in hac requiruntur plura, & inter cętera requiritur, ꝙ pr̃ faciat ẽt sibi testm̃, & ꝙ filius sit sub tãte ipsius, et ꝙ illum instituat hæredem. hinc est, ꝙ tale testm̃ non est propriẽ filij, sed potius paternum, vel pars pr̃ni, vt in d. c. si pr̃, eod. tit. lib. 6. Et exemplũ huius substitutionis pupillaris pone, vt in gl. & in l. 1. de vulg. & pup. Hinc est, ꝙ pr̃ testãdo pro filio, excludit matrem, ubi filius ex se in testãdo, non posset excludere eã, quominus sibi dimittat legitimã. vt in d. c. si pr̃. Et hæc substõ expirat p aduentũ pubertatis, qa vt dixi, maior non põt direcẽ substitui, cum possit facere testm̃, vt in l. in pupillari. ff. de vulg. & pup. Tertia est exemplaris, quæ sit furioso, seu mẽte capto. Et dr̃ exẽplaris, quia fuit inducta ad instar, seu ad exemplũ pupillaris. Nã ea æquitate, qua fuit motum ius ad ꝓcedendum patri, vt possit testari pro filio mente capto, vel furioso, q non valet sibi facere testm̃, vt in l. humanitatis, C. de impu. & alijs subst. plene no. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. Vbi etiã no. nunquid eadẽ rõne possit pr̃ testari pro surdo, muto, & prodigo in casib. in qbus sibi non valent facere testm̃. Et sunt variæ opi. & cõiter tenetur, ꝙ sic, quod mihi placet. † Nã ius singulare æquè extenditur per identitatẽ rõnis, ad hoc c. cũ dilecta, de ꝓfir. vti. vel inut. Quarta ẽt reciproca, seu breuiloqua, quæ fit his verbis: [Filios meos impuberes mihi hæredes instituo, & eos ad istui eem subſtituo.] & hr̃ hoc in d. l. iã hoc iure, & dr̃ breuiloqua, ga sub breuitate verborũ ꝓtinet quatuor substitutiones, duas in ꝑsonas cuiuscunq; filiorũ, s. pupillarẽ & vulgarem. Nã intelligitur, ꝙ si alter non erit hęres, alius succedat, vel si alter decedat intra tps pupillaris, alius erit hæres; & ita eꝫ in persona alterius, vocat reciproca, qa reperitur de vna persona in aliã, vt ꝺixi. Quinta & vlt. est cõpendiosa, & in ista est difficultas, & in hac ꝙsistit intellectus huius c. & c. si pr̃. & multorũ iuriũ ciuiliũ. Et pro intellectu ꝓmitto, ꝙ quædã sunt verba mere directa & ciuilia, vt verbũ [Sit hæres.] vel verbũ [Instituo.] Nã ista de iure dñr mere directa, & ciuilia, quia importãt ex se, vt hæreditas non capiat manu alterius, sed ab ipso testatore immediatè. Quędã sunt verba indirecta, seu obliqua, vt illa Rogo, Volo, Mãdo, vt restituas hæreditatem tali. Nã hæreditas non capietur directe ãmanu testatoris, sed ã primo hęrede. Quędã sunt verba cõia, quę põt trahi ex ꝓprio significatu ad substitutionẽ directã, & in directã, vt est verbũ [Substituo,] vel verbũ [Moriatur tali.] Exemplũ, [Instituo te hæredẽ. & volo, ꝙ si iste hæres meus decedat sine liberis, moriat Sẽpronio.] Nã hoc verbũ põt intelligi directe, & indirecte, vt moriat Sẽpronio. ꝙ Sẽpronius sit hæres meus. vel vt moriat Sempronio. i. ad vtilitatẽ Sẽpronij in effectu ut capiat hæreditatẽ de manu primi hæredis. Idẽ est de uerbo, Succedat, vt hic. Idẽ de uerbo, Accipiat, ut no. Bar. in l. Centurio, ff. de uulg. & pup. His ꝺmissis adueniẽdũ est, ꝙ qñq; cõpendiosa substitutio fit à milite testãte iure mi
16 litari. Qñq; fit a pagano, i. nõ milite. † Primo casu cõiter gl. utriusq; iuris distinxerunt, ut si fit ꝓ uerba directa filio impuberi, si decedat filius intra pubertatẽ, ualeat iure directo quoad bona patris, & bona filij; & sic substitut[a] capiat totã hrditatẽ sine deductione alicuius quartæ. Si uero decedat post pubertatẽ, ualet iure directo in bonis patris priuilegio militari. Sed in bonis filij non procedit substitutio directa, qa in reb. filij non potest pr̃ ẽt miles substituere seu facere testm̃ post pubertatẽ. Iste est rex in d. l. Centurio. Et procedunt hæc fm̃ opin. gl. in d. l. precib. C. de impub. & aliis subst. & in d. l. Centurio, qñ mater filij substituti non est in medio. Si aũt mater uiueret, uoluerũt Glossatores, ꝙ post aduẽtũ pubertatis, obliquet substitutio, quoad ipsa bona materna, & hoc per d. l. precib. fm̃ unum intellectũ. Sed Bar. in d. l. Centurio, sentit ꝙ d. l. precib. procedit qñ substitutio est facta ꝓ uerba cõia, ut sic l. Centurio, remaneat sãlua, & loquatur, qñ fit substitutio per uerba directa. Sed Io. And. non tñ attingendo speciẽ, hunc casum sentit in d. c. si pr̃, in nouel. ꝙ l. precib. loquitur in substitutione per uerba directa. Vnde in gl. sua in d. c. si pr̃, sequitur in hoc theoricã gl. iuris ciuilis præal. Et qa non est propria mã nostra,
c raro fit testm̃ iure militari, qa isti nostri milites [c] non gaudẽt illo priuilegio, cũ non pugnent pro republica, &c. ut in li. C. de iur.
17 & fac. ignio. & ibi notabiliter remitto ad d. l. Cẽturio. † Qñq; hęc substõ cõpendiosa fit à nõ milite, & est casus noster, & sic fit immori-

ADDITIONES.

a Seb. Sap. ¶ Loco legatarij. Vide d. Iaſ. in l. Lucius, col. 11. uer. circa 11. q. ff. de vulg. & pup.

b Zach. ¶ Directa. Adde Old. consi. 141. inci. thema tale est, dominus G. & cõſ. seq. incip. factum tale est, testator habens vxorem, & in practica Papiensi in libel. substitutio. & Pau. de Castr. consi. 35. si bene consideretur.

c Seb. Sap. ¶ Milites. An milites nostri temporis gaudeant priuilegio antiquo, quod habebant milites in testando, uide late per Alex. in d. l. Centurio, col. 3. & 2. & ibi latissime per Mod. repetentes. Pa. de Castr. in l. scriniarios, C. de testa. mil. Rom. in consi. 44. incip. ad primum, in 5. col. & in consi. 56. incip. in præsenti. Are. consi. 12. in princ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

puberi p verba directa. Exemplũ [Instituo hæredẽ filiũ meũ impuberẽ, & qñcũq; decesserit sine liberis filius meꝰ, Sẽpronius sit hæres] & hoc casu cõiter uoluerunt Glossatores iuris ciuilis, & gl. in d. l. si pr̃, & gl. hic in uerbo [Vel substitutionis] q̃ si impubes morit intra tps pupillare, ualet iure directo: uñ substitutus capiet totã hæreditatẽ sine deductione quartæ, ad hoc d. l. si pater. Si vero moritur post tempus pubertatis expirat in totum, per l. in pupillari, & l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupil. Sed Io. And. aliter
18 sentit in d. c. si pater, ut infra ſ. ubi icia. †Qñ q; fit hæc substitutio p uerba cõia. Exemplũ [Instituo filiũ meũ impuberẽ hæredem, & qñcunque decesserit, substituo Sempronũ.] hoc casu gl. iuris ciuilis reperiuntur ꝓtrię. Nam in l. precib. & in l. Cẽturio, præal. uoluit, ut hæc substitõ valeat ſp, vt fideicommissaria. & hoc sentit gl. nostra. Mouetur gl. iuris ciuilis, quia ex quo istud verbum, Substituo, põt trahi ad directam, & indirectã substitutionẽ, & si traheret ad directam, extinguitur per aduentũ pubertatis, ut ſ. dixi: Si vero ad indirectam, valet semper vt fideicommissaria, ergo in dubio debemus capere illum intellectum, f̃m quem ſp ualeat. Ex hoc intellectu infertur, ꝙ si ista Adiecta deceſſisset intra tps pubertatis, potuisset eodem mõ detrahere quartam Trebellianicã, sicut detraxit nunc post aduentum pubertatis. Nã uerbum, Succedat, posſitum hic, non est obliquum, sed cõe. Et hanc theoricã secuta est cõiter glo. in d. c. si pater. Sed alia gl. iuris ciuilis tenuit aliam opin. magis subtilem, videlicet, ꝙ hæc substitutio compendiosa facta per uerbum cõe, valeat iure directo intra tps pubertatis, sed post aduentum pubertatis obliquatur, & ualet iure fideicommissi. Hoc uoluit gl. no. Inſt. de pupil. subſt. in gl. magna, in fi. Et infertur ad intellectum huius c. ꝙ si Adiecta decesſisset intra
19 tempus pubertatis, non potuisset detrahi Trebellianica, quia ualuisset iure directo. †Qñque & tertio fiet hæc substitutio compẽdiosa per verba indirecta, seu obliqua, & tunc in dubio ſp valet vt fideicommissaria. Exemplum [Instituo hęredem filium meũ impuberem, & quandocunque decesserit, uolo, ꝙ restituat hæreditatem Sempronio.] Et hoc casu ſp in restitutione detrahet quarta Trebellianica, ex quo hæreditas capitur de manu ſua, ut
20 in l. cohęredi. §. cum filiæ, ff. de vulg. & pup. †Nouissime superueniens Io. An. in d. c. si pater, in nouella, tenuit, late materiam examinando, ꝙ compendiosa facta impuberi per verba cõia, valet directo iure, si impubes moritur intra tempus pubertatis. Si vero moreretur post pubertatem, ualet iure fideicommissi, & sic detrahitur quarta. Hoc probat ipſe iungendo c. si pater, cũ isto. Nam ibi substitutio fuit facta per verbũ, Moriat, & ualuit iure directo intra tps pubertatis, vt patet. hic aũt fuit facta per uerbum, succedat, qđ non est minus cõe, q̃ moriat, & ualet hoc iure fidei commissi, post aduentũ pubertatis. Cũ ergo hęc duo verba, Moriatur, & succedat, quasi idẽ importẽt, & hoc videlicet iure fideicõmissi, & d. c. si pater, iure directo, ſi tis probat opinio. ſuam, & ex hoc uidetur ſentire, quod si Adiecta decesſisset hic intra tps pubertatis, ualuisset substitutio iure directo, & sic nõ fuisset detracta quarta Trebellianica, qđ ẽt vr placere Bart. in d. l. Centurio. Et ex hoc infero, ꝙ substitutio hic facta, non fuit fideicõmissaria, ut dixit hic gl. in medio, sed potius compendiosa, ut dixit gl. in prin. q̃ recipit intellectum f̃m tps mortis institutæ, qa; ut dixi, si decesſisset intra tempus pubertatis, ualuisset iure directo, post
25 pubertatẽ aũt iure fideicommissi, & hoc, qa sp dẽmus interpretari disp̃onem, ut valeat meliori modo, quo põt. c. Abb. de verb. sign. & in l. quoties, ff. de ver. obl. Ex his ergo inferendum est, ꝙ si in casu c. si pater, decesſisset ille post pubertatẽ, valuisset illa substitutio iure directo. Ex his habes clarũ intellectũ huius c. & c. si
21 pr̃. †Plus dixit Io. And. in d. c. si pater, ꝙ substitutio cõpẽdiosa facta impuberi, ẽt per verba directa, obliquaẽ post aduentũ pubertatis, nõ aũt exstinguitur, prout est cõis opi. legistarũ. h. d. probari in d. l. precib. Nã licet ibi mulier ad Papam narrauerit, ꝙ maritus testõr fuerit miles, nõ fuit testatus iure militari, qđ paret, qa bis ibi põderaẽ, ꝙ filius erat in ptẽ patris, qđ nõ fuit necessarium, si fuisset testatus iure militari. Itẽ ibi ī fi. obliquaẽ subſtõ post aduẽtum pubertatis, qđ nõ procedit in testõ militari, vt in d. l. Centurio. Itẽ & tertio illa lex ponit in ti. cõi, nã ſi ꝓcederet iure militari, fuisset posita in ti. de re mi. Hãc sn̄iam suadet p̃sumpta volũtas testatoris. Bartol. in hoc sentit contrarium, in d. l. Centurio. dicens quod vbi subſtitutio fit per uerba directa ciuilia, nunquam obliquatur per aduentum pubertatis, facit d. l. verbis ciuilibus, & d. l. Centurio. Hanc opinionem Bartoſ. sequitur hic d. Ant. & profecto vr̃ verior de subtilitate iuris, sed de æquitate multũ placet opi. Io. An. pp voluntatem testõris, qui in substitutione retulit se ad oẽ tps. & p̃dicta, ꝓcedunt, nisi substitutio sit geminata, puta, qa testõr dixit, Instituo filiũ meũ impuberẽ, & si, decesserit intra tps pubertatis, uel postea qñcunq;, talis sit hæres. Hoc. n. casu cõis vr̃ opi. ut intra tps pubertatis ualeat iure directo, post pubertatẽ iure fideicõmissi. Et de materia plenissime per Bar. in d. l. Centurio. In gl. in ver. [Est defuncta] ibi, [Instituit eũ.] Vel intellige, ꝙ maritus lucrabit bona vxoris p̃mortuæ iure Longobardo, vt habetur in Lombarda, ti. de succe. in l. fi. Et est Lõbarda, liber, in quo continent leges, quas fecerunt Lõgobardi, qui lõgo tpe regnauerũt in Italia. In gl. in ver. [Vsucapio, ibi, [Actio pſonalis] dic, ꝙ ex testõ competũt plures actiones, ut per ſonalis, hypothecaria, & rei vẽdicatio, & distinguendũ est, vt pe ne no. in l. i. C. cõia de le. In gl. in ver. [Integraliter] ibi, [In morte facta fuit] Idẽ dic ſi in uita, sed gl. põderat tps mortis, ut facilius p
22 ſumaẽ fraus. †No. ex gl. iuncto tex. ꝙ licet testm̃ inofficiosum, in quo. ſ. filius fuit p̃teritus, reuocet in totum p q̃relam inofficiosi. l. filio p̃terito. ff. de iniu. ru. & irri. test. donatio tm̃ inofficiosa non reuocaẽ in totũ, sed solũ respectu legitimæ, q̃ debeẽ iure naturæ.
23 †Scõo no. ꝙ venditio facta de oĩb. bonis in fraudẽ liberorũ, reuocaẽ quoad legitimã debitã liberis, nõ aũt in totũ, sed hoc intellige, q̃n vẽditio fuit vera; licet in fraudẽ filiorũ. Si aũt fuisset simulata, tũc reuocaret in totũ. Et de materia vide p Bar. in l. hr̃ditatẽ, ff. de bo. auth. iud. pos. In gl. in ver. [Quartã partẽ,] in fi. collige et
24 gl. ꝙ quarta, q̃ debeẽ iure institutionis, cũ hr̃ditas est exhaulta legatis, est magis priuilegiata, q̃ quarta Trebellianica, & quarta Trebellianica est magis priuilegiata, q̃ legitima, q̃ debetur filio. Nã ut vides ex gl. in quarta, q̃ debetur iure institutionis, nõ cõputãtur, nisi ea, q̃ obueniũt hæredi iure institutionis, nõ aũt legata ex alio titulo, puenientia. Sed in quarta Treb. cõputãtur non solum ea, q̃ ptinent iure institutionis hæredi, sed oĩa, q̃ puenerunt ex testõ, puta iure legati, vel donationis. Alia vero prouenientia extra testm̃ nõ cõputantur in hac quarta, in legitima vero, quæ debetur filio, nõ solũ cõputanẽ ea, q̃ puenerunt ex testõ, quocũque tit. sed ẽt vndecunq; sint, p̃fecta, vt in iuriba. alle. in gl. & plenissime expeditur materia in l. 4. ff. ad l. Fal. Aduertendum tm̃ circa hoc vltimum. Aut. n. pr̃ donauit in vita aliquid filio ob cãm, puta dotis, uel donationis p̃p nuptias, & illud ꝓtaẽ in legitima ſua, vt in auth. ex test. C. de coll. Aut fuit facta donatio simpliciter, &
2 tunc tenuit, qa fuit facta filio emãcipato, a vel filio in ptẽ tang benemerito. & tunc istud nõ cõputatur in quarta, qa valuit hęc donatio, ac si esset facta extraneo. De quo tm̃ plene dicẽdum est, vt no. in d. aut. ex test. Aut donatio non tenuit in vita, & tunc cõputatur in legitima, ẽt si cõfirmaret morte, de quo dic, vt ple. leg. & no. in l. filium quẽ habentem, C. fa. ercis. Quæ autẽ sit rõ diuersitatis inter istas quartas, cõiter redditur hęc. Legitima filii, p̃ria non prouenit ex voluntate patris, sed ex disp̃one iuris. Nã velit nolit pr̃, oportet ꝙ filius habeat legitimã ſuã: ideo in ista tang debita, cõputantur oĩa bona, quæ sibi profecta sunt a patre, limitando, ut ſ. Quarta vero Treb. debetur p̃p grauamẽ voluntarie iniũctum hæredi a testatore: ideo solum computantur ea, quæ sibi obueniunt ex testõ, & est minus priuilegiata ista, q̃ alia, quæ debetur iure institutionis, ut supra dixi, qa minus grauamẽ subit hæres isto casu, q̃ in alio. Nã restituta hr̃ditate oẽs actiones hereditariæ actiuę & passiuę in eũ, cui fit restõ, transferuntur. l. j. ff. ad Treb. & l. pe. C. eo. In alio vero casu institutus remanet hæres, & subit oĩa onera hæreditaria, ideo hæc quarta est magis priuilegiata. In glos. in ver. [A tempore litis,]in fi. No. glos. & dic, ut pleneno. in l. fideicommi. ff. ad Trebellia. & in d. l. in quartam. Item dic ad tex. secundum Docto. quod hic non computantur fructus percepti ab Adiecta filia testatoris, sed percepti a tutore, & pupillo, & marito. Adiectę post mortem ipſius, & post
25 litem contestatam. † In glos. in verbo, [Legitima] no. hanc glos. ad quam quotidie fit remissio, & in effectu ponit tres opinio. in quæstione satis notabili, an filius rogatus restituere hereditatem, posſit detrahere legitimam iure naturæ debitam, & quartam Trebellianicam? Et prima opinio est, quod posſit, & eam corroborat argumentis usque ad versicu. [Sed do. Iacob.] Abinde ponit secundam opinio. contrariam, vt solum unã deductionẽ facere posſit, licet posſit petere reliq̃, seu dedu cere, quatenus plus est in ea, quam in deductione prius facta, & durat vsque ad versi. [Alij vero uoluerunt.] Abinde usque ad finem ponit tertiam opinio. distinguentem interrogationem pure factam, & eam, quæ fit sub conditione, uel ad certum diem, vt primo casu procedat secunda opinio, in secundo casu procedat prima, & hæc opinio tertia fuit Azo. glossatoris iuris in l. quanquam. C. ad leg. Falc. Tene hanc opinionem tertiam respectu rogationis factæ sub conditione, non autem quando fit ad certum diem, quia ex quo dies restitutionis fiendæ est certa, perinde est, ac si pure fuisset facta. Sed alia gl. in l. Papin. §. meminisse. ff. de inofficiosi. test. sequitur hanc tertiam opinionem, & idem Barto. & Bald. in l. filium quem habentem, prælitteram, & idem Barto. & Bald. in l. filium quem habentem alle. & Docto. Mod. hic, & sic pluries fuit consultum per Bar-
to. &

ADDITIO.

a Seb. Sap. ¶Emancipato. An donata filio emancipato, imputentur in legitima, uide Alex. in consi. 142. inci. circa primum, col. 7. uer. condescendo. Barto. Soc. in consi. 18. inci. præsentis consultationis. col. 3. in 4. par. Corn. Peru. in consi. 64. inci. licet iudicio meo, col. 2. in 1. uolum. Abb. in consi. 116. inci. illud de iure quæritur, col. pe. in 1. uol. Alex. in l. illud. C. de colla. ubi etiã late moder.

1 to. & plures alios Moder. a & satis potest hodie teneri hec opin. vt sic iura ciuilia, quæ videntur discordare dispositioni huius c. & c. R. ay. in aliquo sustentent. Et rõ diuersitatis inter unũ casum & aliũ est, quia in restitutione pure fienda, & de pñti, ꝛcurrunt eodẽ tpe duę deductiones, quas iuris ciuilis regula omnino fieri prohibet, vt in l. in rõne, §. quod vulgo. ff. ad l. Fal. & in l. iubemus, C. ad Treb. & in d. l. filiũ quem habentẽ, cum ſ. Sed in alio casu, q̃n restõ venit fienda sub conditione, vel ad certũ diẽ, istæ deductiones fiunt diuersis tpe, & vt dixi, stãdum est huic opinioni, vt in aliquo seruet regula iuris ciuilis. Nã illa regula circũscripta, & moderata dispositione canonica, maxime c. Raynaldus, ſ. eo. idẽ dicendũ esset in vtroq; casu: nã fortius grauatur filius, q̃n inconsentiens hẽt restituere hæreditatẽ, q̃ q̃n sub conditione, vel ad certũ diem; eũ hoc vltimo casu percipiat interim fructus quos non cõputat in quarta, vt in d. l. iubemus. † Item, vbi duo diuersa iura accedunt eidem personæ, cẽsenda est illa persona iure duorũ, sicut sustinet vices duorũ, vt in l. si consul. ff. de adop. & in c. cũ olim, & ibi dicit, de re iud. Sed in pſulendo nõ esset recedendũ ab illa opi. † Vnum tm̃ not abis, ꝙ quarta Trebellianica non detrahitur per heredem institutũ in re certa, sed per hæredem vlem. Ita ꝓcludit Bal. per l. 1. ff. ad l. Fal. Et intellige hæredem vniuersalẽ non solum illum, q̃ in solidum est institutus hęres, sed ẽt qui in certa quota hæreditatis, sicut videmus in Falcidia, q̃ detrahi potest per hæredem institutũ in dimidia, vt probat in c. Raynaldus, in fi. ſ. e. † Itẽ notabis hãc gl. circa mediũ in eo, quod dicit, ꝙ filius institutus à patre, cepit ẽt legitimã ſuã iure institutionis, & non vt debitum. Ni fici: hoc ad q. nunquid filius institutus hæres à patre, posſit repudiare hæreditatem paternã, retenta sibi legitima? Et dicendum, ꝙ non: qa cum in legitima fuerit ẽt institutus, non potest p̃ repudiare, & pro parte acceptare. Et hãc opi. notãter tenet Bar. in l. gerit, ff. de acquir. hære. & Bal. in l. vnica, q̃n non peten. 2 to, quia non potest ex parte agnoscere hæreditatẽ paternã, & p̃ parte abstinere, arg. in l. 1 §. si ex fundo. ff. de hęr. instit. & hoc no. ¶ Vltimo no. hãc gl. in eo, quod dicit, ꝙ licet legitima sit debita filiorum tm̃ adeo est debita, vt cõpetat filio actio p̃ patrẽ. & intelligẽ gl. in vita patris, quia ita loquitur. Nam filius non potest in vita patris sui petere legitimam, quinimmo plus dicit Bald. in auth. si qua. C. de sacrosanct. eccl. ꝙ patre ingrediente religionem, non potest filius petere legitimam à monasterio in vita ipſius, ꝙ vr̃ prima fronte ꝓra casum c. cũ scimus ſ. de reg. vbi hoc vide.

ADDITIO.

1 ¶Moderniores. Istam opi. ponunt etiam glo. Iaco. Butr. Bar. & Bal. in l. quanquam. C. ad l. Falc. Et dicunt omnes isti hanc opi. de co ſuetudine seruari, cum aliis glo. adductis per Barto. & alios in locis hic alleg. Et ista opin. est approbata per Canonist. hic per istum tex. & per c. Raynal. inf. eo. & licet per Cy. & nonnulli aliq; contradixerint in illa l. quanquam & in locis infra all. tamen habemus regulam, ꝙ quando aliquid est dubium de iure ciuili, si reperitur casus clarus, de iure can. prout hic, ſtamus iuri canonico, etiam in foro ciuili, vt no. in c. 1. & 2. de ope. no. nunc. gl. & Doc. in c. per veneram, qui fi. sint leg. & in c. licet ex suscepto. de foro comp. & Bar. in l. prima. C. de sacrosanct. eccl. Eandem distin. tenet Ia. de Bel. in §. quamobrem, in 2. vbi est bo tex. in Auth. de rest. & ea, quæ notat Dyn. & Barto. in l. 1. Sillud. ff. si cui plusquam per l. Fal. Iac. Butr. & Bal. in auth. res quæ. per illũ tex. C. commu. de lega. Bal. in d. l. iubemus, C. ad Trebel. & l. scimus, in prin. C. de inoffic. test. Ang. & Imo. in Li ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. Fal. & ibi dicit Ang. quod ista opin. est communis & approbata, & ꝙ de consuetudine tenetur. Idem tenet Ang. in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pup. & fi. Ang. dicit hanc opin. esse approbatam in scholis, & in iudicijs. Idem tenet Cyn. Jac. ibi multum arguit ad partes pro & contra. & in consi. 205. incip. prima dubitatio, vbi pulchras rationes facit pro & contra. & in consi. 183. incip. factum tale est, testator. &c. & plene Alexan. de Imo. in consi. 184. incip. circa primam dubitationem, & in 2. dubio, in 2. vol. Sed contra istam communem opin. est tex. ineuitabilis, quem originaliter ibi ponerat Odo. in l. filium quem habentem. C. fam. ercis. vbi filius non erat gratus per fideicommissum pure, sed sub conditione, & tamen non detrahit duas quartas, sed vnam solam, scilicet Trebellianicam, quod patet, quia completa quarta Trebellianica, residuum quod habet, reddere compellitur, quod non esset, si posset etiam quartam legitimam habere. Et ꝙ ista cõmunis opin. sit falsa, ultra Odo. in d. l. filium, firmat etiam Bald. ibi in 10. & 11. colum. & vnum verbum in 1. col. in 4. no. & ita etiam tenet Paul. de Cast. & in d. l. quanquam. Et ꝙ ista opi. sit de iure falsa, tamen de consuetudine est approbata, & tenenda, dicit expresse Bar. in d. l. meminisse, hic alle. p quem C. ad Treb. Sed postquam de consuetudine seruatur, vt omnes dicunt, & approbatur per istum tex. frustra est disputare. Et tenendo istam communem concl. consuetudine approbatam, ꝙ filius grauatus fideicommissum non pure, sed in diem, vel sub conditione, detrahat duas quartas, limita 2 tio non procedat in filijs, & sic descendentibus. Econtra autem, si moriatur filius sub conditione, certe illi non detrahent duas quartas, ex quo in ascendentibus non reperitur hoc immutatũ, prout reperitur in descendẽtib. vt dicitur, sing. limitat Bald. in l. si a milite, §. patri. ff. de testam. mil. non tamen expresse firmat, sed super hoc reliquit cogitandum, quod confirmari pot per quatuor optima similia. Primo per illud, quod vult sing. Bart. in l. non dubium, per illũ tex. ff. si quis à pa. fue ma. vbi sing. vult, ꝙ licet quãdo pater alienat bona in fraudem filiorum, possint filij reuocare alienata vsque ad legitimam eorum, quando ille, in quem alienauit, fuit fraudis particeps; tamen contra, si filius alienaret in fraudem patris, nam reuocare non potest pa
3 tre vsque ad legitimam suam postquam in patre istud non reperitur ex-
presse statutum. Secundo confirmo per aliud simile, Nam licet valeat testamentum imperfectum conditum a patre inter liberos, l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. l. fi. C. fam. ercis. tamen econtra testamentũ filij inter patrem, vel alios ascendentes imperfectum non valet. Ita sing. firmat Spec. in tit. de instrum. edi. §. compendiosè. in uer. quid si filius. Bald. & Sal. in l. fi. C. fam. ercis. Bald. in d. l. hac consultissima, §. fi. per illum tex. & in l. si qua illustris, C. ad Orfi. & d. Alex. de Imo. in d. §. ex imperfecto. Tertio confirmo per aliud optimum simile, nam licet filij & alij descendentes, quando succedunt ascendentibus teneantur inter se bona conferre, per totum tit. ff. de col. bo. & C. de colla. tamen econtra, quando ascendentes succedunt filijs vel alijs descendentibus non tenentur conferre, ex quo in eis non reperitur statutum. ita sing. Bal. & do. Ale. de Imo. in l. si emancipati, C. de collatio. Quarto confirmo per aliud simile. Nam licet hæreditas ascendẽtium tam ex linea paterna, quam materna non adita, tranſmittatur ad descendẽtes propter coniunctionem sanguinis, l. 1. C. de his qui ante apert. tab. tamen secus est econtra, si moriatur descendens, puta filius, vel nepos: hæreditas enim non adita trãſmitteretur ad ascendentes. Et sic illa l. 1. non habet locum econtra. & per Barto. & alios omnes ibi reprobatur gl. ibi, & per omnes in l. ventre, vbi late Ang. & Imo. ff. de acquir. hæred. & Sal. in l. apud hostes, C. de iuis & legit. Bald. in l. cum antiquioribus, in vlt. col. C. de iure delib. & in l. a. C. ad Orfi. faciunt no. in l. fi infanti. C. de iure delib. Secundo limita istam communem conclu. cano. & leg. consuetudine obseruatam, vt filius institutus & grauatus de restituendo, possit detrahere duas quartas, vt non procedat in filio instituto in re certa grauato de restituendo sub conditione. Nam iste legitimam solum detrahit, & non duas quartas. Ratio, quia non est hæres vniuersalis. l. lex Falcidia §. nunquam, ff. ad l. Fal. secundũ Pan. hic in ver. vnum tamen notabis, alleg. Bal. ita consuluisse. Sed tu adde Bal. in l. filium, quem. C. fam. ercis. in 11. col. qui dicit se ita sæpe consuluisse. Tertio limita singulariter, quando pater grauasset filium fideicommisso sub conditione, deinde adiecit, ꝙ eueniente die fideicommissi, vult, ꝙ totam hereditatem restituat, & ꝙ Trebellianicam etiam computet in legitimam, q̃ habuit. Isto casu testator intelligitur dispositisse, ꝙ vnam tantum quartam detrahat, scilicet legitimam, & non Trebellianicam, quod facere potest, p tex. valde no. in fi. in l. fi debitor, ff. ad l. Fal. per quem tex. idem Bald. in d. l. filium, in 11. colum. no. quod testator potest aliquando alterare dispositionem iuris circa Trebellianicam, nec per hoc intelligitur pater grauare filium in legitima, quod non posset, homo modo, & l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. (sed grauat eum in Trebell. quod potest, maxime hodie retenta sententia magis communi, quæ habet, ꝙ testator potest hodie prohibere in totum Trebell. sicut Falc. vt per Bar. & alios in l. Marcellus, in princ. cum aliis concord. ff. ad Trebell. Istam fallentiam in specie ponit Bal. in d. l. quoniam. in fi. C. de inoff. testam. reputans eam multum no. & dicens, ꝙ eam posuit Dy. & quidam do. Bar. de Pra. Idem tenent Dyn. Ray. Nicol. de Neapo. Imo. & Raph. Cum. in l. Lucius, §. maritus, ff. ad Trebell. Dy. Nicol. de Neap. & do. Alex. in d. l. debitor, per illum tex. ff. ad leg. Falc.

SVMMARIVM.

1 *Executores testamẽtorum possunt compelli ab Episcopo ad exequẽdas pias voluntates testatorum, etiam quod testator hoc prohibuerit.* 5.
2 *Executores testamentorum possunt esse tam laici, quam clerici, exceptis fratribus minoribus.*
Fœmina potest deputari executrix testamentorum.
3 *Executores testamentorũ, an Epi debeãt distribuere male ablata testatoris.*
4 *Executores testamentorum non possunt commutare vsum destinatum per testatorem, etiam in meliorem vsum, etiam ex consensu Episcopi.*
6 *Testator quo casu potest prohibere, ne episcopus impediat se in executione testamenti ipsius testatoris.*
7 *Testator vsurarius, qui pro male ablatis & extortis reliquit mille, si post suam mortem non apparent debentes recipere tantam quantitatem, residuum conuertitur in alios pios vsus.*
Relicta ad certos pios usus, si i illos nõ possunt cõuerti, cõuertũtur in alios.
8 *Episcopus potest se impedire, etiã vt exequatur relicta ad non pias causas.*

CAP. XVII.

1 Tuanobis, †Episcopus compellit fideicõmissarios, seu executores testamenti ad exequendas pias uoluntates defunctorum; ẽt si testator hoc interdixisset. Cõis diuisio. Scda, ibi [Cũ igit] Casus lit. Quidã in vltima uoluntate suã pecuniã, & alia bona relinquunt expendenda ad pias cãs; & ad hoc faciendũ deputãt tã religiosos, q̃ clericos seculares, & ẽt laicos executores. Isti cũ deberent bona p̃dicta in pios usus expendere, aliis vsibus ꝫ uoluntatem testatoris applicare p̃sumunt. Significatũ fuit d. Pape. Cum igitur eꝑi loco rũ debeãt prouidere, ut pię uoluntates defunctorũ adimpleãtur, ẽt si testator illud ꝓhibeat, mãdat episcopo Nouien. quatenus cõpellat executores huiusmodi testamẽtorũ, ut bona ipſa fideliter, & plenarie in pias
2 cãs expendant f̃m uoluntatem defuncti. Ber. † No. 1. ꝙ religiosi & clerici seculares, ac laici possunt deputari executores testamẽtorum. Et in religiosis dic, ut habetur in c. 2. ſ. eo. tit. lib. 6. Excipe
a tñ Fratres Minores, a quibus hoc officiũ est interdictũ, ut in cle. exiui, de uerb. sig. & dic, ut ibi. Nunquid aũt possunt isti mixtim deputari executores? Io. An. in c. Ioannes, ſ. eo. dicit, ꝙ sic, & ibi plenius de hoc. An aũt fœmina possit esse executrix, uide per Io. An. in d. c. 2. ſ. eo. tit. lib. 6. & aliàs fuit ꝓsultum, ꝙ non. Contrariũ sentit Bal. quia non cõparet mulier tanq̃ procuratrix, sed intẽtat

actiones

ADDITIO.

a Seb. Sap. ¶ Fratres Minores. Vide Felin. in c. fi col. 11. verſ. est verum, ꝙ do. Ant. supra de const. ubi dicit, ꝙ licet Guardianus S. Fracisci non possit esse executor testamẽ. si tñ nullo opponente executus fuerit, valebit executio, immo, si acceptat executionẽ, & executus fit, valet executio licet accepta re nõ potuisset, ut ꝓ Fel. in c. decernimus, col. 2. ver. & dic, ꝙ Inn. 3. de iudi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

actiones nomine proprio, de quo per eũ in l. quod pauper bus.
3 & l. si qs ad declinandã, C. de epis. & cler. † No. 2. ꝙ legata ad pias cãs, distribuuntur per eũ, quem testator deputauit, sed in restitutione male ablatorum est dubiũ. Nam quidam uolunt, ꝙ indifferenter teneatur eps illa distribuere. De quo in c. cum sit, ℑ. de
4 iud. & in d. c. hæredes. ℑ. eo. ti. † No. ibi. [Aliis vsibus] ꝙ executores non possunt commutare vsum destinatum per testorem. Nunquid aũt consensu epi possunt commutare in meliorem vsum, pulchra est qõ, de quo uide per Io. de Lig. in cle. quia contingit. de reli. do. Et placet mihi opi. ꝙ nõ, ex quo põt deputari ad vsum destinatum, nam iura solum excipiunt Principis authoritatẽ, vt in d. cle. qa ꝓtingit. & facit l. legatum. ff. de vsufr. lega. cũ ibi no. &
5 vide quod dixi in c. nos. ℑ. eo. † Vlterius no. ꝙ voluntis defuncti [a]
a oĩno est adimplẽda, nisi sit irrationabilis, & pp irrationabilitatẽ nõ valet iterdictio testoris, vt eps nõ impediat se ℑ executores, nã quẽadmodũ ipse testor male agẽdo nõ põt se subtrahere a foro epi, ita nõ põt subtrahere suos executores in officio male agẽtes.
6 † Sed circa p̃dicta q̃ro. q. d si testor mandauit, ut eps nõ impediret se de executione. Diceres tu. Hic vr tex. pro decisione qõ. Sed certe, si ponderabis, text. non decidit q. proposita. Solum n. probat, ꝙ eps põt cõpellere executores, non obstãte prohibitione testoris, nõ aũt dicit, ꝙ possit realiter exequi, assũmendo officiũ executoris ℑ volũtatẽ testoris. Et in hoc putarẽ, ꝙ aut testor ꝓi dit sibi de alio executore in casu negligẽtiæ primi, & nõ succedit eps ĩ executione, ar. ĩ. l. nulli, & in l. si qs ad declinãdã, C. de epi. & cle. Aut testator solũ prohibuit epm, ne deberet exequi, nec ꝓi dit sibi de alio executore, & tunc puto, ꝙ saltẽ in relictis ad pias cãs eps succedit, non obstãte, phibitione testoris, ad hoc bo. tex. in Auth. de eccle. ti. in §. si quis aũt ꝓ redemptione, cum duobus
7 seq. † Vlt. quærit de quotidiana q. Testator mandauit centum di stribui ꝙ male ablatis. demũ post testoris mortẽ mala ablata reperta non ascẽdunt ad tantã summam. Quid fiet de residuo? an debeat cedere lucro hæredis, quemadmodũ, qñ deficit aliud legatũ. ut in l. si quis Titio, ff. de leg. ij. Et vr primo ꝙ debeat cedere hæredi, qa expressio causæ, limitat legatum, vt in l. fin. fi. de au. & arg. le, la. de Arc. in quodã tracta. executorũ, vt refert & seq. Bald. in d. l. si quis ad declinandam, distinguit, ꝙ aut testor prohibuit in alium casum dictã quãtitatẽ expendi, & cedit hæredi. Aut sim pliciter disponit, & dẽt distribui inter pauperes, arg. in d. l. legatum. quasi velit, ꝙ sicut legatum in pium usum ꝓuertitur in aliũ,
1 ſm quemlibet intellectum. Et primo sic: †Valet testm ad pias cãs conditum per verba enunciatiua ẽt propter aliud prolata, quãquã successio, seu testatio veniat ad ex clusionem alterius ecclesiæ. Vel aliter ſm alium intellectum: Per vnum testem de veritate, & per ↄfessionem, ẽt incidenter factã, probatur oblatio quoad effectum ↄsequendi bona oblata. Diuiditur hoc c. in quatuor partes. In prima parte ponitur factum decisum. In secunda motiuum Papæ ad sententiã. In tertia allegatio ẽpi diffinientis. In quarta diffinitiue cõmissio. Secunda ibi, [Sufficienter.] Tertia ibi, [Quia vero] Quarta ibi, [Nos] Casus liter. Archipresbyter de Alerio se, & sua obtulit monasterio de Brusia, tãdem dum ageret in extremis, voluntatem vltimã exprimendo asseruit se, & sua monasterio ↄtulisse, & sic decessit. Eps Heduen. diœce. eius occupauit quædã bona ipsius Archipresbyteri, & ẽt quædam bona monasterij; vnde super bonis istis cã commissa fuit iudicibus, coram quibus petebat Abbas de Brusia monasterio suo restitui quid eps de bonis Archipresbyteri, aut ẽt monasterij occupauerat; & econuerso petebat Episcopus sibi restitui nomine parochialis ecclesiæ (cuius ille fuerat archipresbyter) quicquid de bonis dicti archipresbyteri monasterij detinebat. Ad probandã intentionẽ suã Abbas testes induxit. tandẽ cã delata est ad Papã, ip se vero examinato negotio diligenter, intellexit esse probatum, q archipresbyter, dum ageret in extremis, voluntatẽ vltimã exprimendo, asseruit, se, & sua monaste. ↄtulisse, & cum requisitus fuisset, vt ↄderet testm, rndit se nõ posse testari; quia se, & sua deserat monaste. & unus de testibus dixit se uidisse, qñ se, & sua obtulit monast. & alij testes dicebant audiuisse ipsum archipresbyterũ in præsentia Abbatis ↄfitentẽ, quod prædictũ est, adiuuantes plurimũ assertionem Abbatis, non tanꝫ probarent sufficienter, sed tanꝫ uehemens adminiculũ præstabãt. Sed quia ex aduersa pars Epi asserebat, q dictus archipsbyter in extremis ages, alienatus erat à mente, uñ non ualuit, q dicebat: Papa cãm ipsam cõmisit sub hac forma, q nisi eps probauerit archipresbyterũ non fuisse sanæ mentis, cũ ultimã uoluntatẽ expresſit, imponatur ei silentium super impetitione monasterij, & cõpellatur restituere monasterio quicquid occupauit de bonis illius archipresbyteri, aut ẽt monasterij. Si uero probauerit illũ alienata mente dixisse, ꝑ dicta, ↄdemnet monasterium ad faciendum Epo restitutionem nomine parochialis ecclesiæ, omnium bonorum, quæ fuerant ipsius

ipsius archipresbyteri; cũ ipse archipresbyter ab intestato decesserit, nec habuerit consanguineos, & ipsi monaste. silentium imponatur. B. † No. 2. iuncta glo. 1. q. 1 quis potest se, & sua dedicare monasti. absque eo, quod efficiatur monachus, & talis potest dici obiturus; & est quasi seruus monasterij. Vide ad hoc quod no. in cap. vlt. ex. 27. q. 1. facit clemen. 1. de deci. in fi. Nunquid aũt a in hac dedicatione veniant bona futura ꝑdicta gl. sentit, q sic, & ibi vide per Archidia. Secus dic, si talis dedicatio fieret ecclesiæ seculari. Nam obtinet vires, ſm qualitatem ecclesiæ, cui fit, & hæc faciunt pro dicto Bart. in l. fi. C. de pact. vbi voluit singula. q absque eo, q quis dedisset se, potest omnia sua præsentia, & futura dare ecclesiæ. Nam si potest dare se & sua, vt hic; fortius omnia bona sine se, & facit quod ipse not. in auth. ingressi, C. de sacrosc. eccle. & hoc no. † Secundo no. quod Abbas potest agere nomine monasterij sui absque mandato capituli, de quo in cap. edoceri, supra de rescr. † No. tertio ibi, [In extremis b agens] q actus dependens a mera uolũtate, potest exerceri a laborãte in extremis. Satis enim est, q sit sanus mente, a qua dependet validitas actus. Et ex hoc, & ex textu no. q tam contractus, quam confessio, possunt fieri in extremis, & in vltima voluntate, ad hoc c. quamquam, de vsur. li. 6. & in hæredes palam, in fi. ff. de testamen. Item no. quod vnus testis nõ probat oblationem, seu professionem alicuius. Vnde sicut in prouisis, ita in ſpiritualibus, testis non sufficit ad probationem, ad hoc c. licet vniuersis, de testib. † No. ibi, [In præsentia Abbatis] q confessio dr fieri in præsentia partis, c ẽt si pars accidentaliter est ibi reperta, quamquam expresse ipse nõ acceptauerit ꝑfessionem 5 &c. & in hoc tene mẽti istum textum. Item facit iste textus optime in ar. quod confessio, ẽt declaratoria actus præteriti, requirit 6 præsentiam d partis ad sui validitatem; licet fiat extra iudicium. facit ad ea, quæ no. in c. fi. de confess. & in l. certum. §. si quis absentem. ff. eo. & in l. gñ liter, C. de non nu. pecu. † No. ibi, [Vehemẽter adminiculantes] tex. optimum ſm vnum intellectum, q vnus testis de veritate, plene probat cum ꝑfessione extra iudicium facta, super existentia actus; licet confessio sit incidẽter facta. Et per hoc decendum, q si per vnum testem probo, q tibi mutuauit decem, 7 per alios probo, q fuisti confessus mutuum; licet incidenter; istæ eiusmodi semiplenæ probationes, debent coniungi, & plene c probant mutuum; quãquã actor fundauerit se super mutuo, & non super confessione. † No. q verba enunciatiua prolata ꝓ aliud inducũt dispositionem in vltima voluntate, ex quo indirecte ex verbis potest elici mens testari volentis, & hoc colligitur ſm alium intellectum. hoc tñ declara, vt infra dicam. † Itẽ no. q furiosus, ſ seu mentecaptus, non potest testari ẽt ad pias causas, & hoc quia nõ habet iudicium intellectus, a quo dependet validitas testamẽti. † Itẽ no. q etiam in extremis præsumitur quis sanæ mentis, vnde asserẽs 9 q. in eum incũbit onus probandi. Nã, vt hic vides, Eps habet probare q archipresbyter non erat mentis compos qñ illa verba protulit in extremis. Facit c. Ravnutius, sup. titu. proxi. vbi testator erat in extremis constitutus. Item no. q in causa contentionis, & recontentionis possunt produci duo libelli contrarij, de quo per me in c. cum cõtingat, de offi. deleg. & facit c. licet, de prob. † No. 8 [Nomine parochialis ecclesiæ. q Eps potest in iudicio contẽtam petendo, q̃ defendendo nomine ecclesiæ inferioris sibi subiectæ; & ad hoc quotidie allegaꝫ iste tex. & clarius tenet hoc Host. dicens, q non solum potest eps, vacante ecclesia inferiori, vt 10 hæ vacabat; sed etiam si ecclesia haberet suum rectorem. Nã Eps est prælatus omnium ecclesiarum diœcesis, & prædominator in 11 tãtis. 10. q. 1. in c. regenda, & in c. nouerint. 16. q. 7. c. omnes basilicæ. Nec mirum: nam & prælati inferiores agunt pro ecclesiis sibi subiectis, vt in cap. 1. de rescrip. in clem. 1. & in c. ex transmissa, de præscrip. Quis autem sit præferendus, si concurrat prælatus superior, & immediatus, plene tetigi post Doct. in cap. cum deputatus, de iudic. † Vlti. no. ibi, [Monasterium condemnetur, &c.] q licet prælatus sit in iudicio nomine ecclesiæ suæ, tamen verba sniæ 12 ꝓpositiua, possunt conferri in ecclesiam. ex quo inferri põt q licet syndicus fuerit in iudicio, põt tñ condemnari vniuersitas, seu ecclesia, & non syndicus; ad hoc c. licet, de probatio. quod procedit etiam de iure ciuili iuxta no. per Bar. in l. stipulatio. §. fi stipulatio. ff. de verbo. oblig. † Opp. contra tex. vr enim ↄrietatem, & abbreuiatam in multis continere. Primo, quia, ex quo iste archipresbyter dilucida voce fuerit confessus in præsentia Abbatis, q ipse & sua obtulerat monasterio, hæc sola confessio actus præteriti declaratoria, debuit sufficere ad probandum eum esse oblatum, etiam standum sit confessioni alicuius ↄse. 14. q. 3. in prin. & in c. pro testes. de proba. & de confes. per totũ. Ergo male dicit litera, q isti testes sufficienter non probant intentionem Abbatis. Item videtur ex ↄrius in ver. sufficienter, vbi dicitur, q sufficienter fuit probatum. Nam de significatu huius verbi, sufficienter, est, vt nihil aliud requiratur, vt no. gl. in c. statutum, de rescri. li. 6. in prin. Itẽ per verba indirecta etiam enunciatiua actus præteriti, inducitur 13 tãm, vt in l. ex hac scriptura, ff. de dona. vbi dr, q si quis dixit, talẽ se donasti Sẽpronio, ex hoc, pbat, q voluit donare Sẽpronio: vnde capit illa vt legatarius. Cũ ergo archipresbyter hic dicit, q se & sua contulerat monasterio in præsentia testium, hæc verba debẽt sufficere ad efficiendam voluntatem ipsius, q indirecte voluerit monasterium hæredem facere. Cuius ↄrium innuit iste tex. cum dicit, q illi testes sufficienter non probant. Sol. pp hæc, & multa alia contraria, quæ possunt fieri ad istam literam gl. hic multum inuoluũt intellectum huius c. & difficiliores sunt gl. & magis ↄtrariæ q̃ tex. Et hæc difficultas oritur, qa varii intellectus possunt ex litera elici, & glo. qñque fundat se super vno, & qñque super alio. Sed non instando super verbis gl. vt clare habeas materiam huius c. scias, q duo sunt intellectus prin. huius c. † Primus, Abbas fundauit se super illa ꝑfessione tanꝫ super vltima voluntate, quasi p illa verba, Nõ posse testari, & c. uoluerit indirecte monasterium facere hæredem, & ex hoc capite obtinuit Abbas. Hunc intellectum aperte sentit gl. 3. & fuit additio tpe Inn. facta. Nã Inn. sentit primo hãc lec. Et ad tex. dũ dicit, q vehemẽter testes adminiculabãtur, rndet q huic ꝑsumptioni statur, quasi velit tex. q illa ꝑfessio aperte nõ probet uoluntatẽ ultimã, seu testamenti factionem;

ADDITIONES.

a Seb. Sap. ¶ Nunquid autem. Vide late per do. Marian. Soci. in tracta. oblationum. in 6. libello.

b ¶ In extremis. Adde concor. tex. in l. quoniam indignum, C. de test. vbi est tex. valde solẽnis, quod qui laborat in extremis, dato q sibi lingua ingrossetur, dato q incipiat balbutire, tamen potest facere testamentum, & notarius potest licite illud scribere. ad idem facit tex. in l. Pamphilo. §. propofirum, in ver. discrimine vitæ, &c. ff. de leg. 3. & tex. in l. si pater. ¶ fi. in ver. extrema valetudine, ff. de fideicom. libe. & tex. in c. Raynu. in ver. in extremis posito, & in c. nos quidem, in versi. de hac luce migrante, supra de testi. Intellige tamen sane, secundum tex. in l. iubemus, in uer. nam qui articulate loqui non potest, mortuo similis est. C. de testam. ubi Barto. & alij no. Et dicit Barto. q uidit de facto Ang. & Imo. in l. in aduersa, ff. de test. Ang. in l. in fraudem. §. sicut. ff. de test. mil. & Lud. Roma. consi. 206. incl. proposita consultatio hoc solum quærit. & no. d. Alex. Imo. consi. 318. incip. ponderatis uerbis ultimi testamenti, in 3. col. & Ang. de Are. Institu. de testa. in prin. Alibi dicit glo. in c. 1. in uer. mutus, in titu. Episcopum, uel Abba. in feu. q quilibet in articulo mortis efficitur mutus. Vnum etiam adde, q quamuis laborans in extremis possit exercere actus dependentes a mera uoluntate, tamen si pater esset constitutus in extremo uitæ, & filius tunc acquireret qui censetur eadem persona §. ei qui, Insti. de inut. stip. non acquireret patri, tex. est de hoc no. in l. 6. ad fi. C. de bo. quæ lib. per quem tex. ita dicit A bo. in l. fi. C. de cond. insti. & do. Frã. de Are. in consi. 156. inci. in præsenti con u'tatione uidendum est, in 6. col. &c. Quod est no. ad limita. I placet, ff. de acqui. hære. cum fim. Alibi tamen tenuit Bal. in l. fi. in prin. in ulti. colum. C. de bo. quæ libe. quod si fit delata alij quã hæreditas, uel successio filiofamilias, & talis filius familias laboret in extremis uitæ, quod tamen pater eius nomine ꝑfessionis in illo instanti adire hæreditatem, & etiam agnoscere bo. pos. Sed in hoc ultimo male dicit, & reprehenditur per Ful. & Modern. ibi, dic tu melius, ut per Barto. in l. fi. in 2. colum ad fi. & seq. ff. de cond insti.

Ant. Fran. ¶ An constitutus in extremis possit testari? dicas, quod si est sanæ mentis, quamuis sit balbutientis linguæ, neque sit alias impeditus, potest facere testamentum, uide tex. in l. hac consultissima, §. at cum humana fragilitas, C. qui testa. face. pos. Non enim attenditur in testamentis conficiendis, nisi sanitas mentis, vt in l. fenium, C. qui test. fa. pos. Et ad hoc multum debet aduertere notarius, qui abhibetur ad confectionem testi, propter quod testes adhibiti, non solum debent rogari ab ipso notario, sed etiam ore proprio testantis, ad finem & effectum, ut uideant testes, an articulate loquatur, nec ne, & an sit boni ſonſus, uel non, ut in l. hac consultissima. C. de testa. Et utrum existens in extremis possit matrimonium contrahere. ita, ut ex eo fili legitimentur, plene traditur per Ioan. And. d. Card. & scribentes in cap. tanta, & in c. per uenerabilem, qui fi. sint leg.

c Seb. Sap. ¶ In præsentia partis. An requiratur, q confessio facta in præsentia partis acceptetur, uide relata per d. Ia. in l. post quam liti, C. de pac.

d ¶ Præsentiam. Fallit si fit iurata, quia in quibusdam ad ualiditatem confessionis, requiritur ꝑsentia partis, si fit iurata, non requiritur præsentia, ut per d. Ant. & Bal. in l. uis e us, alias in l. fciant. C. de proba. quod intellige de iure cano. nam de iure ciuili contrarium est uerum. Casus est singu. in 1. tertia. §. si quis absente, uer. quia nec qui iurat. ff. de confe. Sed tu uide quod late scribit Imo. in repeti. cap. cum contingat, in 3 a. char. in 2. colum. de iureiur.

e ¶ Et plene. Bal. uero per istum tex. dixit no. in auth. rogati. C. de testi. q ad probationem debiti in scriptis contracti, ad quam requiruntur quinque testes, ut in l. testium, C. eo. produco duos testes deponentes super confessione solutionis, q isti testes non plene probant, sed uehementer adminiculantur, per istum tex. Et sic uult Bal. q duæ probationes diuersi generis coniungun tur, non plene probent: sed ut uehementem præsumptionem faciant, de quo uide h c per d. Ant.

Ant. Fran. Ad ista, quæ hic de confessione iurata dicuntur, dicas quod confessio etiam iurata, quæ potest referri ad bonum, & ad malum, est retorquẽda ad malũ cõtra confessum, tex. est sing. secundum d. Abb. in cap. cum uile cti, de cau. pos. & propri. Et adde, quod confessio etiam iurata in fauorem incapacis facta, non ualet. l. cum quis, §. Titia, & ibi per Bar. ff. de leg. 3. & per Bal. in l. generaliter, C. de non num. pecu. & vide Barto. & gl. in l. qui testamẽtum, ff. de proba. & vide Lanfran. de Ori. in c. quoniam contra, in uer. confessione, de proba. Et adde, quod confessio iurata per metum facta, non valet. l. nec si uolens, C. de lib. cau. & habetur per Bal. in 1. a. in ulti. col. in uer. quæro, quid si per metum iurauit, C. quod me. cau. & uide Barto. in l. fi. in 2. colum. uer. item no. C. de fideicom. Et an possit confessio iurata reuocari, uide etiam Bal. in 1. in 6. colum. C. de inoffi. dona. & Barro. in l. cum quis Titio. ff. de leg. 3. ubi dicunt, quod non potest reuocari. Tamen Ioan And. in addi. Specu. in rub. de do. inter uir. & uxo. dicit illam posse reuocari tanquam falsam; etiam si fit iurata. De quo satis dubitandum est propter inconclum iuramenti, per ea, quæ habentur in cap. cum contingat, & in cap. debitores, de iureiur. & in auth. sacramenta puberum, C. si aduer. uend.

f Seb. Sap. ¶ Iuriosus. Idem concludit dom. Ia. in l. furiosum, C. qui test. fa. pos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nē; sed vehemēter p̄sumebaṫ. Cui p̄sumptioni tanquā violentæ
stat̄ur, nisi probetur cōtrarium; & ideo onus probandi, q̄ mente
alienata dixit illa verba, incumbit Eр̄o. Hanc etiam lect. sequunt̄
14 hic Ioā. And. & Host. † Sed ō hanc lect. fortiter opponam. Verba
a enunciatiua,[a] prolata pp aliud, non inducunt dispositionem; vt
est tex. in c. si papa, de priuile. lib. 6. Nam licet papa in rescripto de
legatario incidenter asserat aliquem esse exemptum, per hæc ver
ba enunciatiua non probatur exemptio; quia illa verba nō sunt
prolata principaliter super exemptione. Ad idem l. non nudis, &
l. in epistolis, C. de proba. vbi patet, q̄ verba, quæ enunciantur ad
alium finem, dñr nuda, ita q̄ non probatur enunciatum'. Sed hic
ista verba fuerunt prolata pp aliud, quia Archipresbyter fuit re
quisitus, vtrum vellet testari, & ipse ut satisfaceret requisitioni, di
xit, q̄ non poterat testari, quia donauerat se, & sua monasterio; 18
& sic hæc verba fuerunt indirectè prolata, non animo condendi
testū, sed animo satisfaciendi requisitioni. Nec obst. l. ex hac scri
ptura, quia ibi verba enunciatiua fuerunt prolata principaliter
pp se, & non pp aliud; quia ibi testator dixit sponte, sciant hære- 19
des mei, q̄ vestes meas donaui libertis meis; ideo non immerito
inducunt legatum, quod non fuit in casu nostro. Sed saluādo p̄
missum intellectum potest dici, q̄ hæc verba enunciatiua, et pp
aliud prolata, inducunt dispositionem in dispositis ad pias cās. fed
in alijs hæc verba non sufficerent, vt in ōrijs s. formatis. Et sic re
stringas glo. 4. & dictum Inno. Hic lect. ad istum tex. reperio Bar.
fensisse aperte in hac l. j. C. de sacrof. eccle. vbi format quæstionē,
nunquid per verba enunciatiua incidenter prolata, inducatur di
spositio ad piā cām. Et concludit primo, q̄ sic per istū tex. Secun
do, quia in testō militis, sufficiunt hæc verba: ergo potius ad pia
cām, vt in l. ex his verbis, C. de test. i. mili. Tertio, quia ex his verbis
satis apparet consensus de iure gentium: aliās enim in milite non
inducerent dispositionem. Sed in dispositione ad pias cās. sufficit
solennitas iuris gentium, vt no. in d. l. 1. & in c. relatum, il. 3. ti. 2x.
& hunc intellectum puto verissimum in se, & eum notabis, sed
non conuenit literæ. Primo, quia vt patet in prin. c. Abbas fundat
se super oblatione; & sic super actu inter viuos; ergo non pote-
rat obtinere, etiam plene probado dispositionē in vltima volun
tate, quia sententia non conformis petitioni, est nulla, vt in l. fin.
C. de fideic. lib. & in c. licet Heli, de simo. & in c. qualiter & quan
do, il 2. de accus. Item in dubio sūa recipit interpretationem, vt
conueniat petitioni; quia talia sunt subiecta, qualia prædicata, ut
legi. & no. in c. inter dilectos, de fi. instr. Ergo interpretādum est,
q̄ Abbas hoc obtinuit non vigore vltimę voluntatis, quæ nō cō
uenit petitioni; sed vigore oblationis sup qua fundatur libellus.
Secundo obstat huic intellectui in alio tex. iste, in eo, q̄ dicit, q̄ il
li testes nō sufficienter probāt intentionē Abbatis, sed tanḡ ve-
hementer adminiculan tes assertionē ipsius plurimū adiuuabāt,
quæ verba clare innuunt, q̄ Abbas non obtinuit ex capite vlti-
mæ voluntatis. Nec erat præsumptio violenta, quia illa, quę non
sufficit ad sūam, non dr adminiculari, vel coadiuuare; sed potius
fundare, & probare. Nā de significatu huius verbi, adminiculare,
est, vt per se plene nō probet, sed adiuuet ad probationē cōplen
dam. Item assertio Abbatis erat ex oblatione, & hic Papa dicit,
q̄ isti testes adiuuabāt assertionē suam & sic inducuntur ad pro-
15 bandum oblationē, & non testamenti factionē. † Et ideo tenen
dus est secundus intellectus, vt dicamus, q̄ Abbas hic obtinuit
vigore oblationis, quā probabit per vnum testem de vīs; & per
confessionem ipsius oblationis in extremis factam. Nā testis vn'
deponens de veritate actus; & duo deponētes super ipsius actus
confessione, iunguntur ad faciendū plenā probationem, vt not.
16 in c. cum causam, de prob. no. Bar. in l. admonendi, de iureiu. † Et
si diceres, q̄ confessio per se sola debuisset sufficere, vt per totum
tit. de confessis. reperio q̄ idem Bar. sentit hunc s̄m intellectum
ad istum tex. in d. l. admonendi, in 15. col. dicēs per istum tex. pro-
bari, q̄ per vnum testem de veritate, & per confessionem factam
in absentia partis, probatur veritas actus; & sic sentit, q̄ Abbas
hic obtinuit vigore oblationis; & non vigore vltimę voluntatis.
Et quanquam dictum suum sit notabile, & menti cōmendandū,
l. cp cōfessio facta in absentia partis, inducat semiplenā probatio-
nē, tñ non probatur per istū tex. vnde non vī Bar. ponderasse istā
literā, quæ apertè dicit, q̄ in præsentia partis Archipresbyter con
17 fessus fuit se fuisse oblatū, &c. † Et ideo dic, q̄ ista confessio p̄ le
non plene probat; quia fuit incidenter facta, ad interrogationē
alterius quærentis, si vellet testari; & ideo iste tex. hic dicit, q̄ isti
testes non sufficienter probabāt. oblationē, sed multum adiuua
bant intentionem Abbatis fundātis se super oblatione. Vnde fa-
cit hic ista confessio semiplenā probationem, vt no. in c. fi. de iu-
reiu. facit c. super eo, de testi. & duæ semiplenæ tendentes ad eun
dem effectum, iunguntur ad faciendum plenā, ut no. in d. c. fi. &
in d. l. admonendi. Nec ob. tex. dum dicit, q̄ sufficienter erat pro-
batum, quia verum est, q̄ testes sufficienter probabāt illam con-
fessionem: sed illa confessio tanquā incidenter facta non proba
bat plene oblationē; & sic debet tex. reduci ad cōcordiam. Et ex
hoc, & ex tex. no. sing. q̄ confessio facta pp aliud et in præsentia
partis, plenè non probat, quod tenebis sp menti. Sed huic intelle

ctui vehementer obst. hæc litera, quæ in triplici loco vī velle, q̄
illa verba inducebant vltimam voluntatem expressè, ut patet ibi
[Velut vltimam exprimens voluntatem] & ibi, [Cum vltimam
voluntatem expressit] & ibi, [Quæ super vltima voluntate.] Et
sic non inducebātur illa uerba, vt confessio, & hæc multū facit
pro primo intellectu. Sed tenendo s̄m quem sensit hic gl. in ver.
[Vnus solus,] & Inno. in ver. [Probationes,] & sequitur D. Ant.
possumus dicere, q̄ hic fit mentio de vltima voluntate, non q̄
per eam fuerit inducta testamenti factio, sed capitur pro finali
assertione ipsius Archiepi. Nam requiritur in hac vltima volun
tate, s. q̄ se, & sua donasset monasterio: Vnde cum nunquā post
expresserit ꝺrium, standum est huic finali assertioni, cum dicto il-
lius testis; & sic oportet aliquantulū impropriare illa uerba, ut
viten tur maiores absurditates. † Nec hoc nouum, cum sæpe idē
verbum relatū ad diuersa, significet diuersa, ut viten t aliæ absur-
ditates, vt est pulcher tex. in c. dilectus, de constitet. Facit c. ab ex-
cōicato, cū ibi no. de resc. Et p hoc hī clarissime intells huius c.
ad hos duos intells sunt referēdæ ꝺrietates, q̄ elicium t ex gl. † Sed
circa p̄dicta ꝺrit de q̄one quotidiana: qdā t grauidme positus q̄
b didit testū, in quo confessus est [b] se abstulisse multa bona cuius-
dam ecclesię, & mādauit quantitatē in recompensationem resti-
tui. demū cōualuit, & neglexit restituere, quæritur, nunquid pos
sit compelli, cum non possit probari, nisi per confessionem suā
in testō factā? Per. in l. generaliter, C. de non nu. pec. tenuit, q̄ sic,
qñ in vltima voluntate pōt quis confiteri, & alios ꝺctus facere,
vt in d. l. hæredes palam, & in d. c. ḡḡ, & hæc sunt irreuocabilia,
vt sup. de confes. p totū, & in l. sicut, C. de acti. & obl. Sed Bar. in l.
cum quis, §. codicillis, fl. de le. 1. post quosdā Doc. tenet oppositū.
Nam, vt ibi patet, tales confessio inducit fideicommissum, vel le-
gatum, ut l. Lucius, de leg. 1. de fal. cau. adie. lega. per totum. Item
si ꝺrium diceretur, posset pater indirectè priuare filium legitima
sua; quia non hret nisi confiteri se debitorem plurimorū, quod
facere non pōt, vt no. Spe. in tit. de confes. in §. nūc videndū, ver.
sequitur. Ideo conclude post eum ampliando terminos cōis
cum quæritur generaliter, nunquid uerba enunciatiua emissa in
vltima voluntate probent, seu inducant dispositionē. Aut enim,
verba enunciatiua proferuntur pp aliud, aut principaliter pp se.
Primo casu talia verba plene non probant, nec ēt inducunt di-
spositionem, ut patet in isto tex. & iuribus s. alleg. Secundo casu,
aut fuit adiectum iurm, & probant, ut in auth. quod obtinet. C.
de prob. & in corp. vnde sumitur, & in Auth. de iureiu. a mo. præ-
sti. Et hoc procedit non solum qñ testator expresse iurat, sed etiā
qñ dicit se iurasse, & vī velle tex. in d. auth. Aut cessat iurm; & tūc
si pars fuit pūs, uel notarius, vel ordinarius recepit confessionem
pro parte, & tunc probant, arg. hic in eo, q̄ pōderatur partis pre
sentia, & probatur melius in c. ḡḡ. præall. Aut nemo recipit hanc
confessionem; & tunc talia verba non probant actum enuncia-
tum; sed inducunt legatum, seu hæredis institutionem, s̄m qua-
litatem verborū, vt in d. §. codicillis, & alijs iuribus superius alle-
Et

ADDITIONES.

a ¶ Verba enunciatiua. De istis verbis enunciatiuis vide omnino, quod plene
scribit Ro. post Bar. in l. ex hac scriptura, de do. Et an verba enunciatiua in
instrumento apposita probent, vide omnino per Bar. in l. si forte, ff. de calu-
pecu. vbi quæritur, quando dicitur, Dono pro seruitijs & benemer tis, an
per illa verba enūciatiua probentur seruitia & benemerita. Et adde hic gl.
in l. cum aliquis, C. de iu. deli. quæ idem dicit quod gl. in c. cum olim, de ex
sib. & vide etiam Bald. in l. cum aliquis, C. de iu. delib. Et adde, quod si mune
ui centum Titio, & in instrumento dicatur, Mutuaui Titio centum, quæ &
pronius penes me deposuerat, an per ista verba enunciatiua probetur de-
positum. Dicite, quod sic, secundum Bal. in l. desiderium, C. deposit. quia pro
hoc dicit esse ibi casum fing. qui faciliter non reperitur alibi. Item adde, q̄
fing. no. do. Ant. & ibi late per do. Bar. de sel. in c. nonnulli, §. 1. in pen. col. de
refer. Item de istis verbis enunciatiuis, an inducant dispositionem, & inqui
tum, vide latissime per Bar. in d. l. ex hac scriptura. Item adde quæ no. Bald.
in c. fraternitatis, circa fi. de restit. spol. Item adde, q̄ verba enunciatiua pro-
bant, etiam fiḋ, propter quod principaliter factum est instrumentum, non
potest stare; tamen statur enunciationi, casus est fing. & ibi do. Ant. & Abb.
in c. illud, de præsum. vbi cir. prin. h. d in fi. eiusdem c. Idem Abb. ponit aliud
dictum no. in hac materia quod omnino nō præteribitur videre. Item adde
omnino quod no. do. Ant. in c. cum in iure peritus, in 7. col de offi. delc. & in
c. poll cessionem, de proba. in 7. col. vbi pulcher est tex. & Barto. distinguen
tem, in l. non epistolis, C. de proba. Et verba enunciatiua geminata inducit
dispositionem. Ita dicit gl. & Bar. in l. cum scimus, C. de agri. & censi. li. 11. &
ibi vide do. Alex. in addi.

Ant. Fran. An & quando verba enunciatiua apposita in instrumento, & quib.
casib. probent, siue per modum proferantur, siue condōnaliter, siue emitta
p p se, siue propter aliud, vide quæ hīr in l. ex his verbis, C. de testa. mili. &
late per Io. Ber. de Fir. in suo reper. in litera V. in ver. verba enunciatiua.

Zach. Adde Lud. sing. fluo 154. inc. quid si dixit testator.

Seb. Sap. Verba enunciatiua. Quando verba enunciatiua probent, tangit la-
te Fel. in c. cum in iure, col. pen. uer. sententia enuncians, sup. de offi. delc. &
de verbis enunciatiuis papæ, quando probent, tradit idem Fel. in c. nouit
li, §. sunt & alij, ver. amplia quarte, de refer. vbi dicit, q̄ quando plene pro-
bant, agitur de modico præiudicio. Sed latius tangit Ia. in l. ex his verbis, C.
de test. mili. vbi ponit reg. cum 11 limi.

b Sep. Sap. Confessus est. Quando confessio facta in vltima volitate, probet, vi
de Fel. in c. 7. ver. 3. declaratio, supra de fi instru.

Et ex his infertur ad decisionem q̄nis propositæ, vt non possit
ste postquam conualuit compelli, ex quo non fecit ille iurm, nec
aliquis habens potestatem recepit confessionem. Et idem dic in
ex qui confiteretur in testamēto se usurarium, & mandat certam
quantitatem restitui: nam alio non interueniente, compelli non
potest ad restitutionem, & idem dicendum in similibus quæstio
nibus. † In gl. in ver. [Compotem,] in fi. No. gl. bene, & probatur
istis in hoc c. iuncto c. indicas. 3. q. 9. furor ergo semel accedēs, præ
sumitur adesse, nisi probet contrarium. Quid de alijs infirmitati-
bus, vide quod dixi in c. cū inter canonicos, de elec. & ibi p Doc.
b Qualiter aūt probetur furor, [b] seu mentis alienatio. c Die verbo
& facto. Pro hoc c. legimus 94. dist. vbi dicit, Fatuus fatua loquit̄,
idem l. quidā, cū sua gl. fi. de condi. institu. & vide glo. in c. Gon
salus. 16. q. 2. Quid aūt, si vna pars probat furorē, & reliqua sanā
mentem, quæ probatio p̄ualet: vide qđ no. in c. super hoc, de renū
cia. & in l. nec codicillos, C. de codicil. In gl. in ver. [Super impeti-
tione.] No. bene hanc gl. quia no. est in eo, q̄ limitat, & vide ca. cū
quis de præben. li. 6. & in c. 1. de dolo & contuma. † In gl. fi. ibi, [Ni-
si per vnum testem.] sed tunc oppo. Nam vī, q̄ ex quo Abbas ha-
buit vnum testem, debuit sibi deferri iurm in supplementum pro-
bationis, vt in c. fin. de iureiur. Solut. dicunt Goffre. & Ioan. And.
q̄ rerum quantitas dissuasit iurm deferri: volūt dicere, q̄ vbi agi-
tur de magno præiudicio, seu de re magni valoris, non defertur
iuramentum in supplementum probationis. Alij aliter, sed hoc
facit ad hoc quod leg. & no. in d. c. fi. Et no. ex hac solutione, q̄
etiam prælato super iure ecclesiæ non defertur iuramentum in
defectum probationis, cum quæstio est multum preiudicialis. Et
in fi. glo. not. quod licet ecclesia comparetur matri; non tamen
teneatur facerdos aliquid de bonis proprijs relinquere ecclesiæ,
pro hoc c. 1. sup. eo.

ADDITIONES.

a Vide gl. & quod no. Ioan. And. super ea, in cap. quamquam, in ver. idonea,
de vsu. lib. 6. & ad hoc vide omnino quod no. Bal. in l. 1. in. 4. colum. de præ-
scrip. vbi refert, quod quidam aduocatus reuersus ab inferis dixit, quod
Aurelius, §. fi. alias. j. de libe. lega. propter hoc damnauerat animam suam.
& vide Bald. in l. Archigerontes, C. de episco. audien. vbi dixit, quod con-
fessio facta in pœnitentia, non probat in iudicio. Et de hac quæstione po-
stea etiam per dom. Anto. vide per dom. Laur. de Rod. in trac. de vsu.
quæstio. 103. An & quando confessio in extremis præiudicet tanquam in-
ter viuos, vide hic per dom. Anto. & late per Docto. in cap. fi cautio, de fide
instrumen. Et adde, quod si in extremis pater confiteatur se debere filio spu
rio, ista confessio non præiudicat, text. est in l. qui testamentum, ff. de pro-
bat. Secus dicit glo fi confiteretur inter viuos. Item de ista confessione in ex-
tremis vide Ang. consi. 179.

Anto. Fran. ¶ An confessio facta in testamento, quod quis sit vsurarius,
& sibi non specificetur, non vitiat eius testamentum, vide Bald. in l. 1. in
vlti. colum. in uerficu. remanet vnum dubium, C. de cōfes. & in l. 1. in 3. co-
lum. C. de fal. cau. adi. lega. vbi concludunt quod non vitiatur testamentum.
Quod est intelligendum verum, etiam si sit facta in scriptis manu testato-
ris, quod sit secreta, nec debeat propalari, nisi post mortem, quod etiam
habet Flor. in le. in lege Aqui. in §. si quis, ff. ad leg. Aquil. & habetur per
Bart. in l. eum quis, in §. codicillis, de lega. 3. & vide per Lanfran. in cap. quo
niam contra, in versiculo, confessiones, de probat. Adde tamen, quod con-
fessatoris facit eius memoriam posse damnari, ita Barto. in l. 2. C. qui
testamen. fece. poss. Et facit etiam vt hæres teneatur ad pœnam criminis con
fessari per defunctum, vt per Specu. in titulo de accusatio. in §. 1. in versi-
culo, quod si latro, & per Bald. in l. eius, qui de latorem, in principio. ff. de iu-
risdi. & no. Docto. in l. 1. C. ne ex delic. defun. Et adde, quod confessio in ar-
ticulo mortis facta per offensum non nocet inculpato de crimine l. fi quis
grauis, in §. 1. ff. ad Velleia. vbi per Ang. & habetur per in l. athletas. §. ca-
lumniator. ff. de infamib.

Ang. ¶ Furor. Quomodo probetur furor, tradit Ias. in l. furiosum,
C. qui testam. face. poss. colum. penul. Alexand. in consi. 63. per totum, in 1.
volum. & in consi. 85. in 1. & 2. colum. in 2. volum. & in consi. 86. in 4. colum.
1. volum.

Dicit ergo dicitur stultus, & qualiter probetur stultitia, vide glos. 16. quæstio.
vide cap. Gonsaldus, & facit l. fi. cum dotem, §. si maritus. ff. solu. matrimo. Et
vide Imo. post glos. in l. nec codicillos. C. de codicil. qui dicit, quod ex sermo
nibus eius quis præsumitur furiosus. Et vide omnino Imo. in d. §. maritus, in
fi. & vide per Docto. in cap. primo, §. fi vero. in circa fin. principii, de cle-
ric. lib. 6. & vide tex. cum glos. 1. in cap. legimus, hic alle. per Abba. Pau.
de Cast. in l. qui testamento. §. neque furiosus, ff. de testam. dicit, quod qui
dam incipit fatuizare, nunquam liberatur. Quis autem dicatur insanus,
vide tex. & Docto. in cap. concilia, 17. distin. Et quis dicatur stultus, vide per
Io. in cap. Constantinopolitana. 12. distinctio. circa med. & cir. fi. dicit,
quod differentia inter stultum, & fatuum est, quia fatuus est in verbis,
stultus in factis. Et cui incumbat onus probandi, an alleganti furorem, uel sa
nam mentem, vide quod no. Bald. in l. furiosum, C. qui test. face. poss. vbi quæ
ritur quis consueuit habere dilucida interualla, & postea facit testamentum,
an præsumatur tempore furoris, vel sanæ mentis; & inter alia dicit, quod si
testatus ad pias causas, q̄ tunc præsumitur habuisse dilucidum interual-
lum, quod est bene notandum.

Ant. Fran. ¶ Quis dicatur, & quomodo probetur stultus, vide glo. in §. fed
stultitia. quod cum eo, quæ dicit, quod stultus dicitur esse ille, qui eligit si
cum possit eligere bonum, & vide Bald. in l. 1. in 1. colum. C. com-
muni. de le. qui dicit quod ille dicitur stultus, qui male agit, & vide glo. in l.
fi. C. de sacrosan. eccle. quæ dicit, q̄ ex uerbis, gestis, & loquela comprę-
hendimus quem stultum. Et no. q̄ nemo præsumitur stultus, nisi probetur, l.
& ibi per Bar. in 3. no. C. de hæred. instit.

De sepulturis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio sepulturæ.*
2 *Sepeliri non debet in loco sacro corpus non catholicum, & si de facto fuerit sepultum, debet exhumari & proiici.*
3 *Sepeliri non debet in sacro, moriens in peccato mortali.*
4 *Mortui non sunt portandi ad sepulturam cum nimio luctu & planctu, nebo mines ita flentes videantur desperare de credulitate alterius vitæ.*

Supra visum est de successionibus ex testamēto, & ab intesta-
to, quæ capiunt effectum post mortem, vt in cap. cum Marthę, de
celebratio. miss. vnde cum fuerit visum de bonis defunctorum;
merito restabat videre de sepulturis ipsorum. Nā oēs morimur,
& sicut aqua dilabimur super terram. 2. Regū. 14. c. & in capit.
1 in eccleſiastico. 13. q. 1. ideo, & c. † Sed quæro post Ioā. And. quid
est sepultura? Dicit, q̄ est locus concauus, in quo in ecclesiastico
cœmeterio, corpus catholici requiescit. Primum s. q̄ sit locus c-
cauus, probat in cap. penul. j. eo. ibi, [Effodi, & c.] Secūdo, qd sit
in ecclesiastico cœmeterio, probatur in cap. aurum. 12. q. 2. & ibi
probatur ēt, q̄ defunctorum corpora ibi requiescūt. Nam rōne
consecrationis loci, nō possunt ita corpora vexari a spiritibus im
mūdis, quemadmodū in alijs locis. Hæc. n. fuit rō principalis, qua-
re factum fuit, vt catholici sepeliantur in cœmeterijs eccleſiarū, &
vide bonum tex. cum glo. in cap. cum grauia. 13. q. 2. Tertium, s. qđ
2 corpus catholici, & c. probatur in c. sacris, j. eo. cum ibi no. † Nā
is, qui nō est catholicus, non debet sepeliri in ecclesiastico cœme
terio, & si de facto fuit ibi sepultus debet exhumari, & proiici, de
quo in d. c. sacris. Et ex his deciduntur duæ aliæ qōnes. Prima est, q̄
bus c̄cedenda est sepultura: & , vt dixi, regulariter oībus catholi-
cis, nisi specifice reperiant prohibiti. Ad hoc dictum c. in eccleſia
3 stico, & c. conquesta, ea. causa & qō. † Et gñaliter dici pōt, q̄ dece
dēs in peccato mortali, nō debet sepeliri in cœmeterio eccleſiæ,
vt no. glo. in c. 2. & in c. cum monasterium, de sta. reg. facit tex. cū
gl. 88. dist. in c. fi. & 12. q. 2. c. pro obeuntibus. Secunda qō, in quo
loco debent sepeliri catholici? & vt patet ex prædictis, dicendum
est, q̄ in ecclesiarum cœmeterijs. An aūt intra ecclesiam possēt
4 aliquis sepeliri, vide bonum tex. cū gl. 13. q. 2. in c. nullus. † Vltimo
quæritur, vtrum cum luctu & plāctu sint mortui sepeliendi? Dicē
dum q̄ non, sed cum psalmis & psallentiū vocibus, vt in c. qui diu-
inā, & in c. q̄ præpositerum, 13. q. 2. tñ si ex officio charitatis, vel
pietatis, vel causa humanitatis emittūtur lachrimę, non est a iure
reprobatum. Nam de plerisque Sanctis legitur, q̄ lachrymas effu-
derunt in exequiis charorum amicorū, de quo tex. 13. q. 3. in cap.
vbicunque. § hoc aūt, cum c. seq. Sic legimus, quod oēs filii Israel
planxerunt Moysen, & Iaco. vt in c. quia alij, ea. causa, & q. Sed nō
est multum lugendum, ne videantur homines deficere in credu-
litate alterius vitæ. Nā est signū desperationis, ut in d. c. q diuina,
& in d. c. vbicūq;. Et sic habes ꝺtinationem Rubricæ expeditā.

SVMMARIVM.

1 *Parochianus si elegit sepulturam extra suam parochiam, & in ecclesia sepulturæ aliquid reliquit, debetur de tali relicto canonica portio ecclesiæ parochiali ex ratione, de qua infra, nume. 3. ubi ponitur quod talis portio debetur duabus ecclesiis, si ex illis parochianus sumebat pariter sacra menta.*
2 *Sacerdotes licite recipiunt mercedem diuinarum operarum, non tamen ratio ne diuinorum, sed ratione laborum, aliter esset simonia.*
4 *Scholares peregrini, & aduenæ si moriuntur in aliqua ciuitate, in qua eccle sia dictæ ciuitatis sunt sepeliendi.*
Sepeliri ubi debet ille, qui in vna ecclesia habet sepultum patrem, & auum, & in alia patruum & atauum.
6 *Canonica portio, quæ debetur presbytero parochiano, quia suus parochia nus eligit sepulturam in alio loco, debetur de relictis factis tantum illi lo co, & non de reliquis.*
7 *Canonica portio debetur presbytero parochiali de relictis in loco sepulturæ, siue reliquerit titulo legati, vel institutionis, secus, si donauerit inter viuos. vide infra c. prox. nu. 5.*

CAP. PRIMVM.

1 NOs instituta. † Decedens intestatus sepe-
litur ī sepulchro maiorum,
vel vbi eligitur sepultura; parochialis tñ ecclesia ha
bebit canonicam portionem eius, q̄ quod reliquit
ecclesiæ sepulturæ. Hoc dicit s̄m veriorem intelle-
ctū. Et tria sunt dicta. Secūdum ibi, [Nulli.] Tertiū ibi, [Sed quia.]
Casus literalis. Statuit Leo Papa, q̄ quilibet debeat sepeliri in se-
pulchris parentū suorū, s̄m q̄ fecerunt antiqui Patriarchæ; verū-
tamen nulli denegandū est propriā eligere sepulturā; et alienā, qa
& Dñs hoc fecit. Sed quia dignus est mercenarius mercede sua,
tertiā partē iudicij sui illi ecclesiæ præcipit dari, in qua sepeliri de-
bebat, si non elegisset alibi sepulturā, & vbi dū viuebat cęlesti pa
bulo refici p̄sueuit, quod si fecerit, ubicūq; voluerit, eligat sepul-
turā; & ne aliter fiat, præcipit Leo Papa sub pœna excōicationis.
Ber No. 1. vnā regulam ex principio c. q̄ decedens intestatus, seu
nō electa sepultura, debet sepeliri in sepulchro maiorū suorum.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad idem c.is qui, eo.ti.lib.6.& hoc fuit inductum exẽplo Patriarcharum. Nã Abrahã, Isaac, & Iacob, etiã in remotis existentes, voluerunt sepeliri in sepulchro maiorum suorũ. Quid autẽ si non hẽt sepulchrum, puta, quia de nouo trãstulit domiciliũ ad aliã ciuitatem? Dic q̃ sepeliendus est in ecclesia parochiali, vt in c.in nostra, & in c.ex parte, ſ.eo. & in d.c.is, qui. Secundo no. ibi, [Maiorũ.] q̃ maiorũ nostrorum actio debet esse nostra instructio, con cor. in c. significasti, de elect. No. in ver. [Nulli.] aliã regulã affirmatiuã, q̃ q̃sque de nouo potest ũbi eligere sepulturã, & prætermittere sepulchrum maiorũ, instar Christi: nam si voluisset, sepultus fuisset in sepulchro maiorũ suorũ; tñ elegit sepeliri in sepulchro nouo Ioseph. Et pondera verbũ, [Elegit.] positum in tex. stat enim permissiue, & non dispositiue. Nã Christus non disposuit, vt ibi sepeliretur, sed permittendo vẽ elegisse. Nã nihil fieri potest sine permissione diuina. Omnia enim quæ fiunt, facit ipse Deus, aut recto iudicio, aut ita fieri permittit, dicit tex. in c nec mirum, 26.qõ.5. No. quarto, ibi, [Alienam] & ibi, [Propriam,] q̃ quis potest habere propriã sepulturã, & intellige propriã respectu vsus. Nã dñium non potest quis hẽre, quia res sacræ & religiosæ non sunt in dñio alicuius, vt in l. intantum, §. sacræ, ff. de rer. diui. facit
2 c.rõ.5. de præb. Et vtrũ [a] quis possit habere hoc ius in cœmeterio ecclesiæ, vt eo inuito nullus alius ibidem sepeliatur. facit iste tex. q̃ sic, dum distinguit propriam ab aliena. Sed dicã latius in c.pen. ſ.eo. Nã hẽnt laici hoc ius vtendi potius ex tolerãtia ecclesiæ, q̃ de iure scripto, sicut dicimus in iure patronatus, vt in c.q̃m, de iure patro. Item ex illo verbo, [Alienã] no. q̃ quis potest eligere alienã sepulturã, hoc intellige consentiente patrono, vel ratum hẽnte, vt probat exemplum, quod sequitur in litera. Nam Ioseph ꝓsensit, vt Christus sepeliretur in sepulchro suo. Sed aduerte q̃ in casu nostro q̃ est magis dubia, quia illud sepulchrum erat iuris priuati, sed sepulchrum existens in cœmeterio ecclesiæ, est iuris publici; & publica non potest priuatus sibi appropriare, vt in d.ca. rõ. Et ideo est q̃ pulchra, nunquid rector ecclesiæ possit inuito patrono sepulchri, alium ibi inferre, de quo dic, vt dicam in c.pe.
2 †No. in ver. [Sed quia] q̃ sacerdos iuste recipit mercedem diuina rum operarum; dic tñ recipere rõne laboris, & non diuinorum,
3 vt no. ſ. de simo. c. non satis, & quasi per totũ. † No. hic ſm Abb. q̃ vita laicorũ, est clericis passio, sed mors est consolatio, & dic q̃ vita laicorum censetur passio ipsis clericis p̃p labores, quos sustinent in exhibitione Sacramentorum, & aliorum diuinorum. Nã hẽnt prædicare, & orare pro eis: vnde de eis scribitur. Peccata populi mei comedent, &c. ideſt delebunt orando, de pœn. dist. j. c. quem pœniret, & 1.q.1.c. dictum, & in c.ipã licerdotes. Mors. nã̃ solatium, respectu perceptionis temporalium. Nã & patri loco solatii, restituitur dos filiæ præmortuæ: nam acerbum esset pdere filiã, & ipsius substãtiã, vt in l. mater, ff. de iure do. Vel potest intelligi, q̃ legatũ factum ecclesiæ sepulturæ, est illi solatium; vnde ecclesia parochialis, ex quo habuit passionem in vita, debet habere partem illius consolationis, ſlegati. Nam beneficium est bene uola actio gaudium tribuens capienti, vt in c.j. quibus mod. feu. amit. in lib. feu. Et ex hoc, & ex tex. hẽs, quare ecclesia parochialis habet hãc portionem ab ecclesia sepulturæ. Et licet tex. dicat simpliciter de ecclesia, vbi consueuit cœlesti pabulo refici; intelligere tamen debes de ecclesia, in qua consueuit iste defunctus audire diuina, & recipere ecclesiastica sacra, vt in c.2. de sepul. lib. 6. Et ideo dubitatur, quid si in vna ecclesia audiuit diuina, & in alia ac
b cepit ecclesiastica sacramenta? & intellige, quãdo iuridicè hoc fecit. Dic, q̃ inter istas ecclesias debet fieri diuisio [b] istius portionis per rõnes huius literę, arg. illius c.2. de quo per Inno. in c. de his, ſ.
4 eo. † In gl. ſ. in fi. Sed hæc gl. non aperit intellectum. vbi sepeliendi sint forenses; & peregrini; sed hanc quæstionem glo. sentit in c. in nostra, eo.ti. in ver. & nisi, & ibi tenet, q̃ debent sepeliri apud ecclesiam maiorem. Idem tenet Inn. hic. Pro hac opi. facit c. vbicunque tẽporum, 13.q.2. & c. officium, de offi. Archiep. Nã ecclesia Cathedralis, administrat tã lib. sacramenta. Arch. in c. ſ. eo. ti. li. 6. late prosequitur & concludit, q̃ debent sepeliri apud ecclesiam parochialẽ, vbi decedunt, per c.1.16.q.j. & 13.q.1.c.1. Nec ob. fm eũ, c. officium, quia loquitur de administratione sacramentorũ, & non de sepultura. Dñs meus, D. Card. tenet hic primã opi. Movetur, q̃ transeuntes, & peregrini non possunt dici de parochia alicuius: vnde ecclesia cathedralis, quæ per totã diœcesim habet potestatem, debet istos ad sepulturã recipere. Do. Ant. latius distinguendo dicit. q̃ aut iste, qui moritur, est religiosus, & debet sepeliri in monasterio sui Ordinis, vt in c.1. præall. 16.q.1. Hoc dictum forte non est verũ, quia illud c. loquitur, q̃ñ religiosus decli nauit ad certũ monasteriũ, & ibi mortuus est. Si autẽ moriat extra monasteriũ, non video rationẽ diuersitatis inter eum, & clericum seculare, & laicum, q̃q̃ ipse dicat, q̃ clericus secularis peregrinus debet sepeliri apud ecclesiam cathedralem. Nam religiosi & clerici seculares, ex quo in loco non habẽt proprias ecclesias, censentur iure laicorum quoad sacramenta recipienda: vnde sicut in laicis dr̃, ita & in istis puto dicendum. Pro hoc c. & hoc attendendũ, de consecr. dist. 1. vbi dr̃, q̃ omnes clerici existentes intra parochiã certã, debent ibi conuenire ad audiendũ diuina vna cũ laicis parochialibus; & olim cũ monachi nõ essent clerici, ofa sacra recipiebant ab ecclesia parochiali, & ibi faciebãt oblationes. 16.q.1. in c. alia. Et sic intelligo dictum c. 1. 16.q. 1. in suo casu.

Et pro hoc c. ſ. eo. ti. lib. 6. vbi tex. innuit, q̃ si religiosus decedit or monasterium, nec potest congrue ad monasterium suum deferri, potest sibi eligere sepulturã, sicut laicus. In laicis autẽ dicit ipse, q̃ aut traxerunt morã in parochia, vel venerunt animo ibi trahendi morã ad aliquod tps, vt sunt scholares; & tunc sepelienda sunt in eccle. parochiali in qua decedunt, quia illa dr̃ eorũ ecclesia parochialis. Et hoc placet, per no. in c. omnis vtriusque sexus, de pœn. & remiſ. & in clem. 1. de priui. & ibi per gl. Aut non traxerunt ibi moram, nec venerunt eo animo, vt puta, quia sunt transeuntes, & tenet q̃ in ecclesia cathedrali sunt sepeliendi; dicit tñ q̃ si receperunt sacra à presbytero parochiali, vñr tacite ibi elegisse sepulturã, & hoc dictum, cum reuerentia, non fuit bene ponderatum. Nã si poterant recipere sacra à presbytero parochiali, censenda est illa ecclesia parochialis transeuntium. Et sic erit ide dicendum in iure funerãdi, cum omnia ista sint de iure parochiali. Satis dubitari potest de illa qõ. iudicio meo, quia iura vario modo loquuntur. Sed occurrit mihi tex. opt. in c.j. de celebr. miſ. vbi vr velle, q̃ sacerdos parochialis potest administrare sacramenta peregrinis, et trãseuntibus per suam parochiam in casu necessitatis. Item eadem rõ debet esse in parte quoad partem, quæ est in toto quoad totum, vt in c. pastoralis, §. item cũ totũ, de offi. deleg. & in l. quæ de tot. ff. de rei vendi. quemadmodũ ergo rõne totius dicitur cessis vult Eps sibi vendicare potestatẽ in istum peregrinum, eodmodo debet sacerdos parochialis posse respectu suæ parochiæ. Nã episcopus non hẽt ptãtem in peregrinũ, sicut nec presbyter parochialis, vt in d.c. omnis. Ex quo ergo iste hic non habet superiorẽ, dẽt ſ diuinis recognoscere ecclesiã parochialẽ, vbi decedit. Nã ad hoc habuit cœmeteriũ distinctum; & parochiã distinctam. 18.q.1.c.1. optime facit ẽt c. pastoralis, de his, quæ fiunt à præl. vbi patet, q̃ ecclesia parochialis fundat intentionem suã super omnibus obuentionib. ſpiritualibus prouenientibus intra parochiã, & ad c. vbicunque, respondeo, vt ibi no. gl. † In glo. in ver. [Patriarcharum] in fi. sed cadit notabilis qõ. [c] Pone, q̃ pater, & auus alicui ſ sunt sepulti apud Fratres Prædicatores; maiores vero, vt abauus, tritauus, & superiores, sunt sepulti in ecclesia parochiali. iste nũc decessit. non electa sepultura, quia forte impubes, vel sine testamẽto decessit; quæritur, vbi debet sepeliri? Pro ecclesia parochialis facit iste tex. dum dicit, q̃ in sepulchro maiorũ. Nã maiorũ appellatio strictè & propriè sumpta, cõpræhendit superiores tm̃ vt no. in Iassumptio, ff. ad municip. & in c. fi. ſ. de parochi. ergo idẽ dicendũ in iure sepulturæ. Itẽ & secundo, vnio sepulturæ procedit ex quadã charitate, & mutua dilectione, q̃ fuit inter vitios, vt colligitur 13.qõ.1.ca.1. & seq. sed maior est charitas, seu dilectio inter filiũ & patrẽ & auũ, q̃ inter eum & superiores, cum illi sint remotiores in gradu: ergo potius debet sepeliri in sepulchro patris & aui, q̃ aliorum maiorum. Sed ꝑ hanc determinationem peperio glo. quasi expressam in c. is, qui, eod. tit. li. 6. quæ dicit, quod si in vna ecclesia est sepultus pater, & in alia reliqui maiores, sepeliendus est iste in sepulchro maiorum. Et quanquam rationes Oldr. multum vrgeant, tñ tex. in c.2. & 3. eo. ti. lib. 6. multum facit pro opi. glo. dum ponderat sepulchrum maiorum ab antiquo, cui bis exprimitur illud verbũ, Ab antiquo. Et Io. And. ibi in no. 1. q̃rit, quid si pater, auus, et abauus sunt sepulti in diuersis ecclesiis vbi debet sepeliri? Et dic de consuetudine seruari, vt sepeliatur in sepulchro patris. Quidã tñ dixerunt, q̃ imo in ecclesia parochiali, quia deficit hoc casu sepulchrum maiorum; ad hoc c. in nostra, ſ. eo. Mihi aũt placet multũ, vt sepeliatur quis in sepulchro patris, nisi seriosè elegerit sibi sepulturã. Nã ita disposuerunt ibi Patriarchæ, quorũ actio est nostra instructio. Sed si pater fuisset alibi sepultus, ꝑter præpositũ suũ, puta, quia non potuit sepeliri in ipso sepulchro maiorũ propter impossibilitatẽ facti, vel iuris, tunc procedit alia opi. Et ad illa iura, quæ ponderãt sepulchrũ maiorũ ab antiquo, respondẽrẽ, q̃ fit illa ponderatio quoad excludendã ecclesiam parochialẽ, non respectu sepulchri paterni. Nam sepultura paterna præ omnib. ponderatur, vt no. ſ. eod. c. fraternitatem.

in

ADDITIONES.

a Seb.Sap. ¶Et vtrum. An laicus possit habere ius funerandi in cœmeterio, inde tu Abb. in c. quanto, in fi. de iud. & Fel. & Deci. Vbi etiam ratiõat, an per illationem corporis mortui, locus efficiatur religiosus.

b Diuiſio. Adde circa ea, quę hic dicuntur, uidendam do. Card. conſi. 90.

c Seb.Sap. Notabilis quæstio. Vide Gem. in ca. is, qui. de sepul. in 6. quem refert Fel. in c. super eo. col. fi. uer. & de diuersis generibus maioritatum, supra de test. ubi etiam refert Old. in consi. hic alle.

5 l. ſeq. ff. ex qui. cau. ma. † Sed quæro de rōne dubitandi & deciden di in iſto tex. Sol. duplex intellectus elici potest ex litera. Primus, ꝙ per 40. annos frumētum tm̄ fuit ſeminatū in certo p̄dio. cuius decima fuit ſoluta non eccleſiæ prædiali, ſed monaſterio. Demū fuit ibi ſeminatum milū, vel aliud bladum. Dubitabat, cui dēret decima. Nam ꝺ. monaſterium faciebat, qa nunq̄ percepit niſi decimā frumēti, & pſcriptio nō dēt extendi de ſpecie ad ſpeciē. Sic videbatur, ꝙ decima milij dēretur eccleſiæ prædiali, ad quā decima pertinet de iure cōi. Sed in ꝺrium fuit decisum. Rō. quia pcipiendo decimā tāto tpe ex certo p̄dio monaſterium pſcripſit ius decimandi. Non n. dēt haberi reſpectus ad frumentū, ſed ad decimā in gñe, q̄ fuit pcepta ibidē ab antiquo, & hanc lect. ſentit hic Io. And. & est in ſe veriſſima, & ſm hunc intellectum colligitur hic quod ſ. dixi ꝺ Bar. Vī enim ꝙ ſi in aliquo loco quis exercuit actus iuriſdōnales occurrentes. ſ. animo vtēdi iuriſdōne vniuerſali, ꝙ poſt pſcriptionem complerā poterit iuriſdōne vti in aliis caſib. occurrentibus. Finge. n. ꝙ homicidium non fuit ibi commiſſum per 40. ann. ſed alia ſcelera, quæ ibi tāquam ſuperior puniuit, ſi poſt præſcriptionem ptingat homicidiū, dico arg. huius literę, ꝙ illud poterit iſte punire, q̄ ꝑfato mō pſcripſit ſibi iuriſdō
6 nem. † Secunda lect. q̄ magis vī conuenire literæ, est ꝙ per 40. an nos ex p̄dio illi fuerunt collecti varij fructus, & de certis fuit ſoluta decima monaſterio, de qbuſdam vero nulli fuit ſoluta. Nunc agebatur ad ſolutionem, & dubitabatur, cui deberetur. Pro monaſterio faciebat, qa perceperat decimam de certis fructib. Pro eccleſia parochiali faciebat, ꝙ præſcriptio nō procedit ſine vſu, ſed monaſterium nunq̄ percepit decimā ex illis fructib. ergo ius decimæ remāſit apud eccle. parochialē. Sed ꝺrium decidit rōne p̄dicta, quia ex quo monaſterium duntaxat percepit ibi decimam certorum fructuum, p̄dium est effectum decimale ipſi monaſterio reſpectu oīum fructuum, qa & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri. Et pro hoc intellectu, quem tacite ſenſerunt Doc. facit tex. ibi. [Annuatim pereceptis,] & intellige hunc tex. qñ decima eliquorū fructuū nulli fuit ſoluta, vt ſ. dixi. Nā ſi fuiſſet ſoluta eccleſiæ parochiali, tūc decima dēretur ex illis fructib. eccle
7 ſiæ p̄diali, reliquorum fructuū ipſi monaſterio. † Ex quo hēs notare, ꝙ vnū p̄dium pōt eſſe partim decimale vni eccleſiæ, & partim alteri, quod placet Hoſt. & Io. An. licet Inn. videatur diſcrepare. Sed hunc ob. litera, q̄ dicit, ꝙ vna & eadē res, &c. Sol. ex diuerſis rōnibus eadem res a poſſit diuerſo iure cenſeri, ſecus eadem rōne. Et ex hoc intellectu ſi fertur, ꝙ ſi aliqs ꝑlatus citra eſm exercuit actum iuriſdōnalem in loco, eṕo exercente reliquos actus, iſta pſcriptio certi actus non dēt extendi ad aliquos actus exerci
8 tatos p eſm. † Vlt. pōt adduci iſte tex. in fi. ꝙ ſicut pſcriptio nō extendit de p̄dio ad p̄diū, ita nec pſcriptio actus iuriſdōnalis de pſona ad pſonā, de quo per Inn. in d. c. dilectus. In gl. ſi. in fi. de hoc per gl. in c. cognouimus, 12. q. 2. q̄ dicit, ꝙ actus illius l. quæ hic allegatur, est ſpālis. Et dic, ꝙ ibi ſolum dī, ꝙ ſeruitor dotalis potest habere peculium ex re mariti & vxoris, & in re mariti acquiret marito, & in re vxoris acquiret ipſi vxori, & ſic idem peculium diuerſo iure cenſetur. Sed dic, ꝙ illud contingit diuerſa ratione, & ita posset contingere in caſu noſtro, & ita dixi ſuperius.

ADDITIO.

a ¶ Eadem res. Vide Abb. in c. 2. col. 7. ſup. de ordi. cogn. Aret. in l. 2. in prin. ff. ſi cer. pet. & dom. meum do. Roch. Cur. in rep. c. ſi. col. 24. ver. limita tertio, habes reportare, ſup. de conſue.

SVMMARIVM.

1 *Laici etiam Reges non poſſunt donare nec eccleſias, nec decimas, nec huiuſmodi donatary ex tali titulo poſſunt præſcribere. nu. 5. 6.*
2 *Impediens debitores meos mihi ſoluere, eſi mihi obligatus, & poſſum cōtra ipſum agere, num. 17.*
3 *Hoſpitalarij, & conuerſi alicuius monaſterij non ſunt perſonę mere laicales.*
4 *Eccleſiæ poſſunt præſcribi iure proprietatis cum titulo, alias ſecus.*
5 *Reges ſunt mere laici, nec per coronationem, aut vnctionem recipiunt aliquē ordinem eccleſiaſticum.*
6 *Error iuris impedit præſcriptionem.*
7 *Sacrilegium incurrit, qui aliquid ſacrum accipit de manu laici, vt retineat.*
8 *Clauſula, ſi ita eſt, ſemper ſubintelligitur in confirmatione facta per Papā.*
9 *Sententia iudicis poteſt proſpicere in futurum, ſi natura actionis hoc patitur.*
10 *Præſcriptio rei eccleſiaſticæ requirit titulum prima fronte iuſtū vel tantum tempus, de quo non extet memoria.*
11 *Confirmās aliquam rem, cenſetur confirmare illam ſecūdum ſtatum, in quo reperitur, puta, ſi eſt valida. num. 13.*
12 *Cōfirmatio facta a Papa, vel ab alio, an tribuat titulum, & iuſtam cauſam præſcribendi.*
14 *Conceſſio ſolius epiſcopi quando tribuat iuſtam cauſam preſcribendi.*
15 *Acta, ſi propter antiquitatem ſunt deperdita præſumuntur ex verbis ſententiæ, maxime quando verba libelli ſunt dubia.*
16 *Sententia in interdictio, vti poſſidetis, quomodo eſt ferenda.*

CAP. XXXI.

1 **Dudum.** † Laici eccleſias, vel decimas donare nō poſſunt, ēt ſi ſūt Reges, nec ex eorū titulo ꝑſcribendi. Primo ponit facti & proceſſus narratio. Secundo ibi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

[Nos igit. ꝓpsius diffinitio. Prima subdiuidit in tres. Primo ponit actoris petitionē, & auditoris dationē. Scdo reorū defensionē, iudicis interlocutionē, & defensionis fortificationē. Tertio ꝓpsius defensionis impugnationē. Scda ibi, [Prior.] Tertia ibi, [Cæterū.] Casus lit. Inter cp̃m Vesprimen. & Fratres hospitalis Hierosolv. S. Steph. sup quibusdā decimis qō vertebat, partibus pp hoc in pñtia dñi Papæ ꝓstitutis, datus fuit eis auditor, corā quo petijt Epo decimas terrarū, quæ per rusticos hospitalis p̃dicti in Vesprimen. dioc̃esi excoluntur. petijt insuper quasdam ecclesias, quæ p ipsos Hospitalarios detinent, in quibus dicebāt intētionē sibi de iure cōi fundatā. Prior vero p̃dictus in p̃dictis decimis, & ecclesiis p̃scriptionē allegās, ꝓpoluit sibi his se nō teneri Epo rndere. Auditor hoc audiēs (significauit illud do. Papæ, & ipse mādauit eidē, q̃ idē Prior, ꝓbaret ti rūū p̃scriptionis, quem allegabat: ipse statim exhibuit priuilegia Regis. ac Reginæ Vngariæ, q̃ ꝓtulerūt ecclesiam S. Steph. hospitali donationis titulo in perpetuā eleemosinā, ad quā dictæ decimæ pertinebāt. Induxit ēt quoddā rescriptū confirmationis Clemētis Papæ, ꝓ quod probare volebat prædictam concessionem valere. Ex parte cp̃i fuit propositum, q̃ in decimis & ecclesiis donatis a Rege, & a Regina p̃scriptionem allegare non poterat pars aduersa, quæ non poterat titulū habere a donatione ipsorum, nec a confirmatione Clementis tūn tempus efluxerat, q̃ posset p̃scriptio confirmari, & sic talis titulus nō valebat, immo vt dicunt canones, sacrilegiū incurrit, q̃ decimas, vel ecclesias recipit de manu laicali. Dominus Papa his oībus ꝓsideratis, dicit, q̃ datores p̃dictis id aliis ꝓferre nō potuerūt, qd de iure nō potuerāt possidere, & p ꝓfirmationē Clementis super ecclesia S. Steph. & aliis ad ipsam ptinētibus factā hospitali, iuri Epi nō derogat, ēt si scriptū authenticū appareret. Quare, phibef, ne Fratres hospitalis p̃sumant vlterius impedire, quominus p̃dictus Epus decimas percipiat antedictas, & pacifice
2 possideat in futurū. B. Primo no. ex isto tex. q̃ impedientes debitores meos mihi soluere, possum agere, quemadmodū eps hic
3 agit. hospitalarios, q̃ impediebant decimam solui epo a rusticis
4 eorū, & de hoc latius dicā cū gl. fi. Scdo no. q̃ hospitalarii Hierosol. possunt possidere decimas, & ecclesias, & eas p̃scribere, dummodo habeāt titulū p̃scribēdi. Ex quo infertur, q̃ hospitala-
a rij nō sunt mere laici, a sicut dicimus de quersis alicuius monasterij, de quo dixi in c. quis s. eo. & qd no. gl. in c. cū ex eo. de elec.
4 li. 6. † Tertio no. q̃ ecclesiæ pñt p̃scribi iure ꝓprietatis, dummō habeatur titulus p̃scribēdi; sed sine titulo nō pñt p̃scribi, vt in reg. 1. de reg. iu. li. 6. & vide qd no. gl. in c. ꝓtingit, de dolo. & cōtū. & vi-
5 de qd ibi dixi. † Quarto no. q̃ laici ēt Reges nō pñt aliqd dona-
b re de iure ecclesiastico, b nec pñt possidere ius spirituale. Ex quo infert q̃ Reges sunt puri laici, ita q̃ p coronationē & vnctionē,
6 nullū ordinē ecclesiasticū recipiūt. † Itē no. q̃ donatio iuris spiritualis facta laico; intūn est nulla, q̃ nec ēt sufficiēte titulū p̃scribēdi tribuit, qd no. Et est rō, qa recipiens talē titulū, credens illum valere, errat in iure; sed error iuris non prodest in vsucapione, vt in l. nunq̃. ff. de vsuca. Et ex hoc, & ex rex. no. q̃ errans in iure, licet habeat bonā fidē, nō p̃scribit, ꝓ hoc facit tex. c. fi. gl. in c. apostoli-
7 cæ, §. de don. † No. q̃ recipiēs aliqd ecclesiasticū de manu laici, in
currit crimē sacrilegii. Nā talis titulus nō excusat, qa ꝓ nō dato hr̃, q̃ ab illo dat. q̃ de iure donare nō pōt, de iu. pa. c. qd aūt, & in
8 c. Daibertū. 1. q. 7. † Itē no. q̃ ꝓfirmatio c facta p Papam in forma
c cōi, nullū ꝓiudiciū infert tertio, qd no. Nā vt plurimū religiosi habēt multas similes ꝓfirmationes, in quibus numerantur oīa per ab onere probandi illa bona ad eos pertinere de iure. Nā illa verba sunt narratiua, q̃ recipiūt tacitā ꝓditionē, s. si ita est, q̃ hæc bona pertineāt ad vxos, &c. Itē pōt apponi clausula, sicut iuste possidet, &c. & pro hoc facit qd no. Io. An. in c. dudū, ī. de priui. &
9 in c. inter dilectos, de fide instr. & de hoc aliq d 7. † Vlt. q̃ iudex in
ista p̃spicere in futurū, si nā actionis hoc pātit, facit l. egi, & l. earū. ff. si ser. uēd. & vide qd dixi in c. in nostra, §. de sep. In gl. 2. in fi. Dic de mā. vt plene dixi in c. cū ptingat. §. eo. Nā tex. iste est reducēdus ad aliquē de casibus, in q̃bus peeptio decimarū de iure
10 cōi ptinet ad ep̃m, de q̃bus dixi in d. c. cū ptingat. † In gl. 3. in fi. de
hoc, an & q̃n in p̃scriptione rei ecclesiasticæ req̃rāt titulus, dic, vt hr̃ hodie in c. 1. de p̃scr. li. 6. vbi tex. no. dicit q̃ vbicūq; ius, vel p̃
sumptio resistit p̃scribēti, requirit titulus prima fronte iustus, vel tūn tpis, de cuius initio nō est memoria, & hoc iō, qa pp iuris resistēriā p̃sumit mala fides vt in reg. q̃ p̃ iura, li. 6. q̃ p̃sumptio tollit p
tit. prima frōte iustū: vnde in casu nro cū hoipitalarij p̃scriberēt p̃ ius, debebāt probare titulum prima fronte iustū; sed non profuit tit. p eos all. qa erat euidēter iniustus. In gl. in ver. [Cōcessionē], ibi, [ex certa sc̃ia confirmasset.] intelligit ergo gl. istū tex. in cō
firmatione facta in forma cōi; & qualiter discernat, an sit facta ex certa sc̃ia, vel in forma cōi, dixi in c. 1. & 2. & c. antep. de ꝓfir. vti
11 li vel inuti. † Sed p̃ istū intellectū sacit, qa Papa narrādo donationē factā a Rege, vr̃ ex certa sc̃ia ꝓfirmasse, cū sciret donationē Regis ñ valuisse, vt no. 1 d. c. antepe. Sol. Inn. dicit q̃ forte ī ꝓfirmatiōe nulla mētio fiebat de donatiōe Regis, fortasse ibi hoſpitalarij narrārūt se ex istis causis possidere illas ecclesias, & decimas, petētes earū ꝓfirmationē, & Papa ꝓfirmauit, sicut iuste possidebāt. Vel
d supposito, q̃ de donatiōe Regis sieret mētio, debebat ītelligi sm eū de donatione in casu licito d facta. Puta, si res habuisset decimas in feudū ab antiquo, vel ius patr. ī illis ecclesiis, & no. bñ ista verba. Vr̃. n. in dubio, q̃ debeamus sp p̃sumere donationē cōfirmatā. fuisse factā in casu alias habili; & ad illū casum habilē referēda sit ꝓfirmatio, & est rō nālis. Nā ꝓfirmatio ex ꝓprio significatu denotat firmitatē actus cōfirmati: qa dr̃ a cō. qd est simul, & firmo, quasi simul firmo cū primo donatore. Ergo dēt intelligi de donatione facta in casu habili, si fieri pōt, vt sic ꝓfirmatio intelligat in suo significatu, & nō trāleat in ꝑsciē donationis. Nā al. ud est donare, & aliud est ꝓfirmare, vt ī c. iter dilectos, de fide instr. qd
12 tene mēti. † Sed q̃ro iuxta p̃dicta, nūqd talis ꝓfirmatio facta ī forma cōi, saltē tribuat iustū ti. p̃scribēdi in casu, i quo tiest necessarius ad p̃scriptionē. Iste tex. in ver. cęterū, a ꝓrio facit, q̃ sic, dū dicit, q̃ non efluxerat tūn tps, &c. Inn. tacite sensit oppositū, & ad tex. supplet, Maxime, tñ hoc aperte nō dicit. Sed Host. tenet ꝓtū. Nā. fm eū, si p̃cessio solius epi inualida tribuit iustā cām p̃scribēdi, vt in c. cura, & qd ibi no. de iu. pa. fortius hoc hēr inducere cōfirmatio Papæ. Dicit Abb. hoc multū no. p religiosis hñtib multas similes ꝓfirmationes. Sed Pe. tenet ꝓtū, vt talis ꝓfirmatio nō
13 sufficiat ad p̃scribēdū. † Ego ꝑcordando dicerē, q̃ aut apparebat de validitate ti. ꝓfirmati, & tūc ꝓfirmatio nō tribuit ti. p̃scribēdi. Rō manifesta est, q̃ a errat in iure. Nā si donatio prima aperte est nulla, putarē ꝓfirmationē nō valere, qa errat in iure, & error iuris ꝑdit p̃scriptionē, vt s. dixi. Et ex his puto, q̃ in casu huius c.
e firmatio e nō p̃stabat tit. p̃scribendi, & forte pp hoc Papa in fi. dixit, q̃ nullū p̃iudiciū p illā ꝓfirmationē irrogabatur iuri epali. Nec ob. ver. cæterorū, q̃ ponit verba narratiua partis, & pōdera tur ibi ad maiorē aggrauationē partis, q̃ tūn tps nōdum efluxerat, &c. Si aūt nō apparet ti. ꝓfirmatus, vt sępe ptingit, puta quia monast. nō hēt nisi hāc ꝓfirmationē Papæ; & iatis verosīl, pōt p̃sumere, q̃ p̃cessit ti. habilis; & hoc casu puto ꝓfirmationē p̃stare cām p̃scribēdi, qa hic est error facti & nō iuris. & sic debēt distingui opi. ꝓriæ p̃all. † Nec est verū simplr dictū Host. q̃ p̃cessio
14 solius epi tribuat cām p̃scribendi, sed dēt intelligi, q̃n errabat in facto, vt quia pars putabat capitulū ꝓtensisse; qd tūn nō ꝓtensserat. Vbi aūt erraret in iure, vt puta qa pars crederet solā p̃cessionem epi sufficere, talis p̃cessio nō p̃staret tit. p̃scribēdi, vt est gl. no. in c. 2. de his q̃ fi. a p̃l. & no. in c. de quarta. de p̃sc. Nec credo Host. sensisse ꝓtium. Itē puto, vbi ꝓbabiliter pōt dubitari de validitate prioris tit. Nā tūc nō solū ex confirmatione, sed ex titulo inutili pōt cāri p̃scriptio, ar. in l. 1. ff. de iu. & fac. ign. & vr̃ tex. in c. cū dile. de conf. & hæc no. qa puto verissima. † In gl. fi. in fi. no. fin. gl. g
15 quotidie soleo alleg. cuius est sensus, q̃ libellus seu petitio hēr le vt subiectū, ſnia. vero vt p̃dicatum. Na ſnia dēt esse ꝓformis libello, vt in c. licet Heli. de sim. Et fatuus reputatur iudex, qui pronūciat super non petitis, l. fi. C. de fideic. com. h. Et ex glo. & tex. no. q̃ vbi non apparet de petitione, qa acta p p antiquitatē sunt p̃sumpta
f dēmus ex verbis sententia p̃sumere qualitatem petitionis. Itē vbi

ADDITIONES.

a ¶ Laici. Adde istum in c. nullus nu. 11. & quod ibi posui in apo. ad cū, in versi. de rectoribus hospitalium, supra de foro comp.

b ¶ Ecclesiastico. Adde Old. consi. 1.

c ¶ Qd ꝓfirmatio. Quid operet ꝓfirmatio facta p Papā, tradit Fel. ī c. 2. col. 1. uer. leges insertæ. de rescrip. & in c. inter dilectos. col. 6. sup. de fide instr.

d ¶ Casu licito. Adde per hoc quod voluit Ro. consi. 34.

e ¶ Confirmatio. Adde istum in c. 1. nu. 6. & quod ibi no. in apoſ. ad cum in uersi. adminiſtrandi. sup. de confir. vti. vel inut.

Ant. Fran. ¶ Dicas, q̃ confirmatio nihil tribuit de nouo, nisi qñ confirmatur aliquid de nouo dare. Et quid operetur confirmatio, uide Bar. in l. 1. q. quā legit cū l. more. & ibi per Alex. ff. de iurisd. omn. iud. & vide Paul. de Cast. in cō. 132. & p Oldr. in consi. 164. & vide Card. in elem. 1. de iureiur. & plene tradit in c. 1. & 2. de confir. ut. uel inutil. ubi plene de materia.

f ¶ Sententiæ. Ex qualitate sententiæ præsumitur pro libello. Ad quod etiam bene no. istā gl. d. An. hic, quod credere verū, non apparēte libello, & eo casu, quo pro ſnia pſumit, ēt quo ad procedūm, vt qñ trā fuit in rē iud. fm Inn. in c. bonæ, il 1. de ele & in c. quoniā, de prob. vel qñ fuisset expresse approbata, alias non crederē hāc gl. verā. Dicit tū Spec. in tit. de lib. obl. q̃ si admittatur libellus, & de eius substantia dubitatur, debet super hoc tra ri dicto actoris, & illud dictum refert do. An. in c. 1. in vlt. verbis. de lib. obl. Item simpliciter sententia in dubio rescinditur ex qualitate actoris, vt dicit gl. no. in c. fi. confirmationem, de ele. in 6 & in l. fi quis ad exhib. de ex. rei iu. Item ex qualitate libelli præsumitur qualitas sententiæ, tex. elt opt. in l. fi. præses, ff. de pœn. & facit tex. in l. fi vt fundum, ff. commu. diui.

Ant. Fran. ¶ An sententia præsumatur iusta, dicas, q̃ in dubio pro ea præsumitur, nisi contrarium probetur, l. Herennius, §. Caia. ff. de eui l. Bebius, ff. de pac. dota. l. ab ea parte, ff. de prob. c. ſicut, & ibi per do. An. in pe. char. de elec. & hr̃ per Inn in c. bonæ, il 1. eo. tit & c. cū inter, & in c. cōſanguinei, de re iu. & vide Io. An. in c. in præſentia, de renun. Et qñ ēt præſumatur ea in processu oia solemniter interuenisse, hr̃ in l. sciendū, & ibi late per Io. de Imo. ff. de ver. obl. & intellige prædicta uera, nisi a ſnia appelletur, quia pendente appellatione non præſumitur pro ea, nisi iuſtificetur, vt per gl. & Bal. in l. 1. in 1. col. C fadu. cred. & per Bal. in l. fi præses, in 1. q. C. quominodo. & quando iu. & habetur per Alex in consi. 22. in 2. parte. Et adde q̃ in causa matrimoniali in dubio præsumitur pro sententia, vt in c. cōſanguinei, & ibi per Host. de rescrip. Vbi dicebat Io. And. q̃ qui dicit sententiam iniustam, debet probare, & vide quæ habentur in l. 1. ff. ad Turpil.

bi verba libelli sunt dubia. † Scdo no. modum & praxim iudi per interdictō, vti pos. Inno. vltra istos duos intellis gl. ponit alios intellectus. s. q̃ hic fuit actum ꝓfessoria. Sed certe iste intellis nō applaudet literæ. Nā ꝓfessoria est actio realis; vnde hēt se in incorporalibus, sicut rei vend. in corporalibus. vt Inst. de ac. §. i. vnde pa
tet hic pronunciasset ius decimādi ptinere ad Ep̃m, qd nō fecit, sed simpliciter prohibuit, vt hospitalarij vlterius non impedirent Ep̃m. † Alius intellectꝰ Inn. est, q̃ fuit hic actum actione de dolo, nō ad decimas p̃sequēdas, sed ad interesse, qd passus est epus ex dolosis ſtorū hospitalariorum. ar. in l. cum qs, ff. de do. vbi tex. no. dicit, q̃ si qs pſuasit dolose colono meo, vt de possessione abiret, postea agere ꝑ ipsū actione de dolo ad interesse. Si hic potuit agere Epus ex pſuasione dolosa, q̃ ipsis rusticis Hospitalarij fecerāt, & ille intellectus est verus in se, sed nullo mō cōgruit petitioni, seu ſntētiæ. Ideo tene lec. gl. q̃ hic fuit actū interdicto, vti pos. ꝑ istos moleſtatores. Sed extra gl. opp. vr̃ enim hic papam fuisse diminutum, quia super ecclesiis petitis nihil pronunciauit, contra iura peritus alle. Sol. dñt. Doc. q̃ illa pars sententiæ nō fuit hic decisa, quia non faciebat ad ti. fim lis decisio in c. veniens, de præscr.

SVMMARIVM.

a *Prædia, de quibus sunt soluendæ decimæ, sunt danda colenda talibus, a qui bus sine contradictione possit ecclesia decimas conſequi.*

b *Onus impositum super aliquare facit illam rem minus valere.*

c *Pretium rei est æſtimandum, non secundum quod valet ipsa res libera, sed cum onere, quod habet in se.*

d *Licet, censetur habere quoddam ius in prædio, ex quo debetur decima.*

e *Decimæ sunt integre soluendæ, aliàs non ita soluens peccat mortaliter, & po test excommunicari.*

f *Excommunicatio non fertur nisi pro peccato mortali.*

g *Decimæ sunt debitæ ex præcepto vtriusque testamenti.*

h *Decimæ prædiales sunt soluendæ a possessore prædij, licet ipse habuerit pactū a vendente, vel alias tradente, ne teneretur, potest tamē ipse habere regressum contra talem promittentem.*

i *Consuetudo diminuens quotam decimæ, non valet, nisi a papa approbetur.*

k *Diuturnitas siue tolerantia papæ an habeatur pro dispensatione, vel consensu. 9.*

l *Decima tam personalis, quàm prædialis est de iure diui. & vtraque est soluē da, & asserens contrarium, est quasi hæreticus, tamen in tali prestatione decimarum multum operatur consuetudo loci.*

CAP. XXXII.

In aliquibus. †Hoc dicit. Dñi p̃diorū cogi possunt, vt p̃dia colēda dent talibus, a q̃b. sine ꝺdicione ecclesia possit decimas p̃sequi. h. d. vſq; ad §. ille, q̃ nō sum
mā pp breuitatē. Prima pars ponit excessum, quē sc̃do corrigit, ibi, [Volentes.] Casus li. In q̃busdā regionib. q̃dā sunt gentes, q̃ fm ritus suos decimas nō soluunt; licet Christiano
rū ſnitiæ, q̃ fm ritus suos decimas nō soluunt; licet Christiano rum censeant. His q̃dā dñi p̃diorum ea tribuunt excolēda, vt decimis defraudātes ecclesias, maiores inde redditus assequātur. Si gnificatum est dño papæ, q̃ mādat, vt ipsi dñi, talib. p̃onis, & taliter ſna p̃dia cōmittant, q̃ ab sq; vlla ꝺdictione cū integritate decimarū, pertioluāt clerici ecclesiæ, quibus dētur; & si necesse fuerit, p
censuram ecclesiasticā ad hoc cōpellantur. In fi. dicit, q̃ ille decimę. quæ dēnt de iure diuino, vel de loci p̃suetudine approbata, necessario sunt soluēdæ. B. Primo no. ex isto tex. ar. q̃ mistura Christianorum hēntium varios ritus, nō vr̃ a iure reprobata, & verbum, Rutus, denotat mores in spiritualib. Nā in q̃busdā locis vt in Insu
la Cretēsi, & in Insula Cypri, sunt Græci permisti Christianis. Itē
reperiuntur in aliquibus locis Armeni & Indi, qui cēsentur Christiani: sed hēnt varios ritus, & diuersos à nobis. Cōtra qd tñ facit, quia cum sint hæretici, & per ꝓs excōicati, sunt vitandi, & punien
di. de hær. c. ad abolendā, & c. excōicamus. Pōt dici, prout dicit no. 20. dist. c. 1 q̃ papa eos tolerat in ritibus eorū. † Scdo no. q̃
a onere oneris a adiecti in ꝺcto res vr̃ minus valere. Nā onus vr̃ pars rei, vt dicit tex. no. in l. fundi partē, ff. de ꝺh. emp. Et p hoc infero, q̃ si qs vēdit p̃dium cum onere retinendi, si postmodum alligat paruitas p̃tij ad inferendum ꝺctum fictitium & vturarium, nō dēt æſtimari verus valor rei; sed dēt hēri respectus ad onus impositum. Nā tāto minus valet p̃diū, et ita pluries in facto rndi, qđ
b quia multi errāt, & vide qd dixi in c. ad nostrā, de emp. & ven.
c limito gl. in c. 2 q̃ questus, de vſu. † Tertio no. q̃ rone decimæ vr̃ ecclesia hr̃ quoddā ius in fundo, vnde pōt cōpellere dñm. vt fun
dum de talib. excolendum &c. vt in l. fa. † No. ibi, [Cum integrita
d tatis.] q̃ non sufficit aliq d dare nōe decimæ, prout tenuit Magister Gratianus, vt refert gl. in c. j. eo. ti. li. 6, sed oportet, q̃ soluat cū integrita
e te. & nō soluēs itegre vr̃ peccare mortaliter, qđ colligit ex eo, qa
f idē ad hoc cōpelli p excōicationē, & excōicatio nō fertur, nisi p mortali, vt in c. nullus, & c. nemo 11. q. 3. † No. in §. ille, q̃ decimæ hodie sunt soluēdæ necessario ex lege diuina. Aptissime vult er
g go ista tex. q̃ illa l. diuina edita in veteri testō circa solonem deci
h mari, necessario sit hodie seruāda in nouo testō, qđ est aperte ꝺ
i Theologos, q̃ tenuerunt, & tenēt, q̃ hodie dēcima in nouo
k testam. sit in libertate ipsius ꝓstituta, vt sic non teneāt qs soluere,
l nisi velit, de quo dic, vt statim latius dicā cum gl. fi. † In gl. j. ibi, [Non nocet ecclesiæ.] vult dicere, q̃ si trāsferens fundum in aliū,
paciscatur, vt ipse teneatur ad decimā, & nō possessor, hoc pactū nō præiudicat ecclesiæ, quominus posset petere à possessore. Rō, quia hoc est onus reale, & sic ipsa res sequit possessorem, valet tñ pactum in p̃iudicium pacisc entium, qa si possessor soluit, tenet ille, qui se obligauit ad ꝓstandum illum indemnem, & sic locui tur ille §. pactum. all. in gl. pro ꝓrio. Sed opp. ꝺ tex. Nam si hoc esset verum, non refert, q̃ b. p̃dia colenda traderent. Nam à Iudæis & Saracenis ecclesia extorquet decimas p̃diales, vt in c. de terris, & qđ ibi dixi, s. eo. no. Ioā. And. in addi. Spe. super rub. de Iudæ. ergo multo fortius potest eccl. petere ab istis Christianis, licet fm eorum ritus, decimā non soluerent. Sol. fatendum est ꝓrium, sed qa non poterant isti de facili compelli per ecclesiā; qa non curabāt de excōicatione, ideo ad hoc præiudicium facti cessitādū, entanauit prouisio, de qua hic. † In gl. fi. in fi. no. bene istā gl. ad quā quotidie fit remissio. Concludit enim q̃ decimæ hodie sunt in p̃cepto; ēt ex dispositione legis diuinæ, & q̃ nō valet ꝓria ꝓsuetudo, c
c ēt si diminuit quotā decimæ, nisi talis consuetudo esset a papa ap probata. Et ad istum tex. in fi. qui ponderat consuetudinem loci, ñ det, q̃ loquitur in casu c. cum sint homines, & c. ad apostolicę,
d s. eo. f. vt valeat cōsuetudo, d vtrum decima debeat ecclesiæ parochiali, vel p̃diali, non aūt valet, vt nullo modo dēatur, vel vt decima integre nō soluat. Et idem Inn. hic, qui loquit in hoc clarius, q̃ glo. Alij, & secundo intelligunt tex. in consuetudine approbata à papa, & in hoc no. istum tex, fm hanc lec. q̃ valet consuetudo ap probata a papa, minuens quotā decimæ, puta, vt soluat duodecima, vel vigesima pars, prout viget in multis locis, & hoc hēo pro
8 indubitato, si apparet de approbatione papæ, per ea, q̃ dixi in c. à nobis, s. eo. † Sed dubito, nunquid sufficiat taciturnitas ipsius. Nā q̃ nō sufficiat, multum faciunt iura antiqua, quæ hñr in decretis, & ista q̃ hñr in hoc volu. Item iura noua in 6. & nouissima in cle. in q̃b. papa sp mādat integrā decimā solui, & sic vr̃. q̃ taciturnitas papæ hodierna non sit dispēsatio, sed hēt locum illud. Multa per patientiā tolerantur, & c. vt in c. cum iandudum, de prēb. Sed pro ꝓria parte, quæ vr̃ benignior, & æquior, silē, vt tot homines non damnentur, potest dici, q̃ cum papa exp̃sse non reprobet talem consuetudinem locorum, iura sua hēnt locum in locis, vbi p ma iori parte decimæ integre soluuntur, facit c. j. de consti. lib. 6. Alij fuerunt in opi. q̃ litera ista procederet fm consue. Theutonicorum, q̃ pro decimis soluunt certas mensuras; siue coloni aliquid recolligāt. siue non, & rone incertitudinis, cum eccl. possit sibi ꝺre
e ad damnum, vel lucrum, e talis consuetudo est toleranda. Et no. bene hanc opi. q̃ fuit Vin. & non reperio per aliquem reprobatā, facit. n. pro consuetudine, q̃ est Venetiis, vbi in vita nō soluunt decimæ p̃sonales, sed in morte soluitur decima de oīb. mercātijs localibus, & alijs mobilib. Nā potest ꝺ habere eccle. ad lucrū & ad dānum, quia si ille reperitur ditatus in morte, eccle. sentit lucrum. si depauperatus, sentit damnum. Host. intellexit istum §. in princ. in decimis p̃dialibus, quia illæ debētur lege diuina, & cum
9 integritate. † Secundā partē intellexit in personalibus, dicens, q̃ p̃sonales non sunt in p̃cepto, nisi prout cōsuetudo se hēt. hoc verum, nisi in loco non esset p̃diales, vel modicæ, & sacerdos indigeret. Nā tunc parochianus pōt cōpelli ad soluendum decimam p̃sonalem, iuxta illud Pāl. Sumite p̃almū, & date tympanū, & c. i. sumite spiritualia, & date tpalia ministris ecclesiarū. sed Inn. s. eo. super rub. hanc opi. damnat, dicit. n. q̃ dicētes decimas p̃sonales non esse de iure diuino, sunt quasi hæretici, & miratur de notis Theologis ꝓrium asserentib. Nā si de his, quæ producit humus terræ, dēt Deus honorari, fortius in his, quę producit opera & in dustria hominis, tāquam dignior. Pro hoc alle. quod hr̃ Gen. c. 4. & Deut.

ADDITIONES.

a Seb. Sap. Rone oneris. Vide Abb. in c. ad nostram, col. fi. sup. de emp. & vend. ubi idem sentit. Contrarium tū sentit Pa. de Ca. in l. j. C. de rescin. uend. ubi vult, q̃ remedium d. l. 2. habeat locum etiam, q̃ fit pactum de retrouendendo, non considerato illo onere, & ita dicit teneri communiter per Doct.

b Cum onere. No. ad prædicam, & ad intellect. l. 2. C. de rei vendi.

c Consuetudo. Vide Alex. in cons. 60. inc. Rom. Ecclesia, in 4. vol. And. Sic. in cō sil. 49. in c. illud in medium referam, in 3. vol. & in consi. 35. inc. sapientes scribitur, col. 7. in 2. vol. Fulg. in consi. 166. inc. q. quæ vertitur.

d Consuetudo. An valeat consuetudo, q̃ decimæ non soluantur. Et adde hic d. An. in 1. col. ver. per hanc decr. dicunt Doct. & in c. nonnulli, in 4. col. de cler. non resi. & in c. ex transmissa, de præscrip. Et vide omnino per Arch. in cap. quicunque, il 1. 16. q. 7. vbi concludit, q̃ valet consuetudo, q̃ non præstentur decimæ personales, secus in prædialibus. Nam dicit, q̃ decimæ personales non sunt debitæ de iure. Item addit etiam ibi, q̃ in prædialibus decimis minutis, valet talis cōsuetudo, & vide Arch. in c. maiores, 16. q. 7. ubi refert B. Tho. q̃ decimę non requiruntur, ubi fine scandalo requiri non possunt propter desſuetudinem. Item vide omnino quod late scribit Ray. in sum. de deci. vltra me. ver. Item quæritur, vbi dicit, q̃ valet consuetudo, q̃ decimæ personales non præstentur, sed debent solum de iure possiduo, de quo vide per Pe. de Anch in c. 1. in 5. col. ver. opponitur, q̃ minutur, & in ver. opp. & videtur q̃ in decimis, de præsc. in 6. & late per Host. in sum. de deci. in §. fi. in 3. col. in ver. & quæritur, cum multis seq. & melius quam alibi in iure, per d. Ant. in c. parochianos, in antep. col. sup. eo.

e Vel lucrum. Hanc opi. sequitur Fulg. in consi. 166. inc. in q. quæ vertitur, col. 1. & Pau. de Cast. in consi. 324. inc. in causa decimali, cir. med. secundum antiq. impress. Soc. in consi. 154. inc. circa primum consultationis arti. col. a. in 1 par. & in consi. 297. inc. viso priuilegio, col. 1. in 2. par.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Deut. 12. vbi vī litera hoc velle. Hanc opi. vī approbare Io. An. qui dicit, q hæc litera nō intendit per ꝓsuet. diminuere decimas debitas iure diuino; sed potius aggrauare solutionē decimarum; vt sit sensus literæ, q decimæ p̄diales, & p̄sonales, q̄ debent iure diuino, necessario sunt soluendæ; & nō solū illæ, sed ēt q̄ debent loci ꝓsuetudine approbata. Sed certe iste intellectus [iudicio meo] multū est literæ amicus. Hāc opi. post multa sequit d. Ant. in c. parochianos. §. eo. vbi dicit, q multos Theologos ꝓsuluit sup hoc tā in ꝓfessione, q̄ extra; & q nunq̄ reperit vnū, q sibi faceret con scientiā super solutione decimarū: sed ipse hoc dānat, & dicit tales nō procul ab hæresi, cū oēs Doct. ecclesiæ, qui fuerunt sancti & doctissimi viri, Greg. Augu. Hiero. & Ambr. tenuerint ꝓriū, vt hī 16. q. 1. c. reuertimini. & c. decimæ. ea. cā. q. 7. c. quicunq; maiores, de ꝓcer. dist. 5. c. quadragesima. Et dicit se credere eos quasi damnatos, q volūt credere istis asserētibus oppositum. Sed vide opi. Host. §. eo. in c. a nobis. q̄ mihi ꝑ salute cōi multū placeret, si esset vera. Dicit n. ibi, q in locis, in q bus ēt decimæ prædiales nō soluunt; si nō vēdicant, & nō soluunt, nō peccāt nō soluētes. Vī enim Papa cū eis dispēsare, tāltem quoad præteritas decimas. Et pro hac opi. facit c. nō est. §. eo. dum mandat nō soluētes excōicari, si neglexerunt. Gl. tñ in c. 1. §. eo. in 6. vī hoc reprobare; quia ecclesia quotidie clamat, vt decimæ soluantur, & ius diuinū dicit, Decimas & primitias nō tardabis offerre. Exod. 22. Vide gl. no. in d. c. q cūque. 16. q. 7. q̄ dicit, q ēt p̄sonales sunt de iure diuino: & q licet in quantitate cathedratici currat præscriptio, vt in c. olim, de censi. nō tñ currit in quātitate decimæ, vide bo. tex. ēt cū gl. 33. q. 5. c. dicat. vide ad mām pulchre per Arch. 16. q. 1. in c. decimæ. & in d. c. maiores. & in d. c. q cūq;. vbi ponit opi. B. Thomæ, & quorundam Theol. & vī velle, q preceptum decimæ non sit ex toto morale, sed partim ceremoniale, & dic, vt ibi latius prosequitur. B. Tho. fuit in opin. q vbi de ꝓsuetudine nō soluuntur, nō peccāt non soluentes; nisi ꝓp obstinationē animi, vt si haberent animum obstinatū ad nō soluēdū, ēt si p̄ciperet eccl. tūc tales peccarent mortaliter. Et hæc opi. multum mihi placet, ne tanta multitudo pereat: tenendum tamen est, q de iure diuino decimæ debentur cum integritate. Nam licet motiua Theologorum multum stringant; tamen in dubiis debemus stare interpretationi Ecclesiæ. & summi Pontificis, vt probatur in cap. per venerabilem, qui fil. sint leg. & adde hic ea, quæ dixi supra eo. super rub. & quod no. Host. in d. c. a nobis.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ soluuntur ante censum & tributa; si vero primo detrahuntur census & tributa, illa sunt decimanda. 4.*
2 *Fructus terræ respectu Dei, dicuntur naturales, sed respectu culturæ dicuntur industriales.*
3 *Causæ quando concurrunt duæ in eadem re, vna potētior alias, illa præualet, qu æ potentior est.*
5 *Decimæ an & quando sint soluendæ, vel a domino, vel a colono, aut ab vtroque. 6.*
7 *Decima an sit soluenda in parochia, ubi res fuit seminata, an ubi postea fuit plantata.*

CAP. XXXIII.

Cum non. Hoc dicit. Prius soluendæ sunt decimę quā census, seu tributa: & si prius illa soluuntur, postea decimari debēt. h. d. Dividitur. Primo p̄missa rōne ponit excessus. Secdo alia rō, & excessus, phibitio ib., [Cū autē,] Tertio alia rō ibi, [Qm̄.] Casus lit. Quidā ante solutionē decimarū dedu cebāt de fructibus decimādi cēsus, tributa, & alias expēsas. Cū ergo Dns in signū vīs dñij, quasi quodā spāli titulo sibi reseruauerit decimas, volēs cōciliū, ecclesiarū dispendiis & alior̄ periculis obuiare, statuit, q exactionē cēsuū, vel tributorū p̄cedat solutio decimarū; vel saltē illi, q cēsus vel tributa indecimata percipiūt, cōpellant p cēsurā eccl. decimare ecclesijs, q bus de iure debent; 1 qa res trāsit cū onere suo. B. † No. ex prin. literæ, q fructus segetū & arborū cēsent potius nāles q̄ industriales. Nā totū attribuit dī uinæ potētiæ & misericordiæ; cū semē mortificet in terra, nec il lud semen colligit. Itē arbores recipiūt incremētū ex terra, ex dispositione diuina; & hoc p̄cedit, quoad solutionē decimæ. Nam alia p̄sideratione. f. vt possessor bonefidei faciat fructus suos, fructus segetū censet potius industrialis, q̄ nālis; & hoc pp nimiā cu rā, q̄ adhib ēt in cultura, vt no. gl. in c. grauis. de rest. spol. & in lex diuersō. ff. de rei vē. & sic solue ꝓriū, q̄d formari pōt de no. in p̄alle. iuribus, vt respectu Dei cēseant fructus nāles; sed respectu ho- 2 minis cēseant industriales. † Sed o no. illa verba Apostoli, q̄ habē tur 1. ad Cor. 3. q neq; q plātat, est aliq d, & c. q̄ verba pōt intelligi ad literā, vt iacēt. Itē mystice, videlicet q neq; q plātat. f. p̄dicādo est aliq d, neq; q rigat. f. baptizādo: sed q incremētū dat. f. infundēdo 3 gr̄am spū dē, vt est Deus. † Tertio no. q ubi ꝓcurrunt duæ causæ, quarū altera est potētior, illa est p̄ponēda minus potēti: nā tributū soluit in signū ṗalis dñij; decima in signū p̄nalis, & sic, cū hæc cā sit potētior, dēt solutio decimæ p̄cedere solutionem tributi. 4 † No. q tributū, pueriēs ex aceruo nō decimato, dēt decimari illi eccle siæ, ex cuius parochia fructus pueniūt: hoc intellige, vt ple- 5 nius dixi in c. tua, §. e. vbi recitaui dicta Inn. hic. † Vlt. no. q agricul

a tor[a] tenē solucre decimā ecclesiæ, antēq̄ soluat dñō tributum, vel cēsum. Et ex hoc inferebat d. Pet. q si ecclesia petit decimā a colono, nō pōt colonus euitādo hoc onus allegare dīm. cū notoriū sit decimā deberi ecclesiæ; & sic vult, q ēt inuito dño, ꝑōt decima extorqueri a colono; g animo pluis sentit, q ecclesia nō pe tēte possit colonus, cū soluit dño partē suā, retinere integrā decimā suā penes se, vt eā soluat ecclesiæ, qa in pari cā potior est ꝓditio possidētis. Hæc dicta mihi simpliciter nō placēt. Sed distinguo sic, cū q̄rit, an colon⁹, an dns dēat soluere decimā, q aut sup hoc est ꝓsuetudo, vt qa rusticus ꝓsueuit decimā integrā soluere, & tūc seruāda est ꝓsuetud o. ad hoc all. tex. o. pt. in sol. tributorū in l. libus. C. de agr. & cēsi. li. 11. & gl. ibi extēdit illū tex. ad mām nram. Aut no apparet de cōsuetudine, qa eccl. q̄nq; recipit a manibus rustici, q̄nq; a manibus dñi; & tūc aut oēs fructⁿ spectāt ad dñm; licet dns teneat dare certas mēturas, seu certos nūmos colono; & tūc puto, & non rusticus, sed ipse dns hēt soluere decimā. Pro hoc tex. in c. cū hoīes. §. eo. vbi vī. pbari. Nec puto, q colonus possit hoc casu soluere decimā, dño inuito; qa ītcrest dñi, vt sit p̄sens, ne fraudet ipse, vel ecclesia; & sic nō obsī. q notoriū sit decimā deberi ecclesiæ. Aut cō, fructus oēs ptinēt ad colonū, qa ꝓduxit p̄diū, & dēt dño certā pensionē; & tūc ipse colonus soluet decimā, ar. hic Nā oēs fructus hic ptinebāt ad colonū; sed ipse tenebat dare tributū, vel cēsum dño. Vel vterq; dñs, & colonus, recipit quotā; & tūc vterq; soluet, p parte sua, ad hoc c. tua. §. eo. sensit gl. in c. in aliq bus, §. eo. & sic distingue, & intellige gl. 1. hic. q̄ lo 6 q tur aliquantulū intricate. † In gl. 1. in fi. dic, q aut q̄rit q̄s teneat ex debito decimā soluere, an colonus, aut dns, vel vterq; & istū art. plene expediui in d. c. tua. & dic vt ibi. Aut q̄rit, vtrū alter eorū possit soluere decimā totā, alio inuito absente; & hūc art. §. expediui, & sic art. iste est prorsus separatus a mat. illius c. tua. Extra gl. Io. An. adducit istū tex. ad q. Quidā sē minanti porros in parochia S. And. demū illos plātauit intra parochiam eccle siæ S. Io. quæritur, cui ecclesiarum debeat solui decima ista? Facit tex. iste pro secunda eccl. q neque qui plantat, neque rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat; sed incrementum procedit in parochia secunda, & non in prima, ergo secundæ debet fieri solutio huius decimæ. In contrarium facit quod habetur Deut. 14. & Paral. 31. vbi habetur, q de omnibus quæ producit humus, decima est soluenda. Item est initium ꝓspectandum, vt in c. dudum. de elec. Hæc est pulchra q. & difficilis, & eam plene videas in Mercuper Io. An. in reg. qui prior est tempore. lib. 6.

ADDITIO.

a ¶ A gricultor. Adde quod notaui in apost. ad istum post eum in c. licet. nu. 1. in apo. in ver. alij. traduntur excolendi. sup. eo.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia de non soluendis decimis concessa alicui loco religioso, non extenduntur ad decimas prædiorum de nouo acquisitorum, ex quibus ante decimę solu ebantur. nu. 4.*
2 *Non emere, vel non vendere, an & quando possit aliquis se obligare.*
3 *Quando duo sunt pariter priuilegiati, remoto priuilegio, quoad vnum, non ex tenditur ad alium.*
5 *Decimæ possunt præscribi a religiosis, etiam parochiam non habentibus, dummodo habeant titulum.*

CAP. XXXIIII.

1 **Nuper.** † Cisterciēses, Templarii, & Hospitalarii de fructibus possessioni m, q̄us acquisierūt post ꝓcilia gn̄ale, de quo hic decimas soluere tenent, si de illis possessionibus prius soluebantur decimæ. Dīæ sunt partes. Primo statutum Cister. Secundo confirmatio, & prouisio Papæ, ibi [Ne occasione.] Casus literalis. Abbates ordinis Cister. habebant priuilegium de non dandis decimis de laboribus, quos excolunt sumptibus suis: vnde grauiter ledebantur ecclesiæ, cum ipsi quotidie multas acquirerent possessiones. de quibus ecclesijs decimæ soluebantur; propter quod dicti abbates ad commonitionem concilij statuerūt, ne de cętero Fratres ipsius ordinis emāt, possessiones de quibus decimæ debeant ecclesijs; nisi forte pro monasterijs fundandis de nouo. & si tales possessiones, de quibus decimæ soluebātur, eis fuerint pia fidelīū deuotione collatæ aut emptæ pro monasterijs de nouo fundandis, committantur aliis excolendæ, a quibus, ecclesijs decimæ perfoluebantur, ne occasione priuilegiorum suorum, ecclesiæ vlterius aggrauentur; propter quod statuit concilium, vt de alienis terris, & de his, quas de cętero acquirent, decimas ecclesijs soluant, quibus rōne præ diorū ante soluebant; si propriis sumptibus eas excolāt, nisi cū ipsis ecclesijs amicabiliter duxerint cōponēdū. Et hoc q̄d dicti est de Cisterciēsib. extēdat ad oēs alios, q̄ habēt similia priuilegia. Præcepit ēt ꝓciliū, vt ecclesiarū p̄lati prompti e- ifīāt ad exhibē- dū p̄dictis priuilegiatis, de suis malefactorib⁹ iustitię cōplemēta, & eorū priuilegia diligēter obseruēt. B. Primo no. tex. quasi aper 2 tū, q ēt de p̄dijs dotalibus a ecclesiæ dēt solui decima p̄dis eccle- sijs, q bus prius soluebat, siue talia p̄dia pia deuotione fidelīū fuint oblata, siue empta pro monasterijs fundādis. Nā si hoc procedit in monasteriis Cistercien. quę erāt priuilegiata super decimis for tius procedit in monasteriis aliorū religiosorū, vel in ecclesijs secularibus, & est iste tex. ꝓ gl. in c. nouū genus, §. eo. & sic pro gl. in c. i. de cen. quæ tenuit, quod §. dixi, & ad hoc tenę menti istum tex. quia nescio alibi æque bonū in hac mā, & non solet ad hoc allegari. Et de hac mā vide quod plene dixi in c. nouū genus, §. eod. 2 † Secūdo no. q pōt quis se obligare ad non emendū possessiones: & per ꝺns ad non vendendū. Sed in ꝓriū facit tex. i. pen. ff. de pac. vbi dī tale pactū non valere. Et ad istū tex. tñ dicit hic Abb. q papa hoc statutū hic confirmauit. Sed certe non est bona tñ ratio; qa papa non solū non ꝓfirmauit, sed potius ademit. Itē isti fecerunt statutū ad cōmonitionem papæ, & fic sumpsit authoritatē ex facto eorū. Vnde dicendū, q collegiū tanq̄ corpus fictū, vt in c. quāto, de his quæ fi. a pl. & in l. mortuo, ff. de fideiu. non pōt sibi ipsi hāc ꝓpīgere, sed in singularibus personis de ipso collegio; bene pōt hanc legē imponere, sicut videmus cōiter, q plerunq; ciuitas statuit, vt non liceat singulis alienare possessiones in nō suppositos; & sic loquitur iste tex. Tertio no. q priuilegia oīum religiosorū de decimis non soluēdis collata ante tps hujus concilij, sunt reuocata 3 quoad possessiones acquisitas post hoc ꝓciliū, & sic priuilegiū, de quo in c. ex parte, il. §. eo. hodie emanauit quoad possessiones acq̄sitas post hoc concilium. † Itē no. ibi, [Extendi volumus.] q vbi duo sunt pariter priuilegiati, reuocatio priuilegij quoad vnū, nō extenditur quoad aliū, nisi princeps expresse extēdat. sic dicimus in alia dispositione odiosa, vt est tex. iuncta glo. no. in c. cōstitutio nē, de reg. lib. 6. Et facit iste tex. multū no. ad q. legistarū, no. in l. fi. C. de sacro sanct. eccl. Nā ibi in certis casib. priuilegiū ꝑscriptionis 100. anno. fuit collatū pariter ciuitatib. & ecclesijs; demū per ius Authenticorū fuit reuocatū quoad ecclesias, & statutū, vt tōla eccle 4 sia Rom. gaudeat priuilegio 100. ann. aliæ vero solū 40. ann. Quæ ritur tunc, an idem sit dicēdū in ciuitatibus. Nā si priuile. fuit reuocatū quoad ecclesias, q̄ erāt magis fauorabiles; ergo & quoad ciuitates. In ꝓriū facit hæc litera inducta modo prædicto in prin. Oppo. ꝓ tex. de ꝓrietate. Numaliter disponitin prin. c. aliter in ver. [Nec occasione.] Sol. in prin. c. ponit statutū ipsorum Cister. qui processerunt colorate in reuocatione priuilegij eorū. Nā cum esset priuilegiati super decimis terrarū, quas excolebāt propriis manibus, vel iumentibus, vt in d. c. ex parte, ipsi statuerunt, vt possessiones de cętero acquirendæ traderentur aliis excolendæ; vt sic remaneret integrū priuilegium eorū, & ecclesiis prædialibus succurreretur. Papa vero in ver. [Nec occasione,] volens prouide ratus, statuit vt siue propriis manibus excolāt, siue aliis tradāt excolendas, debeāt soluere decimā de possessionibus acquirēdis post hoc concilium, & fuit factum, hoc concilium, ſm Ioā. And. an. Domini, 1215. 17. an. pont. Inn. Et phot potes instrui de pos 5 dēt ac quilitis post hoc cōci. Item credo, quisti Cister. gaudeāt saltem priuil. cōr religiosorū, vt de noualibus, quæ excolunt propriis manibus, vel sumptibus, non soluāt decimā, vt dē in c. ex par te, quia solum hic reuocatur priuilegiū laborum suorū, & non 6 noualiū, ar. in d. c. ad audien. §. eo. † In gl. 2. ibi. [An tequā deficeant ecclesię.] vī ergo gl. velle q priuilegiū perdatur solū ante quā ecclesiæ ædificarentur, & ita Host. vī intellexisse glo. quā reprobat. Sed vt dicit Io. And. non est credendū, q gl. habuit hanc intellectū, sed potest sic saluari. Nā pro monasterijs de nouo fundādis, ꝓcuritur possessio pro fundo ipsorū monaste. & talis possessio est onerata decimis antequā monasteriū fundęatur, sed post fundationē monasterij frustra quærimus de decima, cū ibi nihil reco lligatur, sed de reliquis possessionibus - quæ acquirūntur pro dote monasterij, soluitur decima, tā ante constructionē monasterij; q̄ 7 post, vt litera satis innuit. † In gl. 3. ibi. [Possideri non potest.] Ad uerte, quia loquitur multū improprie. Nā si religiosi non possent decimas possidere, non valerent eas præscribere, cuius ꝓriū probat in c. cū in tua, & in c. dudū, §. eo. sed gl. habuit bonum intellectū, debet. n. intelligi, q religiosi de iure non habent ius deciman di; tñ in veritate nulla in hoc sit dīa inter religiosos & clericos seculares, quia si religiosi habent parochiā, percipiunt decimā, sicut clerici seculares, vt in c. suggestū, & quod ibi dixi, §. eod. & idē est in clericis secularibus. Nā si non habent parochiā, non ꝓsunt habere ius decimādi. Nam decimæ sunt hodie de iure parochiali, vt in c. fi. §. de paroc. Vnde concludendo q. gl. licet Hostien. & Io. And. multū se inuoluāt, dico bī, q tamen religiosi, q̄ clerici volentes præscribere decimas, aut actiue, aut passiue, debent habere titulū, quia ex quo ius commune eis resistit, cum non habent parochiam, non possunt sine tit. præscribere, vt probatur in c. i. de præscr. lib. 6. & adde gl. in c. in aliquibus, §. eo. in fi.

ADDITIO.

a ¶ Ciuitatib. No. pro opi. Dy. & Io. contra Pla. relata per Accur. in authē. quas actiones, C. de sacrof. eccl. q. d. auth. corrigens præscriptionem centenariam in ecclesia, non tamen intelligatur per hoc corrigere in ciuitate.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non potest pignorare decimas, quas detinet, siue sine ti. siue cum titulo, nisi isto vltimo casu pignoret clericis, & cū consensu diœcesani, nu. 3. 4.*
2 *Dispositio concernens vniuersos, extenditur ad singulos.*

CTA P. XXXV.

1 **Interdicimus.** † Breue est, iō non sum̄atur. No q laicus nō potest pignorare decimas, nec clericis, vt hic; nec laicis, vt in c. prohibemus. §. eo. & ideo iste tex. solū facit mentionē de clericis quia in d. c. prohibemus. fatis 2 fuit cautū in laicis. † Secundo no. q dispositio cōcernens vniuer sos, extenditur ad singulos, & in hoc tene menti istū tex. & vide 3 quod no. in c. nimis, il. 1. de excess. præl. † In gl. i. in fi. Concludo glo. est, q tex. iste procedit tā in decimis a laico, de facto possessis, in decimis sibi possessis in feudū ab antiquo. Et rō prohibitionis est, 4 vt decimæ citius pueniāt ad ecclesiā, ad quā spectāt. † Sed dubiū est, nunq̄d laicus hēns decimas in feudū, possit eas pignorare clerico de ꝓsensu diœcesani. Host. tenet, q sic. Nam si ꝓ illo donare cū ꝓsensu ep̄i, vt in c. cum apostolica, de his q̄ fi. a pl. ergo fortius pignorare. Contrariū ꝓcludit Io. An. mouetur, qa ista litera log tur indistincte. Itē, qa decimæ citius perueniēt ad ecclesiā, cui debent, si nō pōt alteri pignori dare. Sed d. Pe. approbat dictā Host. quod ēt mihi plus placet, qa cui ꝓcedit maius, vī & ꝓ illo minus, vt in c. ex parte, §. eo. Itē hoc ꝓcernit fauorem ecclesiæ, vti uentalis, vt citius decimæ eripiātur de manib. laicorum. Et ex hac rōne emanauit d. c. cū apostolica, q̄d cū hāt locū in pignoratiō ne, pariter dēt hēre locū ipsius dispositio, vt in c. cū dilecta, de ꝓbr. vti. vel intut. Sed si decimæ detinent à laico sine ti. nō sufficit ēt cō sensus Ep̄i, vt dixit hic Gosi. & bene, tum qa nemo pōt rē alienā pignorare; tum qa ecclesia vī approbare ipsius malā detentionē.

De regularibus & transeuntibus ad relig. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Regulares dicuntur illi, qui profitentur tria substantialia regulæ & religionis, videlicet paupertatem, castitatem, & obedientiam.*
2 *Fratres, vel sorores tertij ordinis Sancti Francisci, non veniunt appellatione regularium, vel religiosorum in odiosis, secus in fauorabilibus.*
3 *Religiosi qui dicantur, & quibus modis capiantur.*
4 *Rectores hospitalium portantes certum habitum, vel vestem certi coloris, an veniant appellatione religiosorum, & quateus ad priuilegium fori.*
Statutum disponens illud idem, quod ius commune, an sit statutum.

12 tes, vt in c. cum in eccl. de præb. lib. 6. † Ex quo infertur, de iure cōi, ꝙ nō valet monachi receptio per abbatē facta sine consilio conuentus. Nam vbi requiritur à iure ꝙsilium, nisi adhibeatur, actus est nullus, vt est tex. not. iuncta gl. in c. nouit, de his, q̄ fiunt a p̄l. fateor tñ, ꝙ abbas non tenetur sequi ꝙsilium eorū, sed satis est requirere & expectare responsum; tum quia hoc vult regula; tū quia hoc est de iure cōi. Nam vbicunq; quis tenet requirere consilium alicuius, non tenetur illud sequi, vt in c. cū in veteri, de ele. vide quod ibi plene dixi. & per Bar. in l. j. §. si plures, ff. de excr. & in c. cum olim, de arb. Et per hoc infert. ꝙ vacante monasterio. non potest capitulum aliquem recipere in monachū, prout in simili dicitur in collatione beneficiorum spectante ad Episco. vt in c. vnico, ne sede vac. lib. 6. iuncto c. fi. Abb.

ADDITIONES.

a ¶ Quod statuto. Vide Bal. in l. 1. col. antepe. C. qui admi. Iaf. in l. vniuersa, col. pen. & vir. C. de preci. impe. off. vbi sentiunt contrarium.

b ¶ Prius consulere. Adde Oldra. consil. 97. & uide Cald consil. 16. hoc titu. ad quem pertineat monialium receptio, an ad solam abbatissam, per Lap. alleg. 32.

SUMMARIVM.

1 *Professio potest fieri per nouitiū, licet non sit in clausſro, & licet bonis suis fuerit vſus, & ita professus compellitur ad perseuerantiam regulę. 3.*
2 *Aegrotus etiam in maxima infirmitate constitutus, potest contrahere matrimonium tam carnale quam spirituale.*
4 *Habitus solum an sufficiat ad professionem.*
5 *Votum factum timore mortis siue naturalis, siue accidentalis, an & quo casu ualeat.*
6 *Timor mortis quo casu inualidet actum factum mortis timore.*
7 *Abbatis negligentia an præiudicet monasterio.*

CAP. XVII.

1 **Sicut nobis.** †Qui professionem fecit licet in clausſro nunq̄ permanserit, sed in seculo, & suis bonis vſus fuerit, ad obseruantiā regularem cōpellitur. h. d. Primo ꝙsultatio. Secundo nñio, ibi, [Fraternitatibus.] Casus li. Quidam clericus nimia ægritudine laborans, quasi de morte securus, & de recuperanda sanitate desperans, habitū monachorū regularium petiit, & accepit; sed ad ecclesiā non transiuit, nec bonis suis vti postposuit, videntibus & scientibus Epo, & canonicis ecclesiæ Nazarenensis, à quibus habitū susceperat regularē. Et cū per multa tpa seculariter se habuerit, q̄ siuit Episc. vtrū cōpellendus esset sumere regulare habitū? Rndet Papa, ꝙ si petijt & accepit, & professionē fecit, ecclesiastica districtione cōpellendus est, vt habitum regularē assumat, nec prodest illi, ꝙ tanto tpe extra
2 canonicā religionem manserit; imo in augmentū maioris transgressionis ipsius potest merito allegari. B. † No. j. ibi, [nimia ægritudine] ꝙ morbus quantumcunq; validus, non impedit obligationē professionis. Idem dic in matri. carnali. Nā quantūcunq; quis teneat ægritudine, ſp pōt matrimoniū ℨhere, de quo vide q.
3 quā ponit Io. An. in reg. sine culpa, de reg. iu. lib. 6. in Mere. † No. 2. ꝙ non est de substātia, vt qs profiteatur in monasterio, vnde in lecto & domo, ꝓpria pōt quis effici religiosus, vt hic, & in c. porrectū, §. eo. No. 3. religiosum nō posse prescribere ℨ bonum obedientiæ, ga semper est in mala fide, facit l. j. C. de ser. fu. & c. fi. ℨ. eo.
4 Sed quæro, ŧan solus habitus sufficeret ad ꝓstituendum aliquē religiosum? Sol. litera ista vr̄ aliquantulū diuersa. Nam in ꝓsultatio ne fit solū mētio de susceptione habitus, sed in rñsione papa vr̄ requirere professionē. Sed dic, ꝙ si habitus fuerit professorū, tūc sufficit sine professione, vt in d. c. ad nostrā, §. eo. Si fuerit nouitiorū, vel distinctus, tūc requiritur professio. Et quia forte papæ nō ꝓstitit de qualitate habitus; iō rndet requirendo professionem, sed intellige tacitā, vel expressam, & sic intellige dicta Doct. hic in
5 gl. 1. in fi. † No. bene finem gl. quia timor mortis animæ non excusat, nec dat cām retractādi actum. secus in timore mortis corporis. Ratio diuersitatis est, quia timor mortis animæ, nonnunq̄ incutitur à Deo, vt qs ducatur ad ꝙuersionem; & sic talis timor est appetendus. 16. q. 1. in c. reuertimini. sed timor mortis corporis fit ab homine; & talis timor est fugiendus tanq̄ violentus, &
a iniustus. Et cū quæritur, nunquid timor mortis excuset, sic [a] distingue post Doc. Aut est timor mortis naturalis, aut accidentalis. Primo casu nō excusat. Exemplū in grauiter infirmo, vt hic. Secundo casu subdistinguo, aut est mors accidentalis casualis, aut est violenta. Exēplum primi casus in timente periculū naufragii, vel incendii, vel hostiū; & iste timor non impeditactū, neq; inualidat professionē per rōnem supradictā. Nā Deus aliqñ incutit talem timorē, vt hō ꝙertatur. In secūdo casu pone exemplū in eo, qui timet mortem violentā sibi imminentē ab iniquo homine; nam si pp talē timorem quis ingrediatur religionē non reneretur ingressus, ex quo fecit, vt euaderet mortē violentā. Nam Deus respicit cor, & vult voluntariū militē, & ita loquit̄ c. j. q̄d me. cau. & p̄dicta potes adducere gñaliter ad validitatē vel ſualiditatē cuiusli-
6 bet voti. † In glo. 3. in fi. de hoc uide q̄d plenius no. in c. unico, de langui. per Inn. in c. cum olim, il 2. de priui. p Arch. 18. q. 2. c. abbates. & Vinc. hic, qui tenet ℨ hanc gl. dicens, ꝙ negligentia abbatis, non debet obesse monasterio: vñ monasteriū poterit bona illius uendicare, q̄d satis placet; & dic, ut plenius no. in locis p̄al. In gl. in uer. tanto tpe, no. ex gl. q̄d dixi in tertio no. s. ꝙ ℨ obedientiam non currit præscriptio, quia tanto sunt grauiora, &c.

ADDITIO.

a ¶ Quis metus habeat impedire ingressum religionis, vel non, de quo vide clarius hic Io. de Lig. qui recitat pulc. distinctionem, & uide per Spec. in ti. de statu mona. ver. 22. Et si timens, ne vna die interficiatur ab aliquo, ingrediatur religionem, an vitietur ingressus, vide per Host. in summa, de re. § & qualiter, prope prin. ad quem in hac quæstio. remittit Spe. eo. tit. ver. 22. uide quod no. in c. 2. quod me. cau. Et ꝙ uouens, dum est in infirmitate, uel alio periculo uitæ, ex quo habuit intentionem obligandi se, & cogitans de cā mouente ad uouendum, s. de euasione periculi, obligetur ex voto, licet in tribulatione & perturbatione, ex quo erat sanæ mentis, tenet. Arch. in c. sunt qui opes. 17. q. 4.

SUMMARIVM.

1 *Religiosus potest intrare religionem strictiorem, petita prius licentia; licet non obtenta, nu. 9. 10. & licet monasterium, in quo fuit, sit priuilegiatum, ne de illo ad aliud etiam strictius transeatur.*
2 *Religiosus ad hoc, quod possit transire ad aliam religionem, requiruntur tria. 3. 7. 12.*
4 *Prælatus non potest esse iudex in lite orta inter ipsum & subditum. Iudex an & quo casu possit cognoscere, an sua sit iurisdictio.*
5 *Regula aliquando reperitur sine exceptione.*
6 *Episcopus non potest deserere episcopatum, & transire ad aliquam religionem, quia vita actiua est fructuosior contemplatiua, sed ista est tuitior. 13.*
Monachus potest promoueri in Episcopum.
8 *Charitas est fons proprius, cui non communicat alienus.*
11 *Licentia, vel consensus, qui debent requiri in aliquo casu, debent ante actum, & non post interuenire.*
13 *Papa potest impedire ingressum religionis.*
14 *Clericus non petita licentia ab Episcopo potest religionem intrare; nisi ecclesia propter hoc grauiter lederetur, quia posset petere restitutionem in integrum, sicut si esset læsa in temporalibus. 12.*
Abbas potest vendicare monachum, pater filium, & maritus vxorem.

CAP.

CAP. XVI.

Licet. [a] †Potest religiosus, zelo sanctioris vitæ, ad religionē transire strictiorē, petita prius licētia p̄lati sui, licet nō obtēta; ēt si primū monasteriū sit priuilegiatū, ꝙ de illo ad aliud ēt arctiꝰ trāsire nō possit. Hoc dicit vsq; ad fi. & est casꝰ no. & quo tidie allegāt. Diuidit principaliter in duas partes. In prima exordiū, ex quo scdo factū diffinit ibi. [Cū ergo.] primo facit quinq;, nā primo ponit formā priuilegii. Secundo ipsius interpretationem, & interpretationis causam, ibi, [Quia tamen.] Tertio illam fortificat, ibi, [Cū ēt.] Quarto illam reallumendo ꝑficat, ibi, [Quo circa.] Quinto ꝑificationē determinat, ibi, [Illa.] Casus li. Quidā monachus sine licentia prioris sui trāsiuit ad ordinē Cisterciensem. Prior & fratres molestabāt eū dicēdo, ꝙ sine licentia nō potuit, ꝓpriū monasterium deserere. Peruenit hoc ad notitā domini Papæ: vñ ipse sup hoc scribit priori, & Fratrib. Dimo-
1 tien. a q̄bus monachus p̄dictus recessit, dicēs: Licet q̄buscunq; regularibus a sede Apo. sit p̄cessum, vt postq̄ apud eos p̄sessus fuerit, ad aliū locū, ipsis inuitis, ēt cā arctioris religionis trāsire non possit. Sed hoc ea rōne fuit illis p̄cessum, ne quis ex temeritate, vel leuitate in iniuriam sui ordinis sub prętextu arctioris religionis ad aliū possit ordinē se trāsferre, nō ꝙ debeat ei licētia denegari, ꝙ cum humilitate ac puritate eā duxerit postulādā. Qui ergo taliter a suo p̄lato licētiā postulauerit, ex lege priuata, q̄ legi cōi p̄iudicat, absolutus ad arctiorē religionem libere poterit se transferre, nō obstante, ꝓterua indiscreti ꝺictione p̄lati, ga priuilegium meret amittere, q̄ p̄missa sibi abutitur ꝓtāte. Vnde nouerint vniuersi, q̄bus hoc priuilegium fuerit ꝑceſſum, se de iure teneri, taliter postulātibus, transeundi licentiā imparti ri; quia sicut subditus licentiā a suo p̄lato cū humilitate & puritate postulare tenet, sic ꝑlatus sine difficultate tenet subdito licentiā indulgere, ne uideatur propositum impedire diuinitus inspiratum. Si vero probabiliter dubitatur, vtrum quis velit ad ordinem arctiorem, aut laxiorem ex charitate, aut ex temeritate transire, superioris est iudicium requirendum, ne forte angelus Sathanæ, in lucis angelum se trāsformet. Illud regulariter est obseruādū, vt nullꝰ Eps sine licētia Romani Pon. p̄sumat intra annū deserere p̄sulatū. ga sicut maius bonū minori bono p̄ferē, ita cōis vtilitas ſpāli vtilitati p̄ferē. Mādat ergo Papa p̄dictis Fratribus, quatenus p̄dictū monachū, q̄ de puro corde, & ꝑsicia bona ad ordinē Cisterciensē trāsiuit, vlterius nō molestēt, ga charitas est fons ꝓprius, cui non cōicat alienus. B. No. j. ꝙ vbi priuilegiū iuri diuino, seu inspiratio diuine in aliquo posſit p̄iudicare, est strictissime intelligendū. Vñ nō debemus interp̄tari, ēt vt aliq̄d operet, si nō pōt illud operari, sine derogatione iuris diuini, seu libertatis spiritꝰ, q̄d est valde no. Nā illud priuilegiū, de quo hic, parū uel nihil operat, sed ga plus timeti, &c. ℨ. de hær. c. aduersus. No. 2. interp̄tationem ad authoritatem Apostoli, vt quisq; debeat esse ꝑtētus ea vocatione, qua vocatus est, dēt intelligi, nisi in stinctu Spiritꝰ sancti ad sanctiorē vitā inducat. No. 3. aliā authoritatē Apostoli, ꝙ vbi Spiritus Dei est, ibi libertas, & ꝙ lex nō est imposita iusto. Sed aduer
2 te. nō. n. intelligas iustū non esse sub superiori suo; nam quilibet quantūcūq; sanctus recognoscit in hoc seculo superiorē, licet sū perioris potestas sit ligata respectu iusti. Est ergo iustus liber a lege peccati, nō aūt liber a ꝑtāte superioris. Ita no. determinat gl. in c. ad nostrā, de hæ. vbi latius vide, & tenebis menti illā gl. & vide
3 Inn. in c. past. post prin. de off. or. † No. 4. duo requiri ad hoc, vt religiosus licite possit transire ad aliā religionē. Primo, vt sēda religio sit strictior, sed o vt non trāseat ex temeritate, aut ex leuitate, licet zelo sanctioris vitæ: nō ergo licet in odiū primi ꝑlati transire ad religionē alterius strictiorē. Tertio extrinsecus requrit, vt petita licentia transeūdi a ꝑlato suo. [b] Nota. 5. duplicē esse legē. Quæ dā. dr̄ priuata, altera publica. Lex priuata dr̄ ſpālis inspiratione diuina, & dr̄ priuata, ga nō cuilibet accidit. Lex vero publica est
4 quo vide pulchrū tex. in c. duæ sunt. 19. q. 2. † No. 6. ꝙ vbi dubitat, an sēda religio sit strictior, vel an ex temeritate fiat trāsitus, nō stante verbo volētis trāsire, nec ꝑlati denegātis: sed superioris iudicii est requirēdū; & dicit Inn. illū hoc casu esse superiorē, ad quē appellaretur, si ite religiosus grauaret, q̄d no. Non. n. f. m eū, dēt
5 ap̄r̄ ꝑlatus esse iudex in cā sua. † Et no. bene ex hoc dicto, ꝙ vbi oritur contentio inter religiosum & superiorem suum, non dēt esse superior iudex in causa sua, sed debet adiri superior immediatus. Et no. ꝙ dicitur cā prælati, licet eum contingat rōne superioritatis. facit ad hoc gl. no. in c. statutum, in prin. de reser. li. 6. quæ dicit, ꝙ licet alias iudex posſit iter partes cognoscere an sua
6 sit iurisdictio, [c] tñ si iudex ꝓnuciter defendit suā iurisdictionē, vī suspectus, vt nō posſit cognoscere, an habeat iurisdictionem. & potest adduci sing. iste tex. ad q̄nem, nunq̄ d iudex ꝓcedens ex officio, posſit cognoscere, an sit sua iurisdictio parte negante. De quo remitto ad no. in c. super literis, de resc. † No. 7. ibi, regula ſubialiter obseruata, ꝙ qñq; est regula, q̄ nulla patit exceptionem. d & vī ℨ no. p gl. sup reg. iur. li. 6. q̄ dicit nulla esse regulam, q̄ non patiatur exceptionem. † No. 8. ꝙ Eps nō pōt deserere Epatū, vt trāseat ad religionem; nec sufficit sibi petere licentiā transeundi; vnde nec ipse petere, nec superior ꝑcedere debet, ex quo posſunt suis subditis prodesse. Ratio, quia vita actiua est fructuosior vita contemplatiua: vnde doctrina, labor, & solicitudo Episcopi, præferuntur silentio, contemplationi, & quieti religiosorum. Hinc est, quod religiosus potest promoueri in Episcopum, & sic cessare a silentio & ꝓtemplatione pp bonum publicum, ut in c. q̄d Dei, ℨ. de sta. reg. & 18. q. j. c. vni. Sed Epus nō pōt monachari: nam plus est illuminare, q̄ lucere, uita tñ contemplatiua est tutior, de quo vide tex. in c. nisi cū pridem, de renunc.
7 † No. 9. ibi, [Vitam duceret arctiorem] non ergo sufficit, ꝙ secūda religio habeat strictiorem regulam, nisi actu ducatur ibi vita strictior, & in hoc multi decipiuntur: & vide quod latius dixi in
8 c. fane. s. eo. ti. † Vltimo no. ꝙ charitas est fons proprius, cui non communicat alienus. Et hæc authoritas solet multis modis exponi, sed ad ꝓpositū pōt dupl̄r ītelligi. Primo, q̄d si dubitāt, qua cōscientia iste trāseat, relinquēdū est ꝓsciētiæ suæ; ga, ex quo extrinseca sunt bona, p̄mendus est bonus animus, iuxta illud Euangelii, A fructibus eorum cognoscetis eos. inf. de regu. iur. in ca. estote. Nam charitas non pōt p extrinsecas, p̄bationes liquidari, quia est fons proprius, cui alienus non cōicat, idest extraneus in eo non habitat. Secundo debet intelligi, ꝙ non dēt iste cōpelli ad

ADDITIONES.

a ¶ Pro intellectu huius decret. vide Host. in sum. de reg. §. & qualiter, uersic. Item religiosus ad strictiorem. Et uide quod no. Bald. in l. pe. de op. lib. Et adde, ꝙ dispositio huius decr. habeat locum in monialibus, est glo. quam repuro valde notab. in c. 1. in uer. perpetua, de statu reg. in c. Item adde, ꝙ sufficit petere istam licentiam etiam a solo prælato sine capitulo, secundū Arc. in c. statuimus. 19. q. 3. per tex. in c. religiosus, in fi. de electio. in 6. licet in contrarium faciat tex. in d. c. statuimus, in uer. sine communi. Et idem fir. Abb. in c. ea noscitur, in prima col. de his quæ fiunt a præla. Et adde hic inquantum dicitur de licentia, quod quando requiritur consensus per maiam licentiæ non sufficit licentiam interuenire tacite secūdū Io. An. in c. si Abb. de electio. in 6. Itē adde tex. iuncta gl. in uer. ante omnia, in cle. 1. uer. volumus, & quod super ea no. Imo. de foro com. Item non sufficit ꝙ ista licētia interuenerit post factum. dom. Ant. in c. cum consuetudinis, in 2. col. de consue. uer. quandoque requiritur per maiam licentiæ. Sed in cōtrarii facit tex. in c. omnis, de pœnit. & rem. & Bal. in l. 1. in pen. col. C. de admi. tu. vbi dicit, quando in actu requiritur licentia, non sufficit licentiam interuenire post factum. Et illud dictum Io. And. in d. c. si Abb. refert & sequitur La. alle. 87. in pe. col. & Lud. in l. 2. fol. mat. Eodem modo in actu requiritur authoritas expressa, non tacita, secundum Bal. in d. c. cum consuetudinis, in pen. col. quæ ita dicit notari in l. 1. ff. de aut. tu. Item adde hic, ꝙ uerbum, licentia, non denotat nudam uoluntatem, sed arbitrium boni uiri, secundū do. Abb. in c. pe. de cle. non resi. qui ita dicit tenere Bar. in extrauag. ad repri & in l. alio, ff. de ali. & cibaria leg. Simile dicimus in authoritate præstanda, quia non sufficit præstare tacitam authoritatem, tex. est in l. 1. §. mutus, ff. de tuto. quem tex. uide limitatum per Bal. in l. mandatum, C. man. & quādo in actu requiritur licentia specialis, quæ dicatur licentia specialis, uide per Dom. in c. hoc consultissimo, in prin. de rebus ecc. non alie. An autem sede abbatiali vacante possit Episcopus monacho licentiam dare transeūdi ad aliam religionē, uide Arch. in d. c. statuimus, circa medium, ubi uidēt tenere quod sic. Pro quo facit, quod no. Dom. c. 2. in prin. 2. col de sta. mon. in 6. ubi ponit, an sede uacante Capitulum succedat in potestate dandi licentiam. Item adde, ꝙ quando aliquid debet fieri petita & obtenta licentia, non sufficit, quod interueniat tacita licentia, ut no. gl. in uer. obtenta, in cle. 1. de testi. & Dom in c. 2. in prin. ult. col. de testi. in 6. Item quando fit mentio de licentia, intelligitur de obtenta, secundum Io. And. in re. cum nō stat, li. 6. quem refert & sequitur Do. in c. si religiosus, in prin. in 2. col. de ele. in 6. Et de uer. licentia. & quid de habente licentiam aliquid faciendi, uide omnino per Bar. in d. l. alio, ultra me. ff. de ali. & cibaria leg. Et quando sit in actu requiritur collaudatio alicuius, non sufficit tacitus consensus. Et hoc est dictum Aegi. in c. 1. de his quæ fiunt a præ. quem refert & sequitur ibi d. Abb. in 1. col. Et ad intellectum huius decre. uide Bald. in l. quæ sub prętextu. uer. ult. no. C. de sacr. of. eccl. Adde Lap. alle. 3 c. 80. consi. 245.

Zach. ¶ Adde illum in c. dilecto. nu. 13. & quod ibi notaui in apost. ad ipsum, in uer. taciturnitas non prodest, sup. de præb.

Ant. Fran. ¶ Ad hoc, quod hic dicitur de licentia, dicas, ꝙ ille dicitur uere habere licentiam, qui habet expressum consensum licentiantis, ita Io. And. sing. in c. si Abbatem, de elect. li. 6. in nouella, & per Alex. in l. si autem plures, ff. de aqua plu. arcen. Et adde, ꝙ licentia testandi data, uel concessa cleri. uel Episi. intelligitur etiam de testamento prius condito, quod facit ualere secūdum Pau de Cast. in l. hæc conditio filiæ meæ, in §. si fic, ff. de cond. & dem. & habetur per Alex. in l. militibus, C. de testa. milita. Et de licentia intrandi religionem strictiorem, quam sufficit petere licet non obtineatur, ultra ea, quę habentur in c. licet, de regu. uide Arch. 19. q. 4. in c. statuimus, & Io. An. in c. si religiosus, de ele. li. 6. & in c. 2. de testa. eo. li. in nouel. & Lap. alle. 62. & uide Card. in cle. 2. §. & si idem, de sepul. ubi dicit, quod licentia concessa clericis studendi, uel religiosis, intelligitur quoad omnia, sine quibus commode studere non potest, & uide Car. in cle. 1. in §. qui autem, de sta. mon. & in cle. 1. de celeb. missa. in 2. q. Et adde, quod licentia præstanda per iudicem in aliquo actu, debet præstari cum causæ cognitione, aliter actus non ualet. Ita Bal. Pau. de Ca. & Moder. scriben. in l. sed si lege. in §. prætor ait, ff. de in ius uocan.

b ¶ Et adde, ꝙ licet religiosus inuito Abb. possit transire ad strictiorem reg. ut hic, tamen oblatus monasterio hoc non poterit, ad hoc est gl. magi 27. q. 1. in c. vt lex, ad quam ad hoc alle. & dicit ualde sing. Abb. in c. quod a te, in 3. col. de cle. coniu.

c Zach. ¶ Sua iurisdictio. Adde Bar. in l. non satis. §. alienæ, ff. de proc. & in d. c. 1. C. eo. no. in l. præscriptione, C. si contra ius uel uti. pub. & in l. 2. ff. si quis in ius uo. non ier.

d ¶ Sic etiam est in l. quod sponsæ, C. de do. ante nup. secundum Bar. ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad redeundũ; quia magis tenetur quis, pdesse sibi, q̃ saluti alterius; est. n. charitas fons proprius, cui non cõicat alienus. In gl. in ver. [Licentia.] ibi, [De elect. cum de in vetere.] illud c. facit in ꝓrium, quia habens requirere ꝓsilium, tenetur debito tpe expectare iñsum. hic autem dr̃, q̃ sufficit petere licentiã. Sed solue: nã hic nõ dr̃ ꝓrium, fm Doc. & bene: debebat enim iste post licentiã petitã
9 debito tempore expectare rñsum. † Sed quæro extra gl. quid si prælatus deneget, vel non respondeat, vel alleg. cãm denegationis iniustã? Sol. dicit Inn. q in casibus istis & ꝓsimilibus, põt subditus incontinenti transire, non expectato alio tpe, ex quo ꝓstat de ꝓterua denegatione prælati Sed si prælatus allegaret aliquã iustam cãm, vel verisimilem denegandi licentiam, non debet subditus transire, sed instare apud superiorẽ, vt decernat, an prælatus habeat iustam cãm denegandi. † In ea. glo. ibi, [Consueuit dici, q̃ non.] No. vult enim q̃ licet subditus teneatur petere licentiã, si rñ non petijt, reuocandus non est; ex quo iusta cã motus transiuit. Et hanc opi. tenet gl. ſ. eo. c. sane, & facit multũ bene ille tex. pro hac opi. idem tenuerunt hic Pet. & Abb. Sed ꝓrium opi. tenet gl. in c. intelleximus, de cta. & qual. & gl. in c. mãdamus. 19. q. 3. Et ad c. sane, respõdetur, q̃ loquitur dispensatiue, vt ibi dixi. Hanc opi. sequitur hic Host. Io. And. & cõiter moderniores, præter Io. Cal. qui distinxit, an monasterium, ad qđ quis trãsiuit, sit priuilegiatũ, put hr̃ in princ. an non. Primo casu dẽt reuocari, vt priuilegiũ aliquid operet. Secundo casu, pcedit opin. ꝓria. Sed hæc opinio non placet dño G[illelmo] eius filio, nec mihi. q̃ a hoc priuilegiũ non operaret hunc effectũ, vt patet ex litera. Sed p opi. ꝓria, vt iste sit reuocandus, adduco rõnem literæ, dũ dicit petendã esse licentiã, ne bonũ obedientiæ ꝓtemnere videatur. Si ergo ex non postulata licentia ꝓsumitur ꝓtemnere bonũ obedientiæ, ergo non põt dici. q̃ instinctu Spiritus sancti transiuerit, sed potius ꝓsumitur cã leuitatis, nã obedientia in religioso est vnum de præceptis regulæ; eo ergo ꝓtempto, non est aliquid boni ꝓsumẽdũ. & p hãc literã & ipsius rõnem, ꝓfunditur opi. Pet. & Abb. hic, qui dixerunt hanc licentiã petendã ex debito honestitis, & non ex necessitate, & mouerũt se ex illis authoritatibus, Vbi Spiritus Dei est, &c. Conclude ergo istum reuocandũ ad primũ monaste-
11 riũ. † Ex p̃dictis, & ex tex. no. q̃ vbi in aliquo casu requirit licẽtia, [a]
a nõ sufficit eã petere ex postfacto, sed dẽt peti à princ. qđ no. † Et
12 in fi. gl. dicũt tñ Doc. q̃ si ex transitu istius grauiter læderet, vel infamaret primũ monasteriũ, dẽt restitui primo monasterio, pro hoc tex. ibi, [In iactura, &c.] nã si ecclesia petit restitutionẽ, cũ graui ter lædit in tpalibus, vt in c. j. de in integ. rest. fortius dẽt restitui, cũ lædit in spũalib. & in alienatione personæ. Ego dubito, an hoc sit verum p rõnem literæ in fi. [Charitas est fons proprius, &c.] non. n. pp lesionem monasterij dẽt impediri propositũ diuinitus inspiratũ. No. tñ in practica dictũ Doc. qa multũ restringit istã literã. † Extra gl. quæritur, quid de Abbate, vel alio ꝓlato exẽpto,
13 nunquid possit transire ad religionẽ strictiorẽ, prælaturis dimissis petita licentia, & non obtenta? Host. fuit in opi. q̃ sic, scilicet vt oporteat habere licentiã, sicut dr̃ in eo, & hoc pp vinculum ꝓlaturæ. Tu vide hãc q. plenius examinatã in Mercu. in regu. cũ non stat, lib. 6. vbi Io. And ꝓcludit, q̃ si isti ꝓlati inferiores habent superiorẽ citra papã, sufficit petere licentiã, licet non obtineat. Nã hæc litera ponit speciale de Epõ; ergo secus in ꝓlatis inferioribus, ar. c. nonne, de præsump. & hæc rõ placet, p hoc 16. q. vlt. c. ꝓgregatio. Sed si sunt immediate subiecti papæ, non põt transire papa denegante, eo vero non rndente, valet transitus in eorum præiudiciũ. papa tñ põt illos reuocare, & rones vide ibi. Et vr̃ ex p̃dictis papã posse impedire ingressum religionis. Facit qđ probat
14 in c. vni. de voto, li. 6. † Viterius q̃rit, q. d in sæculari clerico, nunqd põt intrare religionẽ nõ petita licẽtia ab Epõ? Inn. tenet, q̃ sic; sed si eccl. grauiter læderet, esset reuocandus, ar. in c. admonet, de renun. & 7. q. j. si q. vero. Extra gl. q̃ritur, pone, petita licẽtia & nõ obtenta, subditus transiuit, & ꝓfessus est in secũdo monasterio. Primus abbas ptendit transitũ iniustũ, & vult eũ reuocare: dubitabat de duobus. Primo, qua actione aget iste abbas. Sedo apud
15 quẽ debet iste ꝓsistere lite pen. † Circa primũ dicit Inn. hic, q̃ po
b terit agere rei vendicatione. Et no. hoc dictum, q̃ abbas põt vendicare [b] monachum suum, licet rei vendicatio non cõpetat, nisi dño. ut in l. rẽ, ff. de rei uend. Sed dic, q̃ ista est larga rei vẽdicatio, & cõpetit p homine libero supposito alterius potestati, adiecta tĩ cã. Vñ sicut pr̃ uendicat filium, adiecta cã de iure Romano, ita ꝓlatus vendicat subditum adiecta cã de iure cano. ita legit, & no. in l. j. ſ. p hanc, ff. de rei uend. Nunqd autẽ maritus possit uendica reuxorẽ, adiecta cã de iure diui. canonico, uel ciuili? Plane dicã in c. illud, de ꝓsump. Item & secundo poterit agere iste superior ꝓdictione ex canone, 16. q. 3. c. statuimus. Itẽ tertio põt implorare officium iudicis. Quoad secundã q. dicit Inn. q̃ ꝓsistit penes fm monasteriũ, cum sit in possessione istius, ar. in c. ex literis, de ꝓb. & ft. de libe. cau. l. ordinaria, cum sim. qa ẽt in primo retinet possessionem; & si declarabitur istum iniuste migrasse, reducetur ad primum monasterium sub competenti coercitione; aliàs autem perseuerabit in secundo monasterio, punito superiore de sua proterua denegatione.

ADDITIONES.

eb. Sap. ¶ Licentia. Vide Abb. in c. fi. col. 2. infra de eccl. ædifi. ubi dicit, q̃ si debet interuenire licentia in alienando, debet præcedere, nisi imminet tanta necessitas alienandi, quæ superiorem consuli non pateretur, refert & sequitur d. Ias. in l. si quis mihi bona. ſ. iussum, col. 6. uer. Amplio istam conclu. ff. de acq. hæred.

b. ¶ Vendicare. Adde Fede. consi. 184.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium dirimitur si coniuges religionem profitentur. 6. 8.*
2 *Affinitas contrahitur per illicitum coitum; & impedit matrimonium, postea contractum.*
3 *Pœnitentia ex consensu pœnitentis potest agi in loco angusto, & paruo.*
4 *Iuramentum non ligat coniuges de se adinuicem dimittendo.*
5 *Matrimonium si separetur ex communi consensu, semper potest reintegrari, si alter coniugum petat; & si non admittatur, poterit agere tanquam spoliatus possessorio recuperandæ.*
6 *Matrimonium potest separari quoad thorum propter cõtinẽtiam seruãdam.*
7 *Ille qui soluit usurario usuras, tenetur ecclesiæ denunciare, etiam q̃ contrarium iurauerit.*
8 *Maritus an possit intrare religionem inuita vxore.*

CAP. XIX.

1 Veniens. †Coniuges religionẽ profitendo, adinuicẽ se dimittere pñt, aliter, si se abiurant & non cõtinent, illicitũ est iurm. Prima pars ponit petitionẽ mulieris. Secunda prouidet, & iudicẽ dat ibi [Nos igitur.] Casus li. Quædã mulier ꝓxit matrimoniũ cum quodã viro in facie ecclesiæ, & diutius cohabitauit eidẽ; tandẽ orta fuit discordia inter eos ex eo, q̃ vir dicebat se quãdã amitã ipsius mulieris, anteq̃ eam duceret, cognouisse. Sed de hoc non fuit ecclesiæ facta fides: vnde ꝓgit, q̃ vterq; illorũ iurauit, alterũ non requirere, & postmodũ ad sæcula vota transiuit vterq; : viro secundo de medio sublato, mulier viro priore viuente, ad agendã pœnitentiã quoddã monasterium intrauit, postulãs sibi ꝓsilium salutare impendi. Papa vero ꝓsiderans, q̃ iuramentũ illud illicitũ fuit, mandat quibusdã, quatenus prædictũ virum moneant, & cõpellant, vt illã, quã superinduxit dimittat, & vxorẽ suã recipiat, audituri postmodũ, si quid fuerit q. Et si ꝺ matrimoniũ nihil fuerit probatũ, si vir ad religionẽ trãsire voluerit, ei licẽtiã tribuant trãseundi, vt & illa mulier in sto
2 ꝓposito possit remanere. Ber. † No. 1. ex isto tex. q̃ affinitas ꝓhibetur etiam ex illicito coitu, potens impedire & dirimere matrimo
a nium [a] post ꝺctum cum affine, ad hoc c. discretionẽ, j. de eo, qui cog. ꝓsan. hoc impedimentũ allegabat vir iste, dicendo, q̃ prius cognouit amitã vxoris suæ. Nam si hoc fuisset ꝺcta affinitas inter istum virum & omnes ꝓsanguineos mulieris cognitæ, vt in c. quod super, de ꝓsang. & affin. Sed hoc non fuit probatum in iu-
3 dicio, nec extra. † Secundo no. q̃ põt quis se facere ineludi in arcto loco ad peragendã pœnitentiã. facit c. qui uere. 16. q. 1. & facit pro his mulieribus quæ faciunt se includi Romæ in ecclesia S.
4 Petri in arctissimo loco. & in hoc tene menti istum tex. † No. vt. q̃ maritus & vxor non pñt, cum iuramento ẽt, sine cã hoc dimittere se adinuicẽ, pro hoc bo. tex. in c. tua, ſ. de iureiu. vbi la-
5 titus dicetur cũ glo. † Item no. & tene semper menti istũ tex. quia ẽt, vbi fuit voluntaria separatio mariti & vxoris, põt nihilominus hoc non obstante, alter coniugũ repetere, ẽt petendo restitutionẽ, q̃ dẽt fieri nõ admissis exceptionib. ꝓcernẽtib. ꝓprietatẽ monasterij; & habes casũ in quo ille, q non fuit ſpoliatus, põt petere restitutionẽ. Sed diceres tu, Qua actione iste aget? Dicit Inno. q̃ poterit iplorare officiũ iudicis, vel ităre p̃dictionẽ h⁹ decr. Plus ẽt dicit, q̃ si alter ꝓiugũ vellet redire, & nõ admittit, põt petere restitutionẽ, ar. in c. lras, de rest. ſpol. & dicit hãc esse rõnẽ: Maria, & vxor nõ pñt dissoluere matrimoniũ. ẽt quoad thorũ, sine legitima cã. vñ eo ipso, q̃ alter vult redire, & non admittit, intelligit ſpoliari. qa qs retinet quasi possessionẽ matrimonialẽ, ẽt in absẽ
6 tia: & idẽ qđ Inn. hic, sentit simp̃r. gl. in d. c. lras. † In gl. in ver. illici tũ, ibi, [Propter ꝓtinentiã.] no. ſp istã gl. q̃ maritus & vxor, ẽt non intrãdo religionẽ, pñt ſtãdo in hoc seculo viuere & ſeparari quo ad thorũ, dũmõ hoc faciãt pp ꝓtinentiã obseruãdã; secus si ex ira vel ex indignatione hoc faciãt, sicut ifti fecerũt. vide ad mãm gl. in c. nosse. 30. q. j. & dicã post Inn. in c. dudũ, de ꝓuer. ꝓiug. Hoc in limitat hic hoc primũ dictũ, qñ ꝓiuges sunt ſuspecti de ꝓtinentiæ
b tia, [b] putã qa iuuenes. Nã tũc nõ pñt se ſeparare, p̃textu ꝓtinentiæ
7 nisi ambo intrẽt religionẽ, ar. c. cũ sis, & c. vxoratus, ſ. ti. pr. qđ fa-
tis placet. † Et in fi. gl. no. hãc caudã gl. q̃ bñ non ꝓtinuat ad fa-
8 cienda; & facit, vt nullũ iurm possit ligare cũ q̃ soluit usuras, quo minus peccatũ usurarii denũciet ecclesiæ. Idẽ sentit gl. in c. ad no
strã, il. 2. de iureiur. plenius dico in c. 1. eo. tit. † In gl. in ver. prælati, in fi. gl. hæc uidetur difficilis iuuenibus, sed pro declaratione op.

de eo.

ADDITIONES.

a Zac. ¶ Impedire & dirimere matrimonium. Adde, quod no. in apo. ad ipsum post eum in c. literas. nu. 5. in uer. per illicitum coitum. infra de despon. impub & in c. de illis, nu. 2. in apost. in uer. contrahitur affinitas, infra de eo, qui cogn. consan. uxo. suæ.

b Seb. Sap. ¶ De incontinentia. Adde, q̃ ex facilitate delinquendi præsumitur fornicario, secundum Bal. in l. fi. C. ñ mancip. ita uen. ne prosit. & ibi tex. no. p̃ eos, qui tenent vxorẽ alienã inuito marito, sub p̃textu familiæ.

de c. significasti, de diuor. vbi maritus nõ arctat ad recipiẽdum vxorem, sed hic mulier ꝓmisit adulterũ, qa illicite transiuit ad se cunda vota; ergo maritus nõ debebat ꝓpelli ad recipiendũ eam. Sol. ꝓrium, ꝓcedit, q̃n alter tñ fuit adulteratus; sed hic vterq; fuit adulteratus; & sic vnus non põt obiicere ꝺ alium. c. pen. & vl. de adul. vnde hic habebat locum illud tacitũ prouerbiũ, Nil tu mihi, nec ego tibi. nil Catilina Cethego. Nam Catilina & Cethegus fuerunt ambo ciues Romani, & socii cuiusdã coniurationis. Nã ambo ꝓspirauerunt ꝺ vrbẽ, vt hr̃ plene in Salustii Catilinario, & in inuectiua Ciceronis ꝺ Catilinam. Quasi dicat gl. q̃ sicut isti non poterant adinuicem improperare delictum ꝓspirationis, ita nec isti cõiuges delictum adulterii. In gl. fi. in fi. Io. And. dixit gl. procedere, si uxor adstrinxisset se voto. Sed latius Inn. discutit hunc articulum, & multũ variat. Et primo vr̃ velle, q̃ inuita coniuge non potest iste maritus intrare religionem, & sic debet intelligi, quando vxor non contradicit. Postea Innocen. videtur transire ad aliam opi. dicens, q̃ ea inuita põt religionẽ intrare: quia, ex quo mulier iurauit, non dẽt audiri ꝺ iuramentum suum ex persona sua, ar. in c. si vero, de iureiu. Sed hic fuit audita in fauorem mariti, vt maritus eriperetur a peccato adulterii, in quo iacebat. Hæc opi. mihi non placet, quia iurm illud fuit illicitum; quia non possunt se maritus & uxor abiurare ex cã inhonesta, vt est tex. clarus in d. c. tua. de iureiu. Ideo sic concludo, q̃ aut ista mulier faciendo se includi ad pœnitentiã agendam, emisit votum perpetuæ ꝓtinentiæ, saltem ex proposito; & tunc procedit dictum gl. Nam quoad se valuit votum, vt in c. quidam, j. ti. prox. & sic non põt resistere marito volenti intrare religionem. Aut nullũ votũ emisit, & procedit prima opi. Inn. vt ea inuita nõ possit maritus ĩtrare religionẽ; qa illa separatio nõ valuit, vt i d. c. tua.

SVMMARIVM.

1 *Monitus potest intra annum probationis ad sæculum redire, nisi appareat voluisse omnium mutare vitam. 2. 6. vbi ponuntur signa, quod noluerit mutare vitam, & infra eo. c. statuimus, in fi.*
3 *Monitus siue receperit habitũ nouitiorũ, siue professorum, qui intra annũ probationis exit monasterium, an possit cõtrahere postea matrimoniũ, & an licite possit stare in sæculo, & an sit obligatus alicui religioni in genere. 4.*
5 *Monitis, qui exierunt religionem, nõ prohibentur reacipere vestes, cum quibus intrauerunt, nisi sint nimis lasciuæ, quas non debent portare in signũ antiquæ religionis.*
6 *Clericus habens beneficia, an statim quod efficitur monachus, etiam intra annum probationis perdat beneficia.*

CAP. XX.

1 Consulti. †Qui ad monasterium ꝓuertitur, sumẽdo habitum nouitii, põt intra tps probationis redire ad seculum, nisi appareat eum vitã voluisse mutare omnino. Cõmunis diuisio. Secunda, ibi [Licet.] in qua distinguit duo mẽbra. Secundum ibi, [Aut si,] Casus lite. Aliquis intrauit monasterium habitum sumendo nouitii. Quæritur, vtrum intra tempus, probationis ante factam professionem licite possit ad seculum redire? Sup hoc diuersi diuersa dixerũt. Inn. tñ distinguit, vtrũ ille, qui quærit, propositum absolute vitã mutare, vt in habitu regulari Deo de cætero famulaturus, vel regularẽ obseruantiã cõditionaliter experiri, vt ita demum, si ita sibi placuerit, profiteatur ordinis disciplinã, aut si forte sibi displicuerit, ad seculũ reuertat. In primo casu, vt regulariter viuat ad laxiorem saltẽ regulã trãsire tenetur. In secũdo vero casu põt ad seculũ redire. Vt ergo appareat, q̃ fuerit eius intentio ab initio propositum, & intentionẽ protestetur: hãc intelligẽ fm illã ſ. c. pe. B. Primo no. ex isto tex. ibi, [Nouitius.] q̃ est dare habitũ distinctum nouitiorũ ab habitu professorum. In quibusdã tñ locis habitus est indistinctus, quia idẽ dat nouitiis & ꝓfessis. In quibusdã vero habitus est indistinctissimus, qa non solum ꝓfessi, & nouitii eo vtuntur, sed ẽt ducentes cõem vitam cũ eis, vt est tex. in c. j. eo. ti. li. 6. & vide bo. gl. in cle. eos eod. tit. Secundo no. ex hoc & ex tex. q̃ licet in regula S. Benedicti expresse non caueat de habitu nouitiũ, tñ põt assignari certus habitus pro nouitiis ex ꝓsuetudine, vel statuto religionis. Modo in iure dubitatur, vtrũ quis debeat experiri religionem in habitu seculari? De quo dic, vt no. in c. super eo, ſ. eo. vbi dixi. † No. tex. satis notabilem, q̃ habitus nouitiorum, seu ipsius assumptio cum proposito mutandi vitã, & relinquendi seculum, obligat quẽ religionem, saltem in genere; vnde nõ põt amplius redire ad seculum. † An sit iste sit verus monachus, ut non teneat matrimoniũ [a] postea ꝺctum, est difficilis qõ; & no. Inn. sentit, q̃ matrimoniũ nõ tenet, & per ꝓsequens q̃ iste sit verus religiosus. Mouet, quia illud probatur mutãdi vitã, cũ sit qđdã votũ solẽnizatũ p susceptionẽ illius habit⁹, & clari⁹ hic tenẽt Host. & Gof. Dicũt. n. Host. & Vin. q̃ si iste habuisset vxorẽ ꝺcognitã, potuisset ilico vxor alteri nubere, quasi hoc, ꝓpositũ solẽnizatũ cũ susceptione illius habitus fuerit dissolutũ ipsum matrimoniũ, nõ consummatum, ac si uere religionẽ fuisset professus. et dicit Io. And. hoc satis probari expresse in c. beneficiũ, j. eo. ti. li. 6. vbi tex. dicit bñficium illius, q̃ susceperit habitũ nouitiorũ, posse alteri ꝓferri, si apparet eum idẽter eũ noluisse absolute vitã mutare. Simile dicit Inn. in eo, qui renũciauit secu
lo, recipiendo habitum religionis, uel si renunciauit propriis, vel emisit votũ ꝓfectiæ. Secus si voluisset nõ comedere carnes, vel facere aliq̃ abstinẽtiã. Nã hoc casu p susceptionẽ habitus nouitiorũ nõ solẽnizaret votũ. Et sic sentit in effectu, q̃ votũ alterius ex tribus subſtantialibus regulæ, solẽnizatur p susceptionẽ habitus nouitiorum, vt sic amplius redire nõ possit ad seculũ. Et cũ hac opi. trãsit hic Io. An. & fere oẽs scribẽtes ꝑter d. Car. q̃ tenet istos non esse veros religiosos, q̃q̃ nõ possint redire ad seculũ, & per ꝓsequens matrimonium ꝺctũ p istos tenere; mouetur, quia p susceptionẽ huius habitus nõ fit ꝓfessio tacita, uel expressa; ergo votũ nõ est solẽnizatũ quoad dirimẽdũ matrimoniũ postea ꝺctum, ut in c. j. de voto, li. 6. Et ita refert ꝓsuisse in facto. Non ob. c. non solum, eo. ti. li. 6. vbi est tex. multum stringens, in materia, q̃ æquparat, p fessum tacite, vel expresse, & istũ, q̃ ꝓposuit ultã absolute mutare, qa ille tex. solũ æquiparat quoad hoc, vt neuter possit redire ad seculũ. Vñ fatendũ est istum, de quo quærit, non posse sine periculo animæ redire ad seculũ; sed dẽt ĩtrare religionẽ saltẽ laxiorem, vt hic in fi. tũ per hoc non sequitur, quin matrimoniũ ꝺctum teneat, licet pœnitẽtia sit sibi imponẽda de transgressione uoti. Tollitur. n. primũ votũ tanq̃ simplex per matrimoniũ sequens, tanq̃ p fortius vinculũ, vt in d. c. j. & facit in simili c. pe. j. eo. li. 6. Hæc opi. mihi satis placet, & adduco vnã rõnem, ad q̃ non uideo respõsum. Votũ non solennizat, vt ſ. dixi, quod dirimendũ matrimoniũ post ꝺctum, nisi per professionẽ expressam, vel tacite factã alicui de religionibus approbatis, vt in d. ca. j. de uoto. Sed certũ est, q̃ iste, qui suscepit habitum nouitiorũ, nõ fecit hãc professionẽ; ergo nõ est votum solennizatũ. Minor probatur, qa professio nõ põt fieri sine consensu monasterii, & conuersi, vt in d. c. ad apostolicã, ſ. eo. Nã oportet, vt interueniat cõsensus illius, q̃ põt istũ incorporare religioni, ut dixi in ca. porrectũ, ſ. eo. sed monasteriũ dãdo habitũ nouitiorũ nõ intendit istũ recipere ad ꝓfessionẽ; immo vult experiri mores prius: ergo non põt dici istũ fecisse p fessionẽ ex illo ꝓposito, ẽt tacite. Nã cũ ista ꝓfessio sit quidã quasi ꝺctus, & inde oriat reciproca obligatio, nõ põt ꝓsistere ex parte vnius tñ. Li omnibus, la 2. ff. de ac. & obl. & l. Labeo. 2. ff. de ver. ſi. optime facit c. si tibi absenti, de preb. li. 6. Hinc no. tex. in c. non solum, præalle. ponit istũ casum, de quo q̃ritur separatim ab eo, in quo quis fecit, p fessionẽ expressam, vel tacitã. Ex hoc ẽt infertur q̃ iste nõ sit verus religiosus, ex quo p fessio tacite, vel expresse non fuit recepta a superiore, vt in d. c. ad apostolicã, ſ. eo. a ꝓrio sensu. Cõclude ergo, q̃ iste, de quo quæritur, & ꝓsimiles, non sunt veri religiosi; sed peccant mortaliter stãdo in seculo, & non intrando religionẽ, ex quo propositum habuerunt mutandi perpetuo vitam. Rõ, quia ex tali proposito vr̃ Deo uoluisse seruire: & sic venit ꝺ uotũ stãdo in seculo, nõ tñ obligatur ad intrãdũ eandẽ religionẽ, sed põt intrare laxiorem, ut hic notanter probatur: hæc procedunt cum quis suscepit habitũ
4 nouitiorum. † Sed dubitatur, qđ de eo, qui recipit habitum, p fessorũ intra annũ probationis. Dubiũ est notabile, & causatur ex c. nõ solum. & c. ꝓstitutionem, j. eo. li. 6. vbi dr̃. q̃ talis obligat religioni in genere. & nõ in specie, & sic vr̃. q̃ cũ nõ sit interim monachus alicuius monasterij; sed dẽt ꝓpelli ad intrandum aliq̃ religionem; si interim ꝺhat, tenet matrimoniũ. Sed ꝓrium tenet Io. And. in c. ꝓstõrem, & c. unico, de voto, li. 6. & Specu. in ti. de stat. reuer. 43. Mouetur Io. An. & bene, quia iste fecit professionẽ tacitam in certa religione: vnde licet ex certa cã nõ obligẽt alicui religioni in specie; tñ professus fuit in ea religione approbata, et ex hac rõne põt inferri ad id. qđ ſ. dixi ꝺ Io. An. hic, & Inn. q̃ cũ iste, qui suscepit habitum nouitii, non fecerit, p fessionẽ, ergo nõ põt dici religiosus, nec dẽt impediri matrimoniũ sequens, & hæc no. quia sunt quotidiana. In gl. 3. ibi, [Vr̃ habere locũ.] vult ergo gl. q̃ hoc c. hodie corrigatur per c. statuimus, qđ nõ ꝓcedit. Non. n. corrigitur sed declarat. Vel dic, q̃ illud c. procedit quoad ecclesiã: qa ecclesia nõ ꝓpellit ipsum, nisi euidenter appareat, q̃ uoluit rit vitã mutare; sed quoad istũ ingressum nõ est necesse, q̃ appareant hæc signa. Nã ipse sibi ꝓscius esse dẽt, vtrũ ꝓposuerit muta
5 re uitam, vel non; & sic proprie loquit iste tex. † In gl. in ver. [Secularitẽr.] in fi. vult gl. q̃ iste põt se conformare aliis secularibus, ex quo nõ proposuit vitam mutare, sed non dẽt viuere dissolute. Ex quo inferunt Doct. q̃ vestes seculares poterit deferre. Nam regula S. Bñdicti dispositi, vt in eo habitu, quo intrauerunt, redeant, vt in c. sup eo, ſ. eo. dicit tñ Io. An. q̃ si primo vestes erant nimis lasciuæ, honestũ esset, vt illas deponerent in signum antiquæ religionis, ar. in l. seruos, C. de quæst. Ego puto hæc omnia p̃cedere ex honestate, & nõ ex debito; quia in nullo obligatur iste vltra alios seculares; sed exhortatiue fuit dictũ, vt non viuat seculariter. In gl. in ver. [Remeare,] ibi, [Qui tñ sub conditione, &c.] No. gl. nam sentit, q̃ vbi intrasset cum proposito mutandi uitam, non ualeret matrimonium postea ꝓtractum; & sic sentit illam opin.

Inn.

ADDITIO

a ¶ Matrimonium. Adde quod uoluit Cal. consi. 5. & consi. 26. hoc ti. Seb. Sap. ¶ Matrimoniũ teneat. Vide relata per Ge. in c. penult. de regula. li. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Inn.& sequacium,de qua ſ. Dic latius, vt ſ. dictum eſt. † In gl.ſi.in
ſi.& hæc vlt. opi. probatur hodie ℣.eo.c. ſtatuimus,& in c. non ſo-
lum, ℣.eo.lib.6. vbi recipiens nouitiorum habitum , libere poteſt
intra annum ad ſeculum redire ; niſi appareant ſigna euidenter
q̃ voluiſſet abſolute mutare ſeculum, puta, quia ipſemet fuit cõ
feſſus, vel nunc confitetur, vt dicit Inn.& Hoſt. ℣.eo.c. ſtatuimus.
vel dimiſit beneficium ſuum, vel fecit teſtamentum , vel quid ſi-
mile, vt no. in d.c. non ſolum, lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius, qui intra annum probationis redit ad ſeculum, poteſt licite ad beneficia, & ad ordines promoueri.*
2 *Minor non obligatur ad votum religionis, niſi factus maior ratificet; ſed minor doli capax, poteſt ſe obligare Diabolo.* 2.

CAP. XXI.

1 **Poſtulaſti.** †Qui intra annum probationis non facta profeſſione redit ad ſeculũ , licite poteſt ad ordines, & beneficia promoueri. h.d. Cõis diuiſio. ſecunda ibi, [Nos.] Caſus liter. Aliqui intra quartumdecimũ annũ aſſumpſe runt habitum nouitiorũ, poſtmodum intra annũ ante factã profeſſionẽ ad ſuas eccleſias ſunt reuerſi,& Epis ſuis hoc ſcientibus ad ſacros ordines ſunt promoti. quæritur , vtrum ibi debeant tolerari? Rñ. Papa, q̃ pp hoc non ſunt à ſuis eccleſijs amouendi. B. No. 1. q̃ recedens de religione intra annũ probationis non inhabilitatur ad ordines & beneficia ſecularia , ſed illa poteſt licite
2 poſſidere, ſicut quilibet alius clericus ſecularis. † Sed quæro. q d ſi iſte propoſuit abſolute mutare vitam, nunquid poſſit promoueri ad beneficia ſecularia? In hoc dubio diſtinguerem , q̃ aut illo tempore voti , vel propoſiti erat maior 14.ann. & tunc non põt habere in ſeculo beneficiũ, ſiue beneficia; immo eſt cõpellẽdus intrare religionẽ, vt ℣.c. proxin fi. Aut erat minor, & tunc libere poterit promoueri ; q̃a ante pubertatẽ non obligat̃ quis ad votũ religionis, vt in c. ad noſtrã, ſ.eo.& clarius in c.1. ℣.c. li.6. ubi dr̃, quod ẽt ſi expreſſe fecerit profeſſionẽ, nõ obligatur, niſi maior factus ratã hẽat illam profeſſionẽ expreſſe, uel tacite p delationem habitus per annũ ꝓtinuum. In gl. ibi [& Inn.] intellige de Inno. III. huius decre. authore. q̃a in hac q. rñ det hos pueros nõ miniſtrare poſſe rite in illis eccleſijs, ſi malitia ſuppleat ætatẽ, quia intrando religionẽ ſimpliciter ſine ꝓteſtatione uñr abſolute uoluiſſe uitã mutare . Sed hęc uerba fuerunt ſublata in cõpilatione huius uoluminis, q̃a p ea fouebant̃ duæ falſæ op. Prima opi. Hug. qui uoluit, q̃d malitia ſuppleret ætatẽ, quoad ingreſſum religionis. Huius ꝓtium tenẽt cõiter Doc. & uĩ probari in c. ad noſtrã, ſ.eo. ubi requiritur, q̃d annus 14. ſit cõpletus; ad idẽ c.j.eo.tit. li.6.
3 Nec ob. †q̃d dr̃ de matrimonio carnali, quia nõ tñ quis obligat in illo, ſicut in ingreſſu religionis; & pro hoc c. q̃a in inſitis ſ. eo. ubi p̃ duram obſeruantiam , requiritur ætas 18. ann. & ſic ingreſſus religionis non ꝓcedit pari paſſu cum ꝓcũ matrimonij.
a Non ob. q̃d doli capax [a] ſe p̃t obligare Diabolo. Nam Diabolus non q̃rit de liberationẽ hoĩs, ſed caſum. Nam ſemper parat inſidias ad homines callidẽ decipiendũ, ut dicit tex. in c. uiſis. 16. q. 2. Sed Deus, qui nemini inſidiatur, q̃rit deliberationẽ. iuſt. n. mi litem uoluntariũ, ut no. in c. non eſt, 15. q. j. unde Apoſtolus: Quę nõ ẽpit, deliberet, q̃ ingreſſa eſt , pſeueret, ut hr̃ trãſumptiuẽ 27. q. j. c. nuptiarũ. & de hoc ar. uide q̃d no. 20. q. j. in ſumma. & c. cũ uirum, ſ. eo. & gl. bo. in cle. eos, eo. tit. & in hoc tene ſp̃ menti iſtã gl. Secunda opi. falſa, quæ fouebatur per illa uerba Inn. eſt, quia ex illis inferebatur proteſtationem fore neceſſariam in aſſumptione habitus nouitiorum: quod falſum eſt, ut in c. ſtatuimus. ℣. eo. & in c. non ſolum, eo. tit. lib.6.

ADDITIO.

a ¶Adde, quod ſcribit Io de Lig. in c. porrectum, ſupra eo. Seb. Sap. ¶ Capax. Vide Abbatem in c.1. infra de deli. pueror. vbi refert puerum quendam propter blaſphemiam fuiſſe raptum a Diabolo in quinquennio. vnde dicit Ang. in l. neque impuberes, ff. de in ius uoc. q̃ impubes doli capax poteſt excommunicari.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius cenſetur profeſſus, ſi vltra annum portat habitum monachalem.*
2 *Monaſteria ſubſunt Epiſcopo loci de iure communi.*
3 *An & quo caſu per delationem habitus religionis dicatur quis profiteri.*

CAP. XXII.

1 a **Ex parte.** †[a] Qui ultra annũ portat habitũ monachalẽ in monaſterio, ubi ſunt habitus diſtincti, cẽſe tur profeſſus. h.d. Cõis diuiſio. Secũda ibi, [Ideoq;.] Caſus liter. Quidam ſunt , qui cũ pluribus annis portauerint habitũ monachalẽ, tñ profeſſionẽ monaſticã non fecerunt. Cũ iſti poſtmodũ arguunt̃ ſuper eo, q̃ propriũ habent, & aliàs irregulariter uiuũt: dñt ſe non teneri ad carentiã proprii, nec ad ꝓtinentiam, ac alias regulares obſeruantias, cum habitus non faciat monachũ, ſed p feſſio regularis. Significatũ fuit hoc d. Papæ. Vnde mandat Epo loci, quatenus quoſlibet ſibi ſubiectos, qui prædicto mõ terram duabus uijs ingredi nituntur, cõpellat per cenſu. eccl. ut poſtq̃ p annum habitũ geſtauerint monachalẽ, regulam ſm formam ordinis profiteantur & obſeruent; & ad hoc cenſura eccl. cõpellan
2 tur. † No. 1. q̃ monaſteria ſubſunt Epo loci de iure cõi. ad hoc c. abbates. 18. q. 2. & c. monaſteria. No. 2. ex hoc, & ex tex. Epm poſſe cõpellere religioſos ad profitendum expreſſe, & ad carentiam
b proprii, [b] & alias obſeruantias regulares. Vlt. no. q̃ habitus monachalis habet uotum annexum . Nam ſine expreſſa profeſſione quis cenſetur religioſus, ex delatione habitus, q̃d intellige, ut ℣.
3 ſubijciam. † In gl. ſi. in fi. Dic clarius , cum quæritur, an exaſſumptione & delatione habitus quis debeat cenſeri profeſſus. Eſt. n. triplex habitus. Quidã diſtinctus, ut quia alio habitu utunt̃ nouitij, alio profeſſi. Alius indiſtinctus ut qa profeſſi, & nouitij, utunt eodẽ habitu. Quidam. n. eſt indiſtinctiſſimus, ut quia non ſolum nouitij, & profeſſi, ſed ẽt ducentes cõem uitam cum eis, deferũt eundẽ habitũ. & potes ponere exemplũ in iſtis Fratribus S. Ant. vel in aliis, qui ſolum deferunt crucẽ in pectore. Primo caſu, cum habitus eſt diſtinctus, ſubdiſtingue: Nam quædã eſt diſtinctio latens, vt quia habitus profeſſorum ſolum benedr̃. Quædam eſt diſtinctio patens, vt in colore, ſciſſura, ſeu forma. Primo caſu deferens illũ habitũ in religione p annum, ipſo facto cenſet profeſſus, ſi erat maior 14. an, vt eſt tex. in cle. eos, eo. ti. & ſic eſt caſus, in quo delatio habitus nouitiorũ obligat quem religioni intra annũ. Secundo caſu, cũ diſtinctio eſt patens mõ p̃dicto, non obligat religioni, quãto cunq; tpe talem habitũ quis deferat, ar. in cle. eos. Et in hoc caſu intellige dictũ Inn. & Abb. qui dñt ẽt, q̃ ſi quis p 20. ann. deferret talem habitũ, non cenſeretur profeſſus. Et dicit Abbas ſe vidiſſe ſuper hoc literas abſolutorias Papæ. Secundo caſu principali. cũ habitus eſt indiſtinctus, procedit principaliter hæc litera, vt deſerens p annũ cenſeat profeſſus, nec ꝓcedit ꝓteſtatio ℣rium, vt c.1. eo. ti. lib.6. Idem dic in 3. caſu cũ habitus eſt indiſtinctiſſimus, dummõ fuerit aſſumptus à maiore 14. annis. Nam ſi à minore, nõ obligatur, quia põt præſumere illũ habitum portare. ſicut alij religioſi, qui non ſunt religioſi; ſed ducunt uitã cũ religioſis. probat in c.1. eo. tit. li.6. & dic plenius, vt ibi no. in d. cle. eos, eo. tit. Vbi vero habitus profeſſorũ eſt diſtinctus; tunc p ipſius delationẽ per triduũ ſcienter factã cenſetur quis profeſſus, ſed obligat̃ religioni in genere; ſi talẽ habitũ aſſumpſit intra annum probationis, vt in c. conſtitutionem. §. j. eo. tit. lib.6.

ADDITIONES.

Ant. Fran. ¶ An sacerdos possit alteri stipulari, dicas, ꝙ licet regulariter non possit quis alteri stipulari, ut in l. stipulatio ista, in §. alteri, ff. de verb. obl. & Inst. de inut. stipul. in §. alij, tñ sacerdos in his, quæ concernunt aiam, & officium suum, & quæ sapiunt spiritualitatem, sicut notarius, potest alteri stipulari, & ideo in confessione sacramentali, puta si aliquis confitetur se debitorem alterius, & non uelit sacerdos eum absoluere, nisi promittat sibi, q sol uet creditori suo, ex tali promissione facta sacerdoti datur actio creditori, prout uoluit Bar. & Alex. in l. 1. in §. huius, ad fi. ff. de iust. & iu. ut tenet Spec. in ti. de instru. edi. in §. nunc uero aliqua, in uer. item pone cum quidam, qđ etiam noluit Inn. in c. parochiano, de sepul. Sed do. Abb. in c. pastoralis, in §. præterea, de offi. ord. dicit sacerdotem non posse alteri stipulari, nisi forte sit prælatus habens iurisdictionem, qui tanquam publica persona poterit alteri stipulari, de quo etiam per Alex. in l. non solum, in §. 1. ff. de iniur. Sed aduerte, quia hoc, quod dicitur de sacerdote audiente aliquem in confessione, qui dicit & confitetur sibi, se esse debitorem Titij, nec uult eum aliter absoluere, nisi promittat satisfacere creditori, si forsan creditor ignoret illum esse suum debitorem, satis dubito quomodo possit oriri actio creditori ex tali promissione, cum talis confessio non posset probari nisi per sacerdotem, qui de his, quæ audit in confessione, non potest esse testis, quoniam illa non scit ut homo, fed ut Deus, ut plene tractatur in c. omnis utriusq; sexus, de pœn. & remiss. & ideo cogita, quomodo potest adaptari doctrina Doct. ad ipsum casum.

d Seb. Sap. ¶ Sacerdos. Contrariam opi. uidelicet, ꝙ indistincte qlibet sacerdos possit alteri stipulari, tenet Ias. in l. 1. §. huius studij, col. 1. ff. de iust. & iu. ubi reputabat dictum Abb hic, & respondet ad tex. in d. c. quanquã, ut ibi per eũ.

e Magistratus. Adde tamen, ꝙ hoc non habet locum in arbitro, licet arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, l. 1. ff. de arb. qui arbiter non potest quærere parti fine cessione, de hoc est gl. sing. de iure can. in c. dilecti, supra de arb. & gl. in l. litigatores, §. 1. ff. eo & late per do Ant. in proœ. Greg.

f Notarium. Quæ sunt personæ ualentes alteri stipulari, & de hoc, an notarius possit stipulari alteri sine cessione, uide tex. & ibi latissime Bal. in §. cum impubes, Inst. de adop. & late per do. Ant. supra in prœm. Greg. in 5. col.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, qui est factus infidelis, si postea reuertitur ad fidem, potest suam uxorem repetere, quæ tamen non cogitur redire, si vult ingredi monasterium, alias secus*
2 *Maritus, aut vxor, si efficiuntur infideles perdit dotem, & donationem propter nuptias, & debet esse remanentis in fide.*
3 *Maritus potest ingredi monasterium inuita vxore iuuene, quæ comisit adulterium, & ita vxor marito adulterante, quod intellige, vt in num. 4.*
5 *Adulterium carnale, & spirituale, an compensentur.*
Compensatio diuersarum specierum non admittitur.

CAP. XXI.

1 **Mulier, quæ.** †Breue est, & per alia verba potest sic summari. Post sententiam diuortij, quoad thorũ latã ob fornicationẽ spiritualẽ mariti, potest vxor libere relig. intrare, & non diuiditur. Casus liter. Aliquis coniugatus transiuit ad infidelitatẽ, vxore sua remanente in fide, propter qđ illa fuit a viro iudicio ecclesiæ separata. vir reuersus est ad fidem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& est repetebat, ipsa nolebat redire ad eū, sed potius relig. itrare. Quærit utrū possit ad relig. trāsire, eo inuito? Et rñdet, q̄ pōt, sed si nollet relig. intrare, dēt cōpelli redire ad uirū. B. No. 1. q̄ quem admodū pp fornicationē carnalē pōt matr. suparari quoad thorū, ut in c. plerūq;, ff. de do. post diuor. rest. & c. ex literis, cū si. ita pp fornicationē spirituale. Fornicat. n. is, qui fidem deserit, & ad infideles se pfert. Cōcor. 28. q. 1. c. idololatria, & c. nō solū. Ex quo infertur, q̄ illud uerbum Christi, Non licet dimittere uxorem excepta causa fornicationis, ut in c. de infidelibus. de constan. & affinit. uēdicat sibi locū, nedū in fornicatione carnali; sed etiā in spirituali, quod tñ limita per id quod le. & no. in c. quanto, ff. de
2 diuor. †An aūt hoc casu maritus pdat donationem pp nuptias, & mulier dotē, sicut perderent, si laberentur in carnalem fornicationem? Dic, q̄ sic, eadem rōne, pro hoc l. consensu, C. de repu.
3 Sentiunt hic Doct. q̄ non. †Secūdo no. casū, in quo potest uxor marito inuito & iuuene, intrare relig. quando s. uxor est absoluta a consortio mariti, ob eius delictum. Ex qu. o infero, q̄ separato matrimonio pp adulteriū carnale, pōt is, q̄ nō peccauit, intrare relig. altero inuito & iuuene, pro hoc tex. 27. q. 2. in c. Agathosa, & c. ueniens, s. eo. alia utilia non possunt colligi ex tex. †In
4 gl. 2. ibi, [Qñ non fuit separata.] quod intellige, qñ maritus est reuersus re integra; sed si uxor ante eius reuertionem intrasset monast. non pōt educi a marito reuerso, licet sīa separationis non præcesserit. Nā idem uidemus in fornicatione carnali, ut, pbatur i d. c. Agathosa, & s. eo. c. pstitutus, & c. ueniēs. Obstat ergo uiro repetenti uxorē, exceptio fornicationis spiritualis: Et in fi. gl. hæc ultima rō uerior est, & placet magis Doct. cōiter. Nam præcedens rō non est uniuersalis: non. n. procedit in bigamo, neque
a in muliere. Et ex dictis i gl. habes aliquos casus, in gb. fornicatio
5 carnalis & spiritualis differūt. & plures alios uide p Doct. † Sed vltra gl. quæro de utili. q. Pone, q̄ uxor separata post fornicationem spiritualem factam a marito, commisit postea adulterium, nunqd marito reuerso, & inuito, possit intrare relig. an uero debeat cōpelare adulteriū carnale cū spirituali; sicut fit cōpelatio, qñ uterque lapsus est in fornicationē carnalē: ut j. de adult. c. pen. & ulti. Doc. sunt uarij in hac sīa; & uī primo, q̄ nō fiat cō pelatio, quia diuersarū specierū non admittit cōpensatio. l. si cōuenerit. ff. de pig. act. no. in c. 2. s. deposi. Itē uxor separata, non dr maculare thorum mariti. In contrarium facit, quia utraque fornicatio est sufficiens ad separationem matrimonij: ergo adinuicē admittitur cōpensatio, & hāc opi. tenuit Gof. in c. illa, j. de diuor. Host. distinguit, q̄ aut accusatur quis de spirituali fornicatione; & ipse excipit de carnali; & nō est audiendus, quia si conuincitur de spirituali, nō tenet mulier secū habitare, nisi uellet redire ad fidē. Aut eō accusatus de carnali, excipit de spirituali, & prius de exceptione cognoscēdū est, tanq̄ de p̄iudiciali; cū non possit hæreticus accusare uxorem de carnali, uel de alio delicto. Pro hoc c. exceptionem, de excep. & cap. a nobis, eo. tit. si tamen ille uellet redire ad fidē & constaret de fornicatione duplici, spirituali. s. & carnali, tūc fiet cōpēsatio. & hæc opinio satis est æqua.

ADDITIO.

a ¶Habes aliquos. No. differentias quæ sunt inter fornicationem carnalem & spiritualem, de quib. vide hic per d. Ant. vbi Doct. hoc ponunt, &c. Et adde tex. & gl. in c. proposito. 27. q. 1. est & alia differentia, quia licet in adulterio carnali, puta delicta mutua compensatione tollantur, vt in c. significasti, & in c. ex literis. cum fi. de diuor. tamen secus est in adulterio spirituali, videlicet prælati ecclesiæ, ut dicit gl. no. in c. quos, in fi. ulti. gl. 7. q. 1. & rationem ibi assignat Archi. quia ecclesia non dicitur delinquisse, cum iam ille prælatus cecidisset a iure suo.

Zachar. ¶Adde Barto. in l. 1. C. de pag. Inno. in c. p̄ super, colum. 2 in gl. sua. in nersi pro defensione, uer. potest etiam indicere. infra de uo. & utrum contra infideles: Hisp aniæ, no. Old. consi. 72.

De conuersione infidelium. Rub.

Supra uisum est de q̄uersiōe q̄iuga. ad relig. nūc subijcit de eorum q̄uersione ad fidem, hr̄ de mā 38. q. 1. & 2. & 32. q. 8. c. uno.

SVMMARIVM.

1 *Homicida non potest esse maritus illius mulieris, cuius virum, ipsius mulieris cōtēplatione interfecit. 4. secus, si sine dolo & fraude interfecerit. 6. 7.*
2 *Serui efficiuntur etiam fideles de iure, capti in bello licito; licet ex consuetudine non seruentur.*
3 *Matrimonium non potest consistere inter illos, q̄ ui sunt diuerse fidei; nisi ex post facto in eadem fide reperiantur.*
5 *Crimen non est committendum; etiam propter bonum spirituale, quod inde potest sequi.*
8 *Maritus interficiens uxorem suam, causa aliam habēdi, priuatur, quod non possit ulterius contrahere matrimonium.*
9 *Patriæ magis debemus, quam parentibus.*
Bannitus si potest impune offendi, filius potest offendere patrem bannitum.
10 *Ratihabitio, an æquiparetur mandato in delictis.*

CAP. PRIMVM,

Laudabilem. Saracenus, qui machinatione, Christianæ mulieris, ipsius mariti occidit; si ea matrimo. ꝺxit, separatur, licet postea sit reuersus ad fidem: secus si sine machinatione illum occiderit. hoc dicit,

1 uel summa gñalius. †Non pōt quis illam habere in uxorem, cuius maritum occidit, machinatione ipsius mulieris: secus si sine machinatione, & est pulcher, & quotidianus casus. Diuiditur, nā duæ sunt partes principales. Secunda ibi, [Ad hoc.] & quælibet subdiuidit in p̄sultationē, & rñsionē, ut p se patet. Casus lit. Quidem Saraceni erant in captiuitate Christianorum, & interfecerunt uiros quarundam mulierum Chrianorum insidijs & machinationibus ipsarum. postea ipsi Saraceni per mulieres illas ad fidem Christianam sunt conuersi. quæritur, utrum de iure illos possint accipere in uxores; & si eas duxerint, an tale coniugium teneat. Respon. Papa, q̄ ista quæstio determinatur per concilū Triburiē. in quo dr̄, q̄ si in mortem ipsorum malitiose fuerint machinatæ, quamuis earum studio ad fidem conuersi fuerint, contrahere non debent; & si contraxerint non sunt tolerandi, quia tale damnum cum lucro compensari non debet. Ad hoc. Quidam Saraceni interfecerunt quosdam Christianos in bello, quidam Christiani, quosdam Saracenos similiter interfecerunt in bello. postea uero Saraceni illi ad fidem conuersi sunt, & contraxerunt matrim. cum uxoribus illorum, quos in bello interfecerant; & Christiani contraxerunt cum mulieribus conuersis ad fidem illorum, quos in bello interfecerunt. Mulieres istæ post q̄ intelligunt ueritatem de morte priorum uirorum, diuortium petunt. quæritur, quid iuris sit? Respon. Papa, q̄ cum tales non procurauerint mortem virorum, matrim. inter huiusmodi personas licite potest contrahi; nec debent aliquatenus separari, cū
2 hic causa illa non subsit, propter quam debent separari. B. †No.
a ibi, [In captiuitate.] q̄ Saracenus licite tenetur a Christianis in seruum.ª Est enim licitum bellum contra Saracenos: & sic omnes capti in bello, efficiuntur serui, ff. de capti. quasi per totum: vide plene per Inn. in c. sicut, de iureiur. vbi generaliter dicit, q̄ omnes capti in bello iusto, etiam si sint fideles, efficiuntur serui. Hoc tamen dic de iure procedere; sed hodie ex cōsuetudine uniuersali, Christiani non efficiuntur serui. Ita no. dicit Bart. in l. hostes, ff. de capt. & post. l. rc. & ita plures obseruatum est, tempori-
3 bus nostris. † Secundo no. q̄ licet matrim. non possit consistere inter eos, qui sunt diuersæ fidei, 27. q. 1. c. caue. tamen disparitas fidei a principio, nō habet impedire matri. inter vnitos ex postfacto in eadem fide; nisi aliud impedimentum subsit. † Tertio no.
4 quod dixi in summario, vt non restringat dispositionem huius c. ad Saracenos. Nam eadem est ratio, & fortior inter fideles; quia cum istud impedimētum proueniat ex delicto atroci, maior est delictum inter fideles, quam si infidelis occidit infidelem. Sed dubitat magis de Saracenis, seu infidelibus, pp lucrū inde proueniens. cū essent reuersi post modū ad fidē; sed nihilominus ēt in eis disponit p̄ius. Itē no. magnā potestatē, q̄ hēt ecclesia. Pōt. n. rō delicti inducere nouū impedimētū habile ad impediendū, & dirimēdū matri. post ꝺctū delictū. Simile in c. fi. j. de eo q̄ dux. in
5 mat. † Quarto no. q̄ qs nō dēt cōmittere delictū pp bonū spirituale, qd inde sequit, pro hoc vide bo. tex. cū gl. in c. qd ait. 14. dis.
6 & in c. nō magno, j. ne cler. vel mon. †No. in §. ad hoc, quæ posse ducere in vxorē illā, cuius maritū interfecit, sine dolo & fraude mulieris. In gl. 1. ibi, [Idē est.] hæc gl. vsque ad fi. ponit casum separatū a terminis l̄æ, in quo rōne delicti, inducit aliud impedimē-
7 tum matrimoniale; & dic clarius, vt hr̄ in c. fi. j. de eo q̄ dux. in mat. †Sed hic q̄rit, p declarationē l̄æ, nūq d sufficiat ista machinatio,
b de qua in l̄a, si occisor nō cognouit illā mulierē, durāte primo matri. Host. instar, & tādē ꝺcludit, q̄ sic. Hic. n. nihil dr̄ de adulte-
8 rio, sed solū de machinatione. †Et pro hoc facit, s'm eū: Nā si interficio vxorē meā, cā habēdi aliā vxorē, ego pecco in legē cōingii, merito nō debeo habere aliq d auxiliū a lege, & sic nō possum amplius ꝺhere matri. vt in c. 1. de diuor. & in c. interfectores. 33. q. 2. Io. And. hic distinguit, & melius, q̄ aut intercessit in morte machinatio vnius tñ; puta, qa maritus interfecit vxorē, vt duceret Bertā in vxorē; & tūc reqrit adulteriū p̄cedens ad impediēdū, & dirimēdū matri. ꝺctū cū Berta; & sic vī loq. tex. in c. 1. s. q. vltre. 1. q. 1. Aut intercessit in morte machinatio vtriusq;; & tūc reqritur adulteriū, vt in ista l̄a. Si aūt non intercessit prius adulteriū; licet impediat matri. vt in d. c. interfectores, nō tñ, pbat in iure, q̄ ꝺctū
9 dirimat, put no. Host. in c. 2. de cog. spi. † In gl. 2. ibi, [Pugnates p patria.] No. glo. & licet glo. accumulet fidem & patriam, non tñ est necesse, vt simul concurrant. Nā licite qs pugnat pro patria. 23. q. 8. in c. si nulla. hoc casu potest insurgere filius contra pa-
c rentem, & sic quis magis obligatur patriæ, quam parentibus.ᶜ

Et

ADDITIONES.

a Seb. Sap. ¶In seruum. Quod bellum sit licitum contra Saracenos, tenet Bart. in l. 1. C. de Pag. refert Ias. in l. ex hoc iure. colum. 4. uer. secundo habes ex gl. ff. de iust. & iuti. & ibi an capti in bello efficiantur serui capiendum.
b ¶Ista machinatio. Vtrum ad impediendum, & dirimendum matrim. sufficiat machinatio sola, vide hic per do. Anto. in 2. quæst. & ipsum Abb. Panor. in c. 1. de eo, qui dux. in matrim. quam pol. per adulte. & aliquid per eundem in cap. super eo, eod. tit.
c Seb. Sap. ¶Quam parentibus. Cui magis filius obligetur, an patri, an patriæ, uide Bal. Ang. & Fulg. in l. pe. ff. de post. Ias. in l. 1. §. fi. col. pe. ue. cui potius parenti, ff. de iust. & iui. ubi Ias. tus per Alber. de Rosa.

Et facit ad statutum, quo cauet, q̄ bānitus possit impune occidi, nunqd filius possit occidere patrem bānitū? Et dic, q̄ sic, qa bānitus est hostis ciuitatis; & hostē ciuitatis, ēt patrem possit occidere impune, l. minimē, ff. de rei. & sump. fu. & ibi Bar. & per eundē in l. amissione, ff. de cap. di. †In gl. in fi. no. glo. ex qua hēs casum, in quo cessat ratihabitio, & idē tenuit Io. in c. is q̄ viuēte 31. q̄. 1. & idē Vin. & Host. hic. tñ postea Host. distinguit vtrū noīe mulieris fuerit maritus interfectus, vel ne, vt primo casu sufficiat ratihabitio, secundo nō, arg. in c. cū qs, de sent. exc. lib. 6. Io. And. dicit hāc distinctionē non procedere cum hic requirit machinatio, & nihil aliud dicere vult, q̄ q̄ vbi in actu requirit machinatio scīēter, nō sufficit ratihabitio; cū nō possit machinatio interuenire post factum. Sed dic clarius ponendo verā rōnem decisionis gl. Ratihabitio retrotrahit ex fictione iuris, sed ad hoc, vt fictio p̄cedat, req rit, q̄ duo extrema sint habilia ad illū actū perpetrandū. s. tps quo actus fuit gestus, & tps ratihabitionis. Sed si alterū istorū deficit, non procedit ratihabitio; quia fictio non cātur fu per impossibili. de quo plene per Bar. in l. fi is qui pro emptore. ff. de uiuca. Exē plum, quidā interfecit noīe infantis hominem. Demū infans maior factus, hēt ratum, certe hæc ratihabitio nō trahitur retro, qa impossibile erat illū infantem tunc tpis mādare delictum; nō ergo potest trahi retro, cū non debeat plus posse fictio, q̄ veritas; & illud appellat extremū ad quod. Pone exēplū in extremo à quo sit ꝺctus. hēbā terminum ad certum quid agendū; amicus meus nomine meo egit illud. ego post terminum habui ratum, nunqd hoc sufficiat. Certe dicendum, q̄ non, qa cum post terminū non potuissem vere facere, ergo nec ficte. Pro hoc est pulcher tex. in bonorum, ff. rem rat. habe. vide bon. gl. in c. quam sit, de electio. lib. 6. Ad propositum ergo, cum post mortem mariti, non possit vxor machinari in ipsius mortem, ergo deficit hic extremum, à quo; & sic non procedit ratihabitio, quia quando deficit alterum extremorum, non habet locum ratihabitio. Nic. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Si unus ex coniugibus infidelibus conuertitur ad fidem filij communes assignantur conuerso. 7. 8.*
2 *Matrimonium sumpsit cognomen a matre potius, quam a patre, propter maiora onera, quæ sustinet mater.*
Abusio dicitur, quando quis abutitur aliqua re, contra eius naturam.
3 *Iudæi habent filios in potestate, quia sunt sub Romano Imperio, & legitimas nuptias contrahunt.*
4 *Infans usque ad triennium debet lactari a matre, nisi sit aliqua nobilis. Nā tunc traditur alendus alteri; expensis patris, si est locuples, aliter matris, si est dines.*
5 *Pater cogitur alere filium, officio iudicis, nisi filius possit ex sua industria se ipsum alere, dum tamen non sit sibi dedecori operari. Et quid si denegat.*
6 *Patria potestas non est penes illos, qui non subsunt Romano Imperio.*
9 *Iudæus conuersus ad fidem, debet habere omnia bona, nisi sint quæsita per usurariam prauitatem.*
10 *Matrimonium, si propter adulterium sit separatū quo a thorum, apud quem filij sint alendi, & cuius expensis.*

CAP. II.

Ex literis.ª †Si vxore in Iudaiso relicta, Iudæus ad fidem conuertū, cōis proles assignatur eidem. h. d. Vel quoad intellectum, maxime iuncta gl. dic. Si alter infidelium singū venit ad fidem, altero remanente in infidelitatis errore, cō munis proles assignatur conuerso. h. d. & est casus no. Primo cōsultatio. Secundo rñsio, ibi, [Cū autem,] & c. Cō. ultatio vero duo facit. Primo ponit viri petitionem. Secundo defensionem mulieris, ibi, [Ad quod.] Rñsio vero papæ, quadruplicem p̄mittit cām. Casus liter. Quidā Iudæus cōuersus ad fidem vxore sua in Iudaismo relicta, petebat in iudicio, vt eorum filius quadriēnis assignaretur eidem, per ipsum ad fidem, quē susceperat, p ducendus. Mulier rñdebat, q̄ cum puer infans adhuc existeret, magis materno indiget solatio, q̄ paterno, qui sibi ante partum fuerat onerosus, & doloroſus in partu, & post partū laboriosus, vnde potius legitima cōiunctio viri & mulieris dr̄ matrimonium, q̄ patrimoniū, & ideo apud ipsam debebat potius remanere. Quæsitū fuit à papa, quid iuris esset. Cū filius in ptāte patris consistat, cuius familiā sequitur, & non matris, & in tali ætate apud suspectas p̄sonas aliquis remanere nō dēat, q̄ vitæ ipsius insidienē, & pueri post trienium apud patrē non suspectū ali debeāt, & cōmorari; & si apud matrem maneret, posset illud trahere ad infidelitatis errorē; & ideo pp fauorē fidei rñdet papa puerum illum patri assignādum.
2 B. No. 1. plura onera q̄ subit mater in creatione, & in nutritione filij; & pp hæc onera materna, commistio mariti, & vxoris assum pſit denominationē à mre: vnde appellatur matrimoniū, quasi matris muniū, officium; qa magis versāt officium maternum, q̄ paternum. q̄ tene menti. Et ex hoc, & ex tex. infero, q̄ vocabula debēt esse p̄nia reb. concor. c. cum s'm Apostolum, de præb. Insti. de don. §. est & aliud. Aliās autem tale vocabulum dr̄ abusiuum, vt est tex. cum gl. Insti. de act. §. sic itaq;. Et dr̄ abusio, qñ quis abutitur reē suam nām. Et ex hoc & ex tex. collige, q̄ vbi certum qd participat de nā duorum, attribuitur ei, de cuius nā magis participat, l. quæritur, ff. de sta. ho. & 4. q. 3. c. hermaphroditus. No. 2. q̄

pater habet filium in potestate, & non mater. Et in quibus consistit patria ptās, vide plene per gl. Inst. de pa. po. & inter cæteros effectus hēt vnū mirabilē, q̄ pr̄ potest vendere filium pp necessitatē famis, C. de pat. qui fil. distr. l. 2. no. gl. in c. 2. de p̄g. Item q̄ q̄d acquirit filius a quirit pr̄i, quoad vtum fructū, ū, rterq; in castrensi, vel quasi. De quo dic, vt plene no. in l. cum oporteat, & in auth. excipitur, & auth. idemq;, C. de bo. quæ li. & Inst. per quas pers̄o. no. acqui. per totum. No. q̄ licet matrimoniū denominet à matre; tñ filius sequit familiā patris. Vnde dēt denominari à pr̄e, & non a matre; & sequitur ciuitatem ex p̄sona patris, & non matris. l. 1. & l. assumptio, ff. ad muni. † Item no. q̄ ēt Iudæus hēt filiū in ptāte.ᵇ
3 b Et est rō, qa Iudæi ꝺhunt iustas nuptias. j. de diuor. c. gaudemus, & sūt sub Romano Imperio; & sic gaudēt legib. Imperialib. Pro hoc l. Iudei, & q̄ ibi no. C. de Iudæ. Nā ille est ī ptāte p̄ris, quē ex iustis nuptijs, p creamus. Secus dic in filio nō legitimo. Nā ille nō
4 est in ptāte patris. Insti. de nup. in fi. †Itē no. q̄ puer seu infans post
c triennīū ᶜ dēt ali apud patrem, vsq; ad triennium mater tenet lactare filiū. C. de pa. po. l. nec filiā. Hoc intelligo, nisi mater sit talis, quā non deceat lactare filiū, vt no. Azo in sum. de pa. po. sequitur Bar. in trac. de alim. & hoc casu dēt lactari expēsis patris. Sed si p̄ est indigēs, & mr̄ locuples, tenet mater alere filios, & ēt maiores,
5 l. 1. §. mulier, ff. de li. agno. & in auth. si pater, C. de diuor. † Et scias, ᵈ
d q̄ in tñ alimēta sunt filio debita à patre, q̄ pr̄ pōt cōpelli p iudi-
e cē ad alimēt ādū filios, ᵉ d. l. nec filiū. & dicit ibi glo. no. q̄ si pater denegat filio iniuste alimēta, pdit p̄iā ptātē, quod bene no. vnde alibi dicit lex, q̄ necare est, filiis alimēta denegare, l. necare, fi. de li. agno. Et dicit ibi no. gl. q̄ si filius moreret pp defectū alimētorū, pōt puniri pr̄, ac si filiū, p̄riis manib. necasset. quod no. Et in-
f telligo, q̄ pater tenet alere filiū, & eō filius patrē; nisi fil.ª ꝺposset sibi q̄rere victū ex industria, & hoc verum; qñ sit talis p̄sona, quā nō deceret o pari; aliās nō tenet laborare cū dedecore suo, l. si qs à liberis, & quod ibi no. ff. de libe. agno. & vide gl. in c. cum hēret, de eo, qui dux. in mat. In gl. 1. ibi. [Ob nequitiā patris.] no. istū casum, & dic, q̄ ob hāc cām pōt filius cōpellere patrē, vt cū emācipet, de quo dic, vt latius hr̄ in l. fi. ff. si a pa. qs fue. ma. & no. Insti. q-
6 bus modis ius pa. fol. in fi. †In ea. gl. ibi, [De iure Quiritū] dic Quiritū. i. Romanorū, ag dñr Quirites à quiris, q̄d est hasta. Nā hastati incedebant, qui inuenerunt patriā potestatē. Et dñr quoad istum effectum Romani oēs, qui sunt sub Rom. imperio. alij vero non recognoscentes Romanum imperiū, non habent filios in ptāte: vnde dubitatur de Venetis, & quibusdā alijs, de quo vide per gl.
7 Inst. de pa. po. †In ea. gl. ibi, [Conditione patris, vel matris.] No. gl. q̄ nō est ipāle in patre, qđ dr̄ in t. x. sed idē est in matre q̄uersa ad fidē, & idē probat tex. no. in c. Iudæi. 28. q. 1. Hēs ergo casum sing. in quo mr̄ pōt petere cōsobolē, & inuito patre pōt p ducere ad baptismū. Dic, q̄ p baptismū soluit ius patriæ ptātis, vt est tex. iūcta gl. no. in c. iudæorū, ea. cau. & q. Et rō pōt esse, quia non est con-

ADDITIONES.

a ¶Vide S. Tho. in 4. senten. dist. 39. q. 1 art. 4. circa fi vbi dicit, q̄ cum proles pueri nit ad perfectam ætatem, debet sequi patrem fidelem vel matrem fidelem, sed si est in minori ætate constituta, tunc debet dari fideli, non obstante, q̄ indigeat matris obsequio ad educationem.
Zach. In potestate. Adde quod no. in apost. ad istum in c. sicut Iudæi, nu. 3. in apo. in ver. contrarium, infra de Iudæ.
b Ant. Fran. An Iudæus habeat filium in potestate, dicas q̄ licet Iudæus cōtrahat cū Iudæa verum matrimoniū & indissolubile, vt in c. de infidelibus, de consan. & affini & est glo. in c. quanto, de diuor. tamen non dr̄ habere filios in potestate, nec in filios habere potestatem aliquam, quia Iudæus dr̄ esse seruus Principis Christiani, & princeps Christianus potest a Iudæo auferre filios paruulos ad baptizandum, dummodo nō auferat cā cogendi patrē ad baptismum, secundum Arch. in c. qui sincera, 45. dist. cuius tū contrariū tenuit Car. in cle. 1. de Iud. per gl. in c. Iudæorum, 28. q. 1. & hr̄ per Alex. post Bal. in l. 2. de his qui sunt sui vel alie. iur. & habetur per Rom. in l. mulrum, de verbo. obliga. vbi etiam per Alexan. & per Alex. post Bar. in l. apud Iulianum, in §. 1. de leg. 1. vbi dicunt, q̄ imo Iudæi habent filios in potestate, quia matrimonium inter se legitime contrahunt, vt in d. c. de infidelibus.
c Vide de hoc opt. gl. in c. cum haberet, infra de eo, qui dux. in mat. &c.
d Vide Sal. in l. alimenta, C. de nego gest.
e Zach. Ad alimentandum filios. Amplio hoc dictum esse verum, etiam si pater non habet vnde commode viuat vt per Bal. in l. vbi, quæst. 10. ver. ista q. C. de iu. do. quod est verum, etiam si feorsum a patre, defectu tamen nouerca, habitent, ut no. An. in Auth. vt liceat mat. & aui, § illud, verti. si vero per causas, colum. 8.
Ant. Fran. An pater teneatur alere filium sorsum habitantem ab eo, dicas, q̄ pater alit filium, etiam si sit illegitimus, vt in c. cum haberet, de eo, qui dux. in mat. quam pullus per adult. Et non solum tenetur eum alere, sed et ā vxorem & filios eius, quamuis pater non habeat vnde commode posset viuere, ēt si feorsum ab eo habiter, vt voluit etiam Bal. in l. vbi adhuc, in 10. col. C. de iu. do. Et istud procedit, etiā si filius legitimā sibi dātā a patre forsan cō sumpsisset, absque dolo tamen & culpa sua. Ita Bal. in auth. contra dotata, C. ad Treb. & in l. 2. in §. 1. ff. fol. mat. & in auth. si capt. C. de epis. & cle. prædicta tamen intelligo vera, nisi filius esset artifex, vel haberet alium modum se alimentandi, saluo honore, quia tunc pater non teneretur eum alere, si posset se alere ex suo artificio, vel lucro, vt per Bar. in l. si quis a liberis, §. q̄ si filius, ff. de li. ag. & per eundem Bar. in auth. res quæ, C. commu. de leg. & per Bal. post gl. in l. si cum dotem, in §. 1. ff. fol. matr.
f Seb. Sap. Nisi filius. Vide Alexan. in consi. 48. in 3. col. Bal. nouellum in trac. de dote, char. 14. in 6. par. in nono priuileg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝓueniens, q̃ Iudæus habeat filiũ Christianũ in sua potestate, cum
8 ẽt seruũ Christianũ habere nõ possit, ĵ. de Iudæ. c. fi. † Et ob prædicta dicit hic Host. q̃ Papa poterat hic facilius expedire statuẽdo, q̃ si alter infidelium venerit ad fidẽ, ſ. pater, vel mater, cõis soboles, assignãda est ꝓuerso, nisi sit doli capax, qa illi relinquunt͞ ꝓpriæ libertati. Hoc vltimũ dictũ ego intelligo, rõne baptismi recipiẽdi. Nã si pater venit ad fidem, filium maiorem habens, dico, q̃ pater potest petere filium maiorem; quia per baptismum non dẽt perdere patriã potestatẽ, quã habebat in filiũ; cũ debeat tũc esse
9 melioris pdõnis, q̃ prius. † Pro hoc c. Iudæi. 2. ĵ. de Iudæis. vbi patet, q̃ omnia sunt relinquenda Iudæo conuerso ad fidẽ, intelligo nisi per vsurariã prauitatẽ illa bona q̃ sita fuissent, vt est gl. no. iuncto tex. de consec. dist. 2. c. Iudæi. † In gl. in ver. [soluti, ĵ. bi, [Diuortio facto.] & dicit Inn. & cõiter Doct. illam auth. ſi pater, procedere, qualitercunque fiat diuortium, siue de iure, siue de facto, qđ no. bene. Ex hoc infertur, q̃ si propter adulterium mariti matrimonium separetur, quoad thorum, filij debẽt ali a prẽ, siue apud mrem, expẽlis patris. Idem si pater de facto relinqueret vxorem.

a *De voto,[a] & uoti redemptione. Rub.*

ADDITIO.

a ¶Plurima canonistis incognita sunt in materia votorũ, ad intellectũ huius rub. vide sanctum Tho. in 4. dist. 38. q. 1. art. 1. 2. 3. & 4. Quid autem sit votũ, dic, q̃ est alicuius boni cum deliberatione facta promissio. Ita diffinit Ray. in sum. voti transgressi, circa princ. Sed Archi. 17. q. 1. in sum. uariis modis diffinit. Nam dicit, q̃ votum est alicuius boni cum deliberatione facta promissio. Vel sic, votum est conceptio boni propositi cum deliberatione confirmata, qua quis ad aliquid faciendum, vel non faciẽdum se Deo obligat. Vel aliter dicit, q̃ votum est testificatio quædam promissionis spõtaneæ, quæ Deo, & de his, quæ sunt Dei, fieri debet. Et hanc vltimam dicit tenere Magistrum sen. lib. 4. dist. 32. & dicit, q̃ de hoc ponit etiam Ion. in c. ad nostram, de reg. Sed tu dic, q̃ primæ quæ diffinitiones relatæ per Archid. vbi supra non fuerunt suæ, sed Ray. quem Archi. non refert, in sua summa, in titu. de imped. uo. circa prin. §. votum sic describitur. Sed de hac diffinitione omnino vide per Doct. post Arch. & Ioan. And. in c. 2. de uoto, in 6. Et quid sit uotum rationabile, & quid irrationabile, vide Tho. 2. 2. q. 88. art. 2. ubi etiam ponit de quibusdam uotis bestialibus, vt si quis uoueat se morituru, uel se volaturum, de quib. etiam ponit Arc. in c. qui bona, 27. q. 1. cuius dicta retulit d. Ant. in c. literaturam, in fra eo. Et dicit Magister sentẽ. 38 dist. 4. lib. sententiarum, vt refert Th. in 2. 2. q. 88. 1. art. 9 uotum est testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ docet de his, quæ sunt Dei, fieri debere, quamuis testificatio possit ad inferiorem testificationem proprie referri. Item vtrum omne uotũ obliget, vide omnino Th. 2. 2. q. 88. art. 3. & in eadem quæst. art. 4. ponit de vtilitate uouendi, videlicet an expediat uouere. & in eadem quæst. art. 5. ponit, cuius virtutis sit actus uouendi, & quid sit uotum, & vide etiam omnino Host. in summa. de uoto. §. 1. per totum illum §. per Tho. in 4. distin. 38 q. 1. art. 1. ubi plurima alia bona ad mate. ponit. Et adde q̃ uotum non fit sanctis, nisi secundum quod Iuffragia sunt, & mediatores inter nos & Deum, sicut & oratio ad sanctos fit. Ita dicit ad literam S. Tho. in 4. sen. & dist. 38. q. 5. art. 3. circa med. vbi etiam dicit, q̃ turpe uotum non est seruandum, quia votum non se extendit ad illicita, nec minus bona. nec refert, vtrum fuerit tunc illicitum, quando uotum emissum est, vel postmodum illicitum fiat. Adde hic, quod ille, cui affignata sunt confinia, & promissit non exire de confinib. si exit, vt uadat ad complendum uotum, non incurrit illam pœnam, ad hoc alleg. tex. & glo. sing. & vnicam in Lillud, ff. de offi. præsid. Et ideo dicit Bald. in l. 1. in 2. colum. C. de ædi. ac. q̃ mulier exiens de carceribus ut uadat ad aliquam ecclesiam causa adimplendi uotum, non dicitur fugisse de carceribus. dicit tamen ibi Bal. q̃ custos carceris non debet permittere ipsam exire, nisi consuetudo publica hoc permitteret.

Visum est ſ. de quodã voto in specie, qđ. ſ. emittit͞ p ingressum religionis, vel p susceptionẽ fidei; nũc subijcit de voto in gñe, & ipsius voti redẽptione. De mã habetur 26. q. 1. per totum, & 32. q. 1. c. fi. reperitur, in 6. & de fi. instru. c. quod super. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Votum potest commutari in aliud uotum, cum authoritate tamen superioris, & iusta causa instante consideranda a superiore.*
2 *Votum an & quo casu debeat commutari in melius.*
3 *Votum an cogatur quis obseruare, quando superuenit aliquod impedimentum, quod si ab initio fuisset, sine dubio quis non uouisset.*
4 *Votum nunquid possit redimi, uel commutari sine causa.*
Ieiunia indicta ab ecclesia, non possunt mutari, nec redimi sine causa existente, ieiunia uero indicta per pœnitentiam, possunt arbitrio imponentis commutari, sine arbitrio eius secus.
5 *Pœnitentia pot commutari ab illo, qui pœnitentiam iniunxit, vel a superiore.*
Pœna statutaria potest ex causa per iudicem mutari vel diminui.
7 *Votum non potest commutari ab inferiore Episcopo, nisi ille inferior habeat iura episcopalia.*
Dispensatio non potest fieri ad aliquo prælato citra episcopum, nisi in casib. a iure expressis.
8 *Papa potest ex aliqua magna causa dispensare, quod monialis possit contrahere matrimonium.*
Papa potest ex causa dispensare contra uotum continentiæ; & alius citra Papam non potest dispensare.

CAP. PRIMVM.

1 E peregrinationis. † Eps ex cã mutare pot votũ peregrinationis ĩ aliud, qđ sit Deo magis acceptũ. Vel summa ghalius sic: Vota possunt eleemosynis redimi, vel in aliud cõmutari, intercedẽte superioris authoritate, iusta cã redimẽdi, vel mutãdi. h. d. Scda pars ibi, [Rñdemus.] Casus li. Aliqs fecit votũ peregrinationis, q̃ rit, vtrũ tale votũ possit redimi eleemosynis, vel cõmutari in aliud, necessitate instãte. Rñdet Papa, q̃ de arbitrio superioris pẽdet, vt ipse ꝑsideret diligẽter qualitatẽ vouẽtis, & cãm cõmutationis, ſan ex infirmitate, vel affluẽtia diuitiarũ, aut alia, pbabili cã peregrinatio, vel ecõmutatio magis sit Deo accepta, & ſm hoc super hoc dispẽset. B. No. 1. q̃ a voto qs põt dupliciter liberari. Primo p redemptionẽ, vt si vult facere eleemosynã, seu ædificare hospitale sumptuosum, vel maritare domicellas, vel q. d similes, & hoc intẽdit litera, dũ dicit, affluẽtia diuitiarũ, &c. Scdo p cõmutationẽ in aliud, vt si vouit ire ad Sepulchrũ, & petijt, vt fiat cummutatio, vt bis teneat ire Romã, vel q. d simile. Et ex hoc, & ex tex. no. q̃ pcise nõ tenẽt qs ꝑficere votũ illud, vel aliud; sed põt ex toto liberari, largiẽdo certũ quid in
2 pia cãm. de hoc ĵ. † Scdo no. q̃ in cõmutatione uoti, vel eius redẽptione nõ põt dari certa regula; sed totũ dependet ex arbitrio
3 superioris, q̃ ex diuersis informabit motũ animi sui. † Itẽ no. q̃ re cõpẽsatio, q̃ fit pro voto, dẽt esse melior, & Deo magis accepta. Ego putarẽ hoc dictũ procedere, cũ sola voluntas redimendi, vel mutãdi subest, vel simile. Sed si cã est in vouẽte, puta quia est de-
a bilis ad peregrinãdũ, tũc satis est, vt fiat cõmutatio[a] in similẽ causam, licet illa non sit Deo magis accepta, per c. q̃ super his, & c. magnæ, ĵ. eo. facit qđ leg. & no. ſ. c. 1. de re per. & sic vltra alios limitarẽ istũ tex. † Itẽ reperio dictũ no. B. Tho. qđ recitat Archin c. q̃ bona agũt. 17. q. 1. vbi dicit, q̃ omne ꝑdimẽtũ superueniẽs, qđ habuissẽt a principio impedire uotũ, si orĩ͞ post factũ hẽt auferre obligationẽ voti, qđ est dictũ satis sing. Sed multũ ob. c. q̃ sup his ĵ. eo. vbi impedimentũ supueniẽs facit mutationẽ in aliã cãm. & licet illud sit magis tutũ, tñ de subtilitate credo primum dictũ satis posse, ꝓcedere; dũmodo nulla culpa inueniat in vouẽte. Nam si per me non remanet, quominus uotum perficiã, subsistente bona voluntate, debeo reputari, ac si votũ perfecissem. Pro hoc c. dixit, de pœn. dist. 1. & quod no. in c. 1. de eo. qui mit. in pos. ſ. cit in simi. quod no. in l. quod re, ff. ſi cer. pet. in l. ſi nõ fortẽ. §. libertus, ff. de cond. inde. & in l. ſi vsusfructus mihi, de vsufru. le. Et ad c. super his. potest rñderi, q̃ procedit, quando impedimentũ non est omnino uoti impeditiuum, sed difficultatiuum. Aliud. n. est, quod factum reddit impossibile, aliud quod difficile, facit l. ſtinu͞. ff. de uerbo. obliga. Cõiter tñ obseruat c. q̃ super
5 his, alle. Et facit iste tex. dũ dicit, aut ex ĩfirmitate. † Sed pro declaratione ꝑdictorũ, & materiæ q̃ritur, nunquid [b] sine causa possit uotũ redimi, uel cõmutari? Sol. dic, q̃ ista vota, quæ a principio fuerũt uoluntaria, possunt redimi & cõmutari, causa existẽte in uouente; dũmodo cõmutet, uel pro redemptione detur aliquid magis utile, & Deo magis acceptũ, hoc no. uoluit Inno. super rubr. de obser. ieiu. Itẽ sequitur Archi. in c. presbyter. 28. dist. Ego. ꝑbo per c. de multa, prope fi. ĵ. e. dum tex. alternatiue loquitur, dicens, si necessitas exigat. uel utilitas persuadeat. sufficit ergo alterum illorum. Et ex illo tex. infero ad limitationem, quam ſ. dedi ad istũ tex. ut tunc commutatio debeat esse utilior, quando necessitas non suggerit commutationem uoti. Nam patet ex illo tex. q̃ sufficit necessitas, uel utilitas; ergo in casu necessitatis non requiritur melior utilitas, quod no. Et unde surgit hæc commutatio uoti, cum sit de iure diuino? Dic, ut colligitur ex c. magnæ, ĵ. eo. Hæc procedunt in uotis uoluntarijs. Ieiunia autem necessaria, quæ sunt indicta ab ecclesia, non possunt commutari, nec redimi sine causa existente in ipso obligato, ut no. Innocen. in rub. in loco ꝓallega. De ieiunijs uero indictis per sacerdotem in pœnitentia, dic, quod ipsius arbitrio possunt commutari; sed sine arbitrio ipsius secus. Sic intellige glo. no. in d. c. presbyter.

ADDITIONES.

a ¶An autem, & quando liceat uouenti commutare uotum propria authoritate, uide late per do. Anto. in c. peruenit. 2. de iureiur. & quod no. in rub. de obser. ie. Itẽ omnino adde hic. Th. in 4. dist. 38. q. 1. art. 4. ubi disputãdo concludit regulariter uouentẽ nõ posse cõmutare uotũ authoritate propria, & si commutaret in aliud uotum temporale diuturnius, quã primũ. Sed dicit, q̃ dispensatio & commutatio votorũ pertinet ad ꝓlatũ suũ, q̃ in quo libet uoto subditi, subintelligitur conditio, nisi displiceat prælato. Et dicit q̃ licet Papa habeat plenitudinem potestatis in dispensationibus, rñ ad cã regulariter non recurritur pro dispensatione uotorũ, nisi sit uotũ religionis, uel sint uota perpetua. In aliis aũt uotis, sicut peregrinationis, & ieiuniorũ, possunt Epi dispensare, nisi Papa aliquod uotum sibi reseruauerit, si cut dispensatio in uoto terræ sanctæ. Et ibi etiam dicit, q̃ minus importat commutatio uoti, quam dispẽsatio: quia, quando fit commutatio, absolutur ab vno uoto & ligatur ad aliud, sed quando fit dispensatio, absolutur a uoto, absque eo, q̃ ligetur ad aliud, & ideo dicit, q̃ cum ex causa rationabili in uoto dispensari possit, potest etiam commutari.
Ant. Fran. ¶ An votum possit commutari propria authoritate, etiam in melius, sicut in diuturnius & longius tempus, dicas absque dubio, q̃ non, imo quia a uoto discederet & illud rumperet propria authoritate, dignus esset diuino supplicio, vt in c. Ananias. 17. q. 1. imo nec superior sine causa potest illud commutare, vt in cap. non est, de uoto, vt ibi per gl. quæ dicit, qđ dispensatio uotorum sine causa facta, dicit esse diffinitio.

b Seb Sap. ¶ Nunquid. Quando liceat commutare uota, vide Fel. in c. 3 in prin. supra de iureiur. post Abb ibi col. 1. ver. sed quando.

c presbyter. 82. dist. † In gl. 1. ibi, [Commutatio pœnæ.] Aduerte, nã iura alle. in gl. loquuntur de cõmutatione pœnitentiæ, & non pœnæ; & pœnitentiã cõmutare potest ille, qui pœnitentiã iniũxit, vel superior, vt legitur & notatur in d. c. presbyter. Et de cõmutatione pœnæ dic, vt no. per Inn. & alios in c. 1. de consti. & est bo. tex. cum gl. in l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de his, qui no. infa. vbi
2 Bar. ponit no. dictũ, q̃ ex cã ẽt pœna statuti potest iudex [a] cõmutare, vel diminuere, ut 2. q. 3. c. fi quem pœnituerit. §. accusatorũ,
7 uer. pœnæ uero, in gl. in uer. uoluntati. † In ea gl. ibi, [Et est argum. quod Epi, &c.] Signa gl. & ideo gl. dicit, ar. quia in tex. non fit mẽtio de epo, sed de præsidente. Inn. dicit, q̃ epi & superiores, pñt dispensare in uoto, non aũt prælati inferiores. Probat iste tex. iũcta suprascriptione, & no. sing. hoc dictũ, pro quo facit quod ipsemet no. in c. 2. de eo, qui fur. ord. rec. ubi ponit unam sing. re-
b gu[b] dicens, nullũ prælatũ citra epm posse dispẽsare in aliquo casu, nisi in casibus in iure expressis, q̃ reg. ſequuntur Doc. in c. fi. de postu. præl. Et ego adduco tex. in cle. 2. de priui. vbi no. probat, q̃ prælatus citra episcopum non potest absoluere à sententia excõi cationis à canone promulgata, nisi vt dixi in casibus à iure expressis. Host. dicit hic, q̃ iste tex. non probat dictũ Inn. sed potius ꝓ, quia licet loquat de epo, nõ dicit hoc pẽdere ab arbitrio suo, sed eius, qui ꝑsidet, &c. Fatetur tñ, q̃ dictum in se est verum; & fernatur de consuetudine, & minime sunt mutanda, & c. l. minime, ff. de leg. Et potest dici, q̃ vbicunq; inferior prælatus haberet de iure speciali ius epale in personis, q̃ tunc possit dispensare in voto, sicut epi; quia talis potest exercere iura epalia, pro hoc glo. no. in cle. 1. de reb. eccle. non alien. & per Inn. in c. statuimus, de maio. & obe. Dico latius in c. significasti, de fo. compet. & tunc ista litera stabit proprie, vt quilibet præsidens, habens iurisdictionem epalem, possit dispensare in voto. Nam, vt ex fine literæ colligitur, in hac cõmutatione requiritur dispensatio, sed ꝓlatus inferior non dispensat. Per hoc dico sacerdotẽ vota non posse cõmutare, nisi mõ prædicto, scilicet cũ ipse iniunxit ieiunium, &c.
1 ¶ In gl. fi. ibi, [Sed in voto ſcientiæ, secus.] No. gl. nã loquitur non solũ in religioso, sed in quolibet vouente ꝓtinentiã. Host. & cõi-
2 ter Canonistæ tenent oppositũ dicentes, q̃ ex magna [c] cã põt Papa dispensare circa votũ ꝓtinentiæ; & cũ religioso. Ponit exẽplũ, si Rex infidelis vult redire ad fidẽ cum toto suo regno, põt habere in vxorẽ monialẽ filiã alterius Regis. Nã istud est magis Deo acceptũ, q̃ ꝓtinentia vnius hominis; maxime quia matrimoniũ est de iure diuino, & cũ vxore est castitas. 31. dist. c. Nicena, & in c. 1. de voto, li. 6. & idem tenent Doc. in c. cũ ad monasterium, de fla. reg. B. Tho. fuit in opi. gl. licet prius tenuisset ĵ. Io. And. nouissime disputauit, sequendo opi. Canonistarũ ĵ opi. Theologorum, & plene, ꝓsequitur super reg. semel Deo dicatũ, de reg. iur. lib. 6. in Merc. Et inquantũ gl. dicit, q̃ castitas est, & c. non intelligas, q̃ aliæ virtutes hoc non possunt facere: vñ debet intelligi, q̃ castitas sola potens est Deo animas præsentare, scilicet sine aliis virtutib. Non tñ intelligas, q̃ aliæ virtutes absint, sed nõ exigitur, vt ꝓcurrant eque principaliter, sed saltem debet habere accessoriẽ; quia non põt qs habere vnã virtutẽ sine aliis, licet possit habere opus virtutis, vt no. gl. in c. nisi cũ pridẽ, in ver. statutũ, ſ. de renũc. † Ex dictis habes vnũ casum, in quo solus Papa dispensat; & licet hoc Doc. teneant, tñ de iure aperte hoc non probatur. Sed ego addu
d co. maiores, de bapti. vbi dr, q̃ maiores causæ sunt referẽdæ ad Papam. alius est casus in uoto ultramarino [d] emisso pro subsidio terræ sanctæ, tex. est no. iuncta gl. in c. ex multa. ĵ. eo.

ADDITIONES.

a Rach. ¶ Potest iudex cõmutare, uel diminuere. Adde Gul. de Cun. in l. certa. su. 1. & ibi in apo. Celsi in uer. 6 iudex excedat modum, C. quando prouocare non est ne. & Lud. Ro. sing suo 77. inc. ueni qua, & Fel. plene in c. cauſ. col. 5. in fi. supra de offi. deleg. & ple. in c. qualiter & quando, il 2. §. ad corrigendos, col. 7. uer. & pro complemento. infra de accusa.
Et quibus casibus possunt dispensare prælati inferiores a papa, uide B. Tho. in 2. 2. q 88. art. ult.
¶ De hoc uide latius per Per. de Anch in rep. c. canonum, de const. in 2. opp. & vide quod no. infra de ſta. mo. c. cum ad monasterium, & in fi. q. Io. And. in reg. 2ctus, in Merc. & Imo. post Gul. in cle. 1. ult. col. de consan. & affi. & vide hic per do. Ant. in vlt. col. & idem quod Pau. hic, post do. Ant. dicit ad ideram Host. in sum. de uoto, §. qualiter. & cuius authoritate, in 2. col. uerſi. & de uotis uoluntarijs.
Seb. Sap. ¶ Magnæ. In contrarium tamen faciunt no. per Fel. in c. quæ in ecclesiarum, col 8. supra de const. ubi tenet, q̃ papa non possit dispensare, si ex habet uxorem sterilem, ut possit ducere aliam uxorem, & subdit, q̃ Papa non potest dispensare super præceptis decalogi, ut ibi late per eum.
¶ Vide late per Host. in sum. de uoto. §. qualiter & cuius authoritate, per totum illum. §.

SVMMARIVM.

1 *Votum factum in puerili ætate, potest Papa commutare; etiam si sit votum peregrinationis.*
2 *Votum factum a maiore septennio obligat uouentem.* 3.
3 *Votum dicitur quis post septem annos.*
Papa non potest tollere obligationem alteri quæsitam.
Papa non tenetur obedire Papæ in temporalibus.
Laicus non tenetur obedire Papæ in temporalibus.
Absoluitur quis a iuramento cum causa; alias secus.

CAP. II.

1 Veniens. Cõmutat Papa uotũ ultramarinũ, in his maxime, q̃ in pueritiæ tate uouerunt; & duo facit. Primo ponit formã uoti. Secundo eius absolutionẽ & mutationẽ, ibi, [Nos.] Casus li. R. clericus, dũ esset ĩ puerili ætate ꝑstitutus, & doli capax, dispositus, ꝑficisci Hierosolymã, & cuidã. q̃ illuc accedere volebat, fidẽ dedit; & suã ab eo accepit, q̃ in uia fideles socij existerẽt. tandẽ factus discretus, & adultus accessit ad papã, petens eius ꝑsiliũ. papa illũ absoluit à uoto, qđ in ætate puerili fecerat, ex facilitate potius, q̃ arbitrio discretionis; ita tñ q̃ uotũ redimat eleemosynis, & toto tpe uitæ sũ, si poterit, uni pauperi dẽat
2 prouidere. B. † No. 1. ex tex. iuncta gl. q̃ uotũ emissũ in puerili ætate, efficaciter obligat; licet ꝑstet facilitatẽ obtinendi cõmutationẽ, & sic minor ætas nõ impedit obligationẽ Deo q̃rendã. & sic puer post septẽ annos, ut dr in pœ. 6. & sic post doli capacitatem quis obligat ex uoto. Et ad hoc teneb is sp menti istũ tex. quia ne scio alibi ita clarũ. Vide tũ ad mãm, quod no. Inn. in c. scripturæ.
3 ĵ. eo. † Scdo no. q̃ uotũ emissum in pueritia ætate, uũ potius pcedere ex quadã facilitate animi, q̃ discretionis arbitrio. Et ex hoc & ex tex. põt sumi ar. opt. q̃ uotũ emissũ ex animi facilitate, obligat uouentẽ, licet facilitas ꝑstet cãm dispensandi & cõmutandi.
4 † Vltimo no. casum, in quo papa absoluit laicũ ab obligatione q̃ sita alteri laico. Nã iste dederat fidẽ laico, ut essent socij fideles in itinere. Sed ĵ hoc opp. obligatio est de iure gentiũ; & sic nõ põt pptincipẽ tolli, ut ĩ cle. pastoralis, de re iu. no. Inn. ĩ c. q̃ ĩ ecclesiarũ, de pst. Legiste in l. fi. C. fi ĵ ius uel uti. pub. maxime p papã respectu laicorũ. ad hoc uide sin. dictũ Inn. in cũquisitionis de sen. exc. vbi dicit, q̃ si papa uult laico auferre liberos suos, uel simile, nõ tenet laicus sibi obedire. cũ sibi nõ sit subiectus in tpalib. Sol. ĵ tium uũ difficile. Ex dictis Doc. pñt colligi duæ sol. Prima, q̃ papa hoc fecit ex plenitudine ptãtis. Hæc sol. non valet. qa non hẽt ptãtem absolutã circa ista, q̃ sunt iuris naturalis, seu gentiũ sine cã, ẽt Imperator reſpectu laici, ut no. in iurib. ſ. alle. Secunda sol. q̃ uũ placere Inn. hic, ut sit hoc ꝑseciale, cũ obligatio uenit accessorie ad actũ spũalem, nec laicus põt ptẽdere cõmodũ burſale. Nã ista nõ erat ꝑpriè societas, cũ societas ĵhit ad lucrũ. l. coiri, cũ seq. ff. p socio. uñ potius isti dicebant comites, q̃ socij. Ad hoc q̃d no. gl. in cle. 2. de pœnis, & no. hanc sol. quia satis rõnabilis est, habes casum, in quo papa absoluit quẽ ab obligatione q̃ sita laico. Ego darem aliã sol. q̃ iõ papa potuit hic absoluere, quia solũ obligatio erat ĵcta ex fidei præstatione; sed papa põt absoluere à iuramento, cã interueniente, ut no. in c. quanto, de iureiu. hic autem fuberat cã, quia illam fidem præstiterat ob causam fui itineris, qua deficiente, facilius potest obtineri ablolutio à præstatione fidei. & hæc sol. mihi uũ erior, & procedit magis sine scrupulo. In gl. in uer. [Facilitatẽ,] in fi. de hoc uide quod dixi in c. dudum, de couerſ. coniuga. & quod dicam ĵ. c. ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Votum non emittitur ex simplici proposito bonum operandi.*
2 *Votum ad hoc, vt obliget, quæ requirantur.*
3 *Promissio sola non ligat, nisi sit facta cum proposito se obligandi.*

CAP. III.

1 Literaturam. † Hoc c. ptinet no. & sin. decisionẽ; & potest sic summari. Simpliciter propo nens religionẽ ingredi; licet non ingrediat, nõ est reus uoti. Vel generaliter potest sic summari. Ex sola ꝓceptione boni explicandi, non obligatur quis ad bonũ conceptum exequendũ. Primo ꝑsultatio. Secũdo rñsio, ibi, [Tibi.] Casus sit. Magister A. fecit sibi minuri in brachio: brachiũ induruit ex illa minutione, ita q̃ pterritus fuit ad mortẽ. Dũ esset in tali statu, ptulit hæc uerba, non diu hic morabor, ꝓponens in animo religionẽ intrare. Dubitauit, an ex hoc facto teneret religionẽ intrare? Rñdet papa, q̃ si plus nõ est ĩ uoto, ꝓcessum, nõ dẽt dici trãsgressor, si non adimpleat, qđ dixit B. No. ĵ. ar. opt. ex tex. q̃ terror mortis nãlis non impedit obligationẽ uoti; dũmõ uouens deliberare se obliget ad uotũ,
2 de quo uide qđ dixi in c. sicut, de regula. † Scdo no. q̃ ex solo ꝓposito indeliberato intrãdi religionẽ, nõ obligat qs ad ingressũ, ꝙ qđ gl. multũ instat. Nã uũ tex. in oppositũ in c. q bona agunt, 15. q. 1. Sol. ex dictis gl. Inn. & Host. põt elici hæc ꝓclusio, q̃ si non firmiter quis proposuit, seu deliberauerit religionẽ ingredi, uel certũ qd profiteri, non obligatur ex sola ꝓceptione animi. Si aũt de liberauit, tunc tenẽt ad executionẽ uoti; ẽt si uerba non expressit, ecclesia tñ non cõpellit ad uoti executionẽ, si de eo nõ ꝓstat. Nã si ex prima deliberatione, seu agitatione animi quis obligarẽt ad religionem, pauci essent studentes, q̃ non essent religiosi obligati ſm Host. cum cõiter talia animo ꝓcipiant. Hinc dicit Abbas, q̃ uotũ initiatur, confirmatur, & ꝑsumatur. Initiatur cũ proꝓsitũ in animo seminatur. Ex tali ꝓposito nõ obligat, nec quo ad Deũ, nec quoad ecclesiã; & sic põt intelligi iste tex. Cõfirmat, cũ deliberõ figit, & firmat ſuper ꝓposito; & tunc obligatio orit, quoad Deũ, ad hoc d. c. q̃ bona agunt, sed ecclesia non cõpellit, ex quo sibi non ꝑstat. Consumat aũt, cũ uerba enunciant, & tũc efficaciter obligat quoad Deũ, & quoad ecclesiã, ut in c. licet, ĵ. eo. Et sic cõmuniter sentiunt Doc. nostri, q̃ ꝓpositũ deliber-

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum,& ꝓfirmatū obligat quẽ ad executionẽ boni ꝓcepti & deli-
b debit in ſui ꝑiudicium, vt patebit in ſecunda ſolutione. † Sed ultra alios quæro, quare uotum, cum ſit de iure diuino, põt in melius cõmutari, ceſſante cã in uouente authoritate eꝑi, ut in c. j. ſ. eo. & ieiunia in dicta a b eccleſia non pñt cõmutari, ẽt in melius per illũ eꝑm ceſſante cã, ut no. Inno. ſuper rub. de obſer. ieiu. cum iuis diuinum longe magis obliget, q̃ ius poſitiuum, ut in c. ſi. de ꝓſue. 25. q. 1. c. ſunt quidam. Sol. credo poſſe ſic ñderi: uota emittũtur pure in ſeruitũ & placentiã Dei. Vnde ſi cõmutanr in melius, non ſoluit obligatio uoti, immo augetur. Nã cõmutatio dẽt fieri in id, qđ Deo est magis acceptũ. d. c. 1. & ſic ex uoluntate diuina hæc uota cõmutantur, & rediminntur; & generaliter ex uo luntate creditoris põt unum pro alio ſolui. Inſt. qui. mo. tol. obl. in prin. & pro hoc tex. in uer. cum igit. & quod hr̃ Leui. c. ult. Sed ieiunia indicta ab eccleſia, fiunt non ſolũ ad carnẽ macerandã, ſed ob deuotionẽ certi tpis, uñ ſunt qualificata in tpe, & ob reuerentiã Sanctorũ, ut reddamus decimã totius anni, ſicut in Quadrageſima, iõ nõ ſufficit aliud ſoluere, qa per ſolutionẽ alterius non ſatisfit cauſæ inſtitutionis ieiuniorũ. Item non licet inferiori uenire ſine cã ℈ ꝓſtitutionem ſuperioris, ut in cle. ne Rom. de ele. Ideo non licet eꝰo cõmutare ſine cã ieiunia iniuncta ab eccleſia. † Quærit Io. An. de tribus q. Primo, an omnia liceãt Papę.[a]
Secundo an omnia deceant. Tertio, an omnia expediant. Quoad primũ dic, ꝙ ſic, ſi non fiat ℈ fidem. 40. diſt. c. ſi papa. nec aliàs pec
cet; qa peccatũ nõ cadit ſub potentia; ĩmo cadit ſub defectu; & hoc in mortalib. peccatis lege diuina: ſecus de mortalib. lege can. uel humana; cũ ipſe nõ liget ſuis ꝓstõnib. patet in eo, quod no. in
c per tuas. 2. de ſi. de acc. ad petitionẽ, & in c. licet. Quoad ſm, ſi ẽ iuſta cã, quod ſibi decet, & eꝰ. Quoad iij. ſi ordine iudiciario agit, ſemper expedit facere iuſtitiã, nec illam peruerti, ut ī c. in cauſis, de re iu. licet qñq; per cãm differatur. de renun. c. niſi. §. pro graui.

ADDITIO.

a ¶ No. de poteſtate pape. Et uide d. An. hic in 3 col. in uer. quæro quæ liceant. & in c. propoſuit. de conceſſ. præb.
Zach. ¶ Adde Fel. in c. poſtulaſti. col. 19. uer. quartus eſt. ſ. de reſcrip. & in c. 2. col. 1 uer. uideretur etiam, quod ex cauſa ſupra de maior. & obed.

SVMMARIVM.

1 *Votum, ſi non potest exequi, permittitur dilatio. Si vero impedimentum est perpetuum, inducitur redemptio.*
2 *Obligatus ad votum, cogitur præcise, quia votum obligat de iure diuino.*
3 *Præceptum siue mandatum superioris sine distinctione factum, admittit ex cusationem probabilis cauſæ.*
4 *Inops dicitur ille, qui viuit ex proprio artificio.*
5 *Votum emiſſum in ſubſidium Terræ ſanctę, non impeditur etiam ex impedimento perpetuo, ſecus in alijs votis.*
6 *Pœnitentia iniuncta per ſacerdotem, ſi non potest exequi, debet fieri commutatio, siue redemptio. 16.*
7 *Pœnitentia potest imponi a ſacerdote, etiam in longa peregrinatione.*
8 *Vxor non tenetur ſequi maritum exequentem votum peregrinationis.*
9 *Votum peregrinationis emiſſi potest, etiam per mulieres.*
10 *Infideles non infeſti Chriſtianis, & recognoſcentes dominium Eccleſiæ, non ſunt moleſtandi, & licite retinent principatus & dominia.*
11 *Hæretici licite poſſunt omnibus eorum bonis ſpoliari, quia magis delinquũt cum fidem aliquando cognouerint.*
12 *Infideles, ſi delinquũt, poſſunt puniri per Papam, qui eſt generalis vicarius, Dei in terris, uel per Imperatorem. 14.*
13 *Iudæi peccantes in moralibus, debent puniri per Eccleſiam uel Imperatorẽ.*
14 *Papa debet iuuare Imperatorem ad domandum rebelles.*
15 *Infideles & Iudæi, an poſſint expelli a Chriſtianis.*
16 *Infideles poſſunt uocari in auxilium a Chriſtianis in bello licito.*
17 *Fideles debent adiuuare dominum eorum, etiam infidelem.*
18 *Votum quo caſu per ſolum Papam commutetur.*

CAP. VIII.

Quod ſuper. † Impedito ad tps exequi uotũ ultramarinũ, ꝙ editur dilatio: perpetuo uero impedito, indicitur redẽptio in eo, quod magis expediat Terræ ſanctæ. h. d. Cõis diuiſio. Secunda ibi, [Nos aũt] quę tria facit. Primo ponit gñalem doctrinã. Scdo duplicẽ diſ. Prima ibi, [Vn

de credimus.] Scda, ibi, [Reuerſus.] Tertia ſoluit ꝙſultationẽ indeciſam, ibi, [De mulierib.] Casus lit. Quidã aſſumpſerunt ſignũ Crucis in ſubſidiũ Terræ Sanctæ, quia iſti uotũ ſuũ non adimplebant: mandauit papa Cantuarienſi Archiepo, ut eos cõpelleret ad executionẽ uoti. Quidã pp paupertatẽ uel aliam iuſtam cãm utiliter non poterant adimplere uotum ſuum. Quæſiuit Archiepꝰ à papa, qd de his esset agendũ. Et ipſe rñdit, ꝙ debiles, & inopes magis in defectũ, q̃ ad ꝓfectũ accedũt illuc; qa debiles pugnare nõ pñt, & pauperes mẽdicare cogunt, niſi forte ſint nobiles & magnates, ut ſuis expẽſis ſecũ poſſint ducere bellatores, vel artifices, uel agricolas, q de laborib. ſuis ſibi uictũ q̃rere pñt. Vñ papa diſtinguit inter illos, q tpalem cãm habere noſcunt, & inter illos q perpetuã. Primis dãda est dilatio, ſecũdis est redẽptio indulgẽda; ita tñ, ꝙ expenſas, quas eſſent facturi, tranſmittant in ſubſidiũ Ter. ſan. Rurſus ī hoc §. diſtinguit inter illos, q in defenſionẽ Ter. ſan. uotũ peregrinationis emittũt, & illos, qb. ꝙ ſatisfactione ſuorũ peccatorũ iter peregrinationis iniungit. Circa primos plus ꝙderat ſuccurſus Ter. ſan. circa ſcdos labor itineris, ſm ītẽtionẽ uouẽtis, uel penitẽtis. Et iõ, ſi aliqs de uouẽtib. est inutilis ad pugnã dũ, q̃uis habilis ad eũdũ, melius est uotũ redimere, q̃ expẽſas ꝓsumere. Et de penitente, q non poſſit ꝓp debilitatẽ iter peregrinationis implere, idẽ est dicendũ, ſ. ut redimat uotũ, ſed non de illo, q non poſſit ire, licet poſſit pugnare, qa principalis cã ꝓſideranda est. Mulieres uerõ, q̃ uouerunt, ſi remanere noluerint, uiros ſuos ſequant, illæ uero q̃ uouerũt, niſi ſint diuites, ut poſſint ſecũ
2 ducere bellatores, redimant uotum. B. † Primo no. ex iſto tex. ꝙ ad uotũ exequendũ qs ꝑciſe cõpellit, ceſſante rõnabili cã. Et ſic habes caſum in quo obligatus ad factũ, ꝑciſe cõpellit, nec ſufficit ꝑſtare intereſſe. & hoc iõ, qa hoc uotũ obligat de iure diui. ut in c. licet. ſ. eo. Et regulariter, an obligatus ad factũ, ſit ꝑciſe cõpellẽdus. Dic, ut leg. & no. in l. ſtipulationes nõ diuidunt, ff. de uer. obli.
3 l. ſi qs ab alio, ff. de re iu. † Scdo no. ibi, [Sine diſtinctione,] ꝙ man datũ principis ſine diſtinctione factũ, admittit excuſationẽ, ꝓbabi
4 lis cauſæ, facit c. ſi qñ, ſ. de reſcr. & c. ex parte, de offi. dele. † Tertio no. & tene mẽti, ꝙ uiuẽtes ex ꝓprio artificio pñt dici inopes. Nã excipit ab eo, qđ dixerat de opib. & exceptio dẽt esse de regula, ut no. ſ. ſup rub. de re. iu. li. 6. Itẽ no. ꝙ in ꝓsideranda facultate alicuius, debemus inſpicere, utrũ hẽat aliũ artẽ. & facit ad mãm illorũ, q̃ ueniunt, inquãtũ facere pñt. † Itẽ no. ꝙ impedimentũ ẽt ꝑpetuũ, non tollit obligationẽ uoti, ſi fuit emiſſũ ꝓ ſubſidio Terræ ſanctæ: ſecus dic, ſi fuit emiſſum, ꝓ deuotione, ut dixi in c. licet.
6 ſ. eo. † Itẽ no. ꝙ nõ ualẽs agere penitentiã ſibi iniunctã à ſacerdote, non liberat abſolutione, ſed dẽt fieri cõmutatio ſeu redẽptio.
7 † Itẽ no. ꝙ licite ſacerdos iniungit ī penitẽtiã peregrinationẽ, ẽt
8 diuturnã, ꝓ remedio peccatorũ. † No. ꝙ uxores non tenenr̃ ſequi
9 maritos uotũ peregrinationis exequẽtes. † Vlt. no. ꝙ mulieres licite emittũt uota peregrinationis; ẽt, ꝓ ſubſidio Terræ ſanctę. † Sed
10 quia tex. uñ hic approbare pugnã Chriſtianorum ℈ Saracenos, [a] poteſt

ADDITIO.

a ¶ An Chriſtiani licite poſſint mouere bellum ℈ Saracenos, & infideles, vide Old. ꝑſ. 72. & an princeps poſſit ſine peccato tollere Iudæos, & Saracenos de reg. no ſuo, & bona eorũ auferre, & an debeat principalib. hoc ſuadere, vide qđ no. Abb. poſt Inn. & Hoſ. ī c. j. ante med. de ſagitta. Adde, qđ Old. ꝑſ. 72. piſtũ alle. loquit de infidelib. nõ de illis, q hẽnt Terrã ſanctã, qa in dubio eſſet ſ. ſtio, ſed loqr̃ de ifidelib. q ſunt in alijs regnis, puta ī regno Hiſpaniæ, de quo dixi in apo. ad iſtũ in c. j. nu. 2. in apo. in ver. ferũ. ſ. de puer. inſi.
Ant. Fran. ¶ An bellũ poſſit moueri ℈ Saracenos, & infideles, uide Inn. in c. qđ ſuper his. de uo. Et qualiter illud eis indicat, de quo ẽt per Bar. ubi ẽt ponit de bello licito & illicito ꝓtra alios Chriſtianos, in l. hoſtes. & in l. fi. ff. de cap. vbi ẽt ꝑ Bar. in l. ex hoc iure. in uer. quæ ſunt bella licita. ff. de iuſt. & iu. & uide Pa. de Ca. in ꝑſ. 33. Et an alius, q̃ princeps poſſet indicere bellũ, vide vltra Bar. in l. hoſtes. ꝑal. & in l. ex hoc iure, ſimiliter all. ubi ẽt per Ale. Spe. in ti. de j & 2. decr. in §. reſtat uidere, in uer. ipſe. n. per ſe. Et uide omnino Old. in ꝑſ. 70. ubi ponit, quid de principe nõ recognoſcente ſuperiorẽ de facto.
Seb. Sap. ¶ Contra Saracenos. Vide Bar. in l. 1. C. de pac. ubi dicit ꝙ bellum, quod geritur a Chriſtianis contra infideles, ſemper est iuſtum, quia ipſi tenent occupatam Terram ſanctam, & Ang. in diſpu. ſua inci. renouata guerra. & Io. de Ligna. in tract. de bello.
¶ Et adde hic d. Ant. in 5. col. ubi ponit, an papa, uel inferior eccleſiaſticus index poſſit punire Iudæos delinquentes. Et uide oino pleniſſime circa hoc, qđ ſcribit Anch. in repe. regulæ, ea q̃, in 6. principali qõ. Et qđ no. Io. An. in c. gaudemus. de diuo. & qđ no. d. Ant. in c. j. ſ. de pñt. & Abb. in d. c. gaudemus. Et uide qđ no. Abb. in c. i Archiepatu, de rap. vbi dicit, ꝙ Eccleſia punit iſideles ℈ legẽ naturæ delinquentes, & alle. Inn. hic. An aũt penes infideles ſit iuriſdictio, Arc. tenet, ꝙ ſic, in fi. 3. q. 5. & all. c. fi ꝑpea. 23. q. 5. Et de hoc no. i. c. cui eſt. 11. q. 3. & dicit ſe ibi dicturũ. Itẽ, an infideles iniuſte poſſideãt, q̃ hẽnt, uide Anc. in rep. re. ſine poſſeſſione, i fi. j. col. Itẽ uide Bal. ī, pœ. Greg. i 3. col.
Ant. Frã. An papa, uel princeps poſſit punire Iudæos delinquẽtes. Dicas, ꝙ Iudæi de crimine miſto, ut eſt ſacrilegiũ, & alia, de qb. in c. licet, & in c. cũ ſit gñale, & in c. ex tenore, de fo. cõp. pñt puniri, & ab eccleſiaſtico, & a laico, ſed inter eos hẽt locũ ꝑuentio, ut in c. paſtoralis. & in c. duo, de of. or. ī. & ꝑ Bar. in l. ſenatus, ff. de accu. & uide Old. in ꝑſ. 36 ultra ea, q̃ hic all. c. gaudemus, de diuo. Et adde, ꝙ eſſe Iudæũ est delictũ in ſe, ſed nõ punibile ꝑ Chriſtianos, ſed ſecus eſt in delicto hr̃is, qa põt puniri ꝑ Chriſtianos, ut ꝑ Bar. ī. l. apud Iulianũ, in ℈. j. de le. 1. & ꝑ Ale. poſt alios in l. multũ, de uer. obl. Et an infideles iuſte poſſideãt q̃ hẽnt, dicas, qnõ. qa dñr hoſtes Chr̃anorũ, ut il. 1 & ibi ꝑ Bal. C. de cap. & pñt expelli ꝑ ſupiores de terris quas occupãt, ut ꝑ Old. in ꝑſ. 87. & ẽt pñt capi in eccleſiis, ſi ibi inueniãt, ut ꝑ eũdẽ Old. ī ꝑſ. 54.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pōt probabiliter dubitari, nunqd Principibus Christianis sit licitū mouere bellū ꝺ infideles, & eis auferre dominia & principatus, & alia bona. Inn. multū exquisite tractat hic istā mām. & primo ꝓcludit, ꝙ infideles licite tenēt dominia, & principatus, & alia bona: qa Deus subiecit orbē rōnabili creaturæ, nec inter homines distinxit. Postea supuenit ius gentium, & habuit locū illud, Quodcūq; calcauerit pes tuus, tuū erit. Ita ꝙ licite infideles acqsiuerūt dominia; ideo molestari sine cā non dēnt a Christianis. Fatet tn, ꝙ si infideles sunt infesti Christianis, vel aliter delinquant ꝺ legē naturæ, ꝙ Papa poterit ꝺ eos indicere bellū, & eos priuare huiusmodi bonis. Host. dicit, ꝙ si infideles non recognoscūt dominiū ecclesiæ, licit e possunt spoliari, per id, qđ hī Ecclesiastes x. Transferet a gente in gētē regnū. & in Euang. Matt. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. q̄ qdē potestatem trāstulit Christus in vicarium suū, sed si recognoscūt dominium Ecclesiæ, nec sunt infesti Christianis, dēnt tolerari, ꝙ opi. Inn. facit c. dispar. 23. q. 7. sed ꝙ opi. Host. vide tex. cum gl. in c. si de reb.

11 23. q. 7. †Hæretici tñ ex pstōnib. Sanctorū patrum pñt licite ꝺb. bonis spoliari, qa magis delinquūt ipsi, q̄ fidē semel agnouerunt q̄ infideles, vt in c. vergentis, de hær. Fallunt p̄dicta in prouincia Hierosolymitana; qa cū sit ꝓsecrata in sanguine Christi, nō dēt esse in dominio infidelis; maxime cū multi Imperatores illā acqui

12 siuerint dominio Christianorū. †Secūdo principaliter q̄rit Inn. si delinquūt infideles, p quē dēnt puniri? Et ꝓcludit, ꝙ p Papam, qa est generalis vicarius in terris, & ipse Deus fecit vnū ouile, & vnū pastorē, vt hī in Euangelio, & sic infideles, velint nolint, sunt de illo ouili. Et dicit Inn. ꝙ cū infideles non habeāt aliā legē licitā p̄ter legē naturę, si delinquūt in illā, puniūtur p Papā, ad instar Dei, q̄ puniuit Sodomitas, vt hī Gen. 19. c. & 2. q. 1. c. Deus omni

13 potēs. †Iudæi [a] vero, si delinquūt ꝺ legē eorum in moralibus, pu

a niunt per Ecclesiam. Et aduerte, qa Inn. totā iurisdictionē infideliū vt attribuere Papæ, ꝙ non ꝓcedit indistincte. Nā sunt sub Romano Imperio, vt patet C. de Iudæ. & C. de Paga. p totū. ad idem c. postulasti. ℣. de de Iudęis. Itē Imperator saltē quoad exercitiū hēt iurisdictionē sup vniuersum Orbē, & est dominus mundi. l. deprecatio. ff. ad l. Rho. de iac. & l. bene a Zenone, C. de quadri. p̄scr. Facit qđ ipse Inn. no. in c. licet ex suscepto, de foro ꝓ. vbi dicit, ꝙ si Imperator non est negligēs, sed subditi sunt sibi rebelles, nō succedit Papa in iurisdictione, sed dēt iuuare Imperatorē ad

14 domandū rebelles, ar. in c. cū ad verū. 96. dist. Vñ ꝓcordādo dicta Inn. & iura §. all. distinguo, ꝙ q̄dā sunt crimina ecclesiastica: & ī istis Papa exercet iurisdictionē in infideles, sicut exercet ꝺ fideles, vnde si Iudei, vel alii infideles delinquerent ꝺ matrimoniū, Papa, seu ecclesia posset in eos animaduertere, vt in ca. nouit, de Iudę. In criminibus vero non ecclesiasticis, Imperator exercebit iurisdictionē. In mistis uero locus erit p̄uentioni. ad hoc, ꝙ plene dico in c. cum sit gñale, de foro cōp. Vñ in peccato ꝺ naturā, dico, ꝙ uterq; pōt esse iudex, qa hoc peccatū p̄cipaliter ꝓcernit Dei reuerētiā. q est ꝓditor vniuersalis creaturæ. Nā ob hāc cām Ecclesia impedit se ꝺ laicos de crimine vsurarū, ēt infideles, vt in c.

15 post miserabilem, & c. fi. ℣. de vsur. †Vlt. huc q̄rit, nūquid sit licitū Christianis expellere Iudæos, & alios infideles de regnis suis, &

b eis auferre bona? Inn. dicit, ꝙ nō, ex quo nō sunt infesti [b] Christianis, nec aliter delinquūt ꝺ legē naturæ, vel legē licitā. Sed Ol. plene disputat cons. 91. & ibi ꝓcludit, ꝙ priuatis Christianis hoc nō licet. Ad hoc C. de Iudæ. l. nullus, & c. sicut, ℣. de Iudæ. Principib. vero licet, si imminet periculū fidei, alias secus. Nā debemus tolerare infideles. & eos lucrifacere Deo, nec debemus eos ꝓpellere ad fidē suscipiendā, vt in c. q. sincere, & c. de Iudęis, 45. di. & c. ad fidem. 23. q. 5. Et uide ad mām, qđ no. Ol. cons. 67. vbi tractat, an licitū sit Christianis vti auxilio infidelū in bello iusto, & tandē cōcludit, ꝙ sic. Nā Machabæi, q fuerunt viri sancti, inierunt ligā cū Romanis, q tunc erant gentiles, ut mutuo se adiuuarent, vt hī Machabæorū primo. Itē in bello iusto iustū est parare insidias, & simulare, vt in c. vtilem. 12. q. 2. & c. dūs. 23. q. 2. ergo fortius est licitum uti auxilio infideliū. Nā & fideles in bello licito, adiuuāt dominū infidelem, vt in c. Iulianus. & c. si dominus, 11. q. 3. In gl. in uer. ꝓpensatio, in fi. Io. An. dicit, ꝙ ēt secundus intellectus pōt sustineri. dūmō ista p̄ēlatio fiat cū discretione. & credo, ꝙ vterque intellectus pōt sustineri. Nā credo, ꝙ possit ꝓpensari labor cum iciuniis & pecunia, vt c. j. §. eo. & in c. medicinā, de pœ. dist. j. Sed hic q̄ritur, nunqd indistincte non valentes pugnare, uel inopes, possint votum redimere? Host. dicit tex., ꝙ cedere in istis, qui non sunt vtiles, nisi ad pugnādum. Si uero sunt utiles ad alia onera supportanda, vt pura ad fossās adimplendas &c. nō curabit de inopia, vel de impotentia pugnandi. Nā Prædicatores, & Minores ibi mēdicant; tñ sunt apti ad prędicandum; ita in ſmilibus dicendū. †In gl. in uer. [Potens,] in fi. No. gl. q̄ hoc intendit, ꝙ rīariter pœnitentias iniuncta per sacerdotem, pōt ex cā commutari p

c eundem, vel per maiorem suum. Pro hoc vide tex. cum gl. in c. p̄byter. 82. dist. Sed ſpāle est in pœnitentia iniuncta ad itinerandū ad Terram sanctam. Nā commutatio huius pœnitentiæ reseruatur soli Papæ, arg. hic iuncto ca. seq. Ioan. And. dicit, & melius, ꝙ aut pœnitentia fuit iniuncta pro subsidio Terrę sanctæ, & solus Papa commutat. Aut non pro subsidio, sed labore itinerandi: & tunc aut ille emisit votum, & solus Papa dispensat; aut solum assumpsit signa peregrinationis, & pōt inferior dispensare, & hoc placet. Nā istud c. & sequens in reseruatione huius potestatis solum considerant subsidium Terræ sanctæ. Abb.

ADDITIONES.

a Seb. Sap. ¶ Iudæi. Vide de hoc late per Fel. & Dec. post Abb. in c. 1. in glo. in uerbo, ab omnibus. supra de const. Et nunquid Iudæi ligentur legibus nostris, tradit And. Sic. in consi. 65. in 3. uol. & in consi. 13. & consi. 73. in 4. uo lu. Are. in consi. 188. inc. copiose & subtiliter, in 2. dubio. Fel. in c. Iudæi. 2. infra de Iudæis.

b Seb. Sap. ¶ Intelli. Vide Ol. in consi. 87 incip. quia an Princeps. ubi dicit, quod Princeps peccat, qui expellit Iudæos de ciuitat bus suis sine causa. Contrarium tamen fuit disputatum solenniter Mediolani, & obtentum, quod Iudæi ibi non possent commorari, ut apparet ex quodam tractatu super hoc edito per fratrem Franci. de Busa Mediolanensem.

c ¶ Et pro ista gl. optime facit tex in l. acta. §. de amplianda. ff. de re iud. & tex. in c. turbatur. §. notandum. 1. q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Votum ultramarinum non commutatur, nisi per Papam, uel per habentē ab eo in hoc speciale mandatum, intellige de uoto pro subsidio Terræ sanctę, & nu. 3.*
2 *Vxores non tenentur sequi uiros ultra mare uouentes. Maritus potest emittere uotum ultramarinum pro subsidio Terræ sanctę sine consensu uxoris. 8.*
4 *Votum ultramarinum pro subsidio Terræ sanctæ, per solum Papam dispensatur, sed pro visitando sepulchro, per Episcopum. 11.*
5 *Iuris ignorantia toleratur in religiosis, sicut in rusticis.*
6 *Præfationes indicant, quid sit actum in conclusione, intellige dubia.*
7 *Inhabilis ad pugnandum non dicitur ille, qui inhabilis est corpore, sed consilio pollet.*
8 *Religiosi pro subsidio Terræ sanctę possunt uouere sine consensu eorum ab batis, uel superioris.*
9 *Vxor, quæ non sit suspecta, potest sine consensu viri uouere pro subsidio Terræ sanctæ.*
10 *Episcopus dispensat circa omne uotum regulariter.*
12 *Pœnitentia imposita a sacerdote, potest regulariter commutari.*

CAP IX.

1 Ex[a] multa. †Votum vltramarinum certis casibus redimi. & cōmutari pōt, non tn per alium, q̄ p Papam, vel cum ipsius speciali mandato. hoc primo. Habiles ad pugnandum, si sunt strenui ꝺ filio, vel milites bellatores pñt secū

2 ducere, uotum vltramarinum nō redimunt. hoc secundo. †Vxo

b res non pñt sequi viros vltra mare; [b] nisi & ipsæ uouerint. hoc tertio. Viri sine ꝓsensu uxorum emittere possunt votum vltramarinum. hoc quarto. Clerici tang inhabiles ad pugnādum, redimitę votum vltramarinum, nisi in certis casibus. hoc quinto. Quinq; sunt dicta. vt patet ex p̄cedentib. Secundum, ibi, [Secunda.] Tertium ibi, [Quod autem.] Quartum, ibi, [In tanta.] Quintum, ibi, [De clericis.] Casus lit er. In c. præcedenti dicitur circa Crucesignatos, vt illi uotum redimant. g perpetuo impedimento tenentur. quæsiuit Archiep̄s ille Cantuarien. vtrū id, quod in decretali p̄dicta dr, ius gñale constituat, vt licitum sit prælatis abiudere ei bi subiectos, ſm formā ibi expressam. Præterea in eadem decretali in parte decisa dr, ꝙ per uiros religiosos poterit dispensari, q̄ fuit Archiep̄s, de quibus religiosis intelligatur. Rn. Papa ad primam q̄onem, ꝙ in consultatione prędicta ius statuitur generale, & licet dicatur ibi ad quales, l. viros religiosos, non tn ꝙplicatur ibi, ad quos eius executio ſpāliter ſpectet. Dicit Papa, executio illius iuris ad illos tn̄ pertinet, quibus a sede Apostō. fuerit iniunctum. Per hanc rn̄sionem soluta est secunda q̄, de quibus religiosis istud sit intelligendum; l. vtrum de regularibus, an de Epis, i. ꝙ ad neutros istorum executio illius iuris spectat; sed ad illos tn̄. quibus a sede Apost. ſpāliter indulgetur. Secundo in præcedenti decre. dr, Si quis uouētium est inutilis ad pugnandum, quamuis sit habilis ad eundum, melius est redimere uotum, q̄ expēnsas consumere. Quæsiuit Archiep̄s, vtrum generaliter intelligendum est de nobilibus & magnatib[b], qui secum pōt ducere bellatores, an de minoribus tn̄? Rn. Papa, si diligenter ꝓsideraſet q. istā solutā inueniſet in dec. prædicta, vbi dr, ꝙ debiles & inopes magis in defectum, q̄ profectum accedunt, &c. Quod autem dr in fi. præcedentis c. mulieres, q̄ remanere noluerint, &c. de illis intelligitur, quæ per uotum non sunt adstrictæ. Item in uoto isto, vt ri vouere possunt sine consensu vxorum; & libere adimplere ꝓp necessitatem populi Christiani. clerici vero, qui vouerunt ire ad subsidium Terræ sanctæ, cum clericatus officium eos reddat inhabiles ad pugnādum, votum redimat, nisi vel ꝺ filio strenui, vel officio p̄dicationis instructi, aut sint magnatum obsequio deputati,

ADDITIONES.

2 ¶ De natura istius dictionis, Ex, uide ipsum Abb. Panor. in c. inter dilectos. 3. col supra de fide instr. & quæ ibidem addidi ad eundem Pan. in c. fi. peri. lit. tex. in ul. no. de rer. permu.

b Zac. ¶ Vltra mare. Adde diffuse Ant. Corſ. sing. suis, in uer. uagabundas, inci. si beneficiatus, circa fi. ubi loquitur de uxore, an & quando, & a quan temo to loco, debeat sequi maritum suum.

tati, uel sint adeo diuites, vt secū possint ducere bellatores. Hoc aūt de uouentib. intelligendū est, non de illis quib. labor peregrinationis in pœnitentia est iniunctus. B. †Primo ex isto tex. no. vnū casum reseruatum soli Papæ. Ipse. n. solus ꝓmutat votū vltramarinum. Quod intellige q̄n fuit emissum pro subsidio Terræ sanctę. Ita sing. dicit hic gl. & bene, q̄ sp no. Pro hoc facit, qa tex. c. p̄cedē tis, solū fundat se sup subsidio[a] Terræ sanctæ. Ex quo infero duo. 1 Primo, ꝙ †si quis vouisset visitare sepulchrum, p deuotione, vel ire ad Sanctum Iacobum, pōt commutationē voti obtinere ab eo loci. Secundo inferē, ꝙ in casu huius c. q̄n uotum fuit emissum in subsidium Terræ sanctæ, legatus ēt de latere dispensare nō pōt, cū requiraſ ſpālis delegatio, vt patet ī tex. Secundo no. ꝙ eps pōt dici religiosus, & uide, qđ dixi §. de reg. iu. in rub. †Tertio non reprobat in religiosis, si sint idiotæ & iuris ignari, & sic vr. ꝙ in eis sit probabilis iuris ignoratia. Nā sicut excusant rustici, quia habent intendere agriculturæ, ut l. cum de indebito, ff. de prob. no. 1. q. 4. turbat. §. notādū. & 37. dist. in sum. ita & isti debent excusari, cū vacare debeant diuinis officiis, & cōtēplationib. De quo

6 vide quod no. in c. q̄n, ℣. de simo. †No. in §. 2. ibi, [A superiore,] q̄ no. ꝙ exclusio dispositionis capit ītellectū ab his, quæ dicunt in p fatione, p hoc bo. tex. in l. fi. ff. de hær. inst. & in l. cum pr. §. dulcissimis, de leg. ii. Nā verba dubia, capiunt ītellectū a p̄cedentib. & sequentib. l. si seruus plurium, & l. qui filiab. ff. de le. i. Consideran

7 da est ergo præfatio, seu exordiū cuiuscunq; dispositionis. †No. ꝙ pollens ꝺ filio, non dr inhabilis ad pugnandū; licet corpore pugnare non possit. Hinc est, ꝙ incurritur irregularitas ex dolo cō filio adhibito in homicidio. vt in c. si quis viduā. 50. dist. plene no. in c. sicut dignum, ℣. de hom. Hinc Tullius in li. offi. Parū prodesse arma foris, nisi ꝺ silium esset domi. vnde aduocati dicunt mi litare, l. aduocati. C. de aduo. diuer. iu. No. in §. q aūt, ꝙ mulier, q̄

8 adstrinxit se voto cū marito, tenet eum sequi, alias secus. †No. in §. In tanta, casum specialissimum, in quo maritus emittit votum peregrinationis sine ꝓsensu vxoris. Nā regulariter nullū uotū potest emittere maritus cū præiudicio uxoris, vt no. in c. nouit, & manifestum, 33. q. 5. dixi plenius in c. scripturæ, §. eo. Et ex hoc arguit Host. religiosum clam & fraudulē posse emittere votū pro subsidio Terræ sanctæ; ēt sine consensu sui Abbatis, si alias est vtilis

9 Terræ sanctę, de quo plene dicā in d. c. fi. ℣. eo. No. in §. de clericis, ꝙ clericatus[b] officiū, reddit clericos inhabiles ad pugnandum, ēt ꝙ Saracenos. Item no. ibi, [Necessitas uel vtilitas] ꝙ uotū [c] pōt ꝓmutari sine necessitate; dummodo sit vtilitas in ꝓmutatione, & hunc tex. foleo alle. in c. j. §. eo. ꝙ in ꝓmutatione voti, necessario non requiritur, ꝙ cā sit in vouente. Satis. n. est, ꝙ ꝓmutatio fiat in id, ꝙ est magis vtile, & Deo magis acceptū. Fallit in eo qui vouit pro subsidio Terræ sanctæ, & pōt actualiter impartiri auxiliū.

10 ¶ Vlq̄ritē hic de vxoribus, [d] nunquid pñt emittere votum ꝓ subsidio Terræ sanctæ, sine ꝓsensu maritorū? Vr. ꝙ sic, qa mariti hoc possunt sine ꝓsensu uxorum, vt in §. in tanta. Nā vir & vxor non iudicant ad imparia. c. gaudemus, de diuor. Host. cōcludit, ꝙ votum valet sine ꝓsensu mariti, sed non debet mulier exequi sine li centia ipsius mariti, si est iuuenis & suspecta de incontinentia, ar. in c. cū iis, de conuer. coniu. Sed si est mulier senex, & potens ad deducendū bellatores, tunc ꝓpellitur exequi votū, ar. hic, & in c. præcedenti, in fi. & hoc satis placet. †In gl. 3. no. bene istam gl. ex qua habes duo notabilia dicta. Primū, ꝙ regulariter in omni uoto pōt eps dispensare, arguendo hic per locū a spāli, de quo uide quod dixi in c. j. §. eo. †No. 2. ꝙ non omne uotum ultramarinū est reseruatum Papæ, sed illud quod fuit emissum pro subsidio Terræ sanctæ. In gl. in uer. [Religiosi] dic de hoc, ut plenius dixi super ru. de re. In gl. in uer. [Inhabiles,] ibi, [Sunt lachrymę, &c.] Sed ꝺ hoc est c. dilecto, de sen. exc. li. 6. vbi clerici possunt pugnare armis mālib. Doc. soluunt dupliciter. Primo, ꝙ ratione clerica tus non sunt habiles, sed rōne iurisdictionis, si q̄ habent, reddunt habiles, vt in ꝺrio. Vel sćdo pñt clerici pugnare per alios armis materialibus, & spiritualibus, vt in ꝺrio, non per se, vt hic. Tu de materia dic, ut plenissime dixi in c. clerici arma, §. de vi. & ho. cle. 11 in gl. fi. in fi. de hoc dic, vt dixi §. c. prox. sup gl. & regulariter dicē

12 du est, ꝙ pœnitentia pōt [e] ex cā ꝓmutari. ¶ Nō ob. hoc c. in fi. solū, hoc intendit, ꝙ causæ hic narratæ, q̄ concernunt inhabilitatē ad pugnādum, sunt sufficientes ad ꝓmutandum peregrinationē iniunctā in pœnitētia; quia in hoc nō ꝓsideratur habilitas pugnā di, sed potentia itinerandi, vt §. c. prox. non ergo tollit iste tex. quā do ex aliis causis possit commutari pœnitentia.

ADDITIONES.

1 ¶ Adde hic d. Ant. in c. quod super his, supra de fide instrum.

Seb. Sap. ¶ Clericatus. Vide Abb. allegantem hunc tex. in c. 1. inf. de cler. ven.

Seb. Sap. ¶ Quod uotum. Adde, ꝙ magna vtilitas, & magna necessitas æquiparantur, adeo, quod ea quæ conceduntur ob necessitatem, conceduntur etiam propter magnam utilitatem, ut per Fel. in c. cum super, in prin. sup. de test. cog. & in c. cum accessissent. col. 10. supra de const.

d ¶ Verum vxor sine consensu mariti possit emittere uotum ultramarinum, & adde omnino hic, quod scripsi post d. Ant in c. scripturæ, circa fi. supra eo. & omnino Tho. in 4. sen. dist. 32. q. 2. ar. 5. post medium. ubi dicit, quod meritus pro subueniendo necessitati ecclesiæ generalis, potest absque cō sensu uxoris crucem accipere, sicut posset pro domino terreno, a quo feu dum habet sine consensu mulieris seruire, nec tamen in hoc omnino subtrahitur uxori ius suum, quia uxor pōt eum sequi. Sed dic, ꝙ uxor non potest uotum huiusmodi facere sine uiri consensu, quia uxor cum maiori periculo castitatis discurret per terras, quam uir, & cum minori ecclesię utilitate. Dicit etiam no. Th. quod nullus coniugum, sine consensu alterius potest uouere, non reddere debitum alteri coniugi, quod est no. & uidetur cō tra c. quidam. de conuer. coniu.

Ant. Fran. ¶ Circa hoc, an maritus possit emittere uotum inuita uxore, & e, cōtra: Dicas, quod uotum, propter quod retrahatur a seruitio uxoris, uel a reddendo debitum, non potest emittere, ea innita, nec e contra, quia maritus, & uxor sunt obligati sibi adinuicem debitum reddere. 31. dist. c. quoniam. vbi gl. & 32. q. 4. in ſum. Et propterea unus eorum non potest ingredi monast. altero inuito. 27. q. 1. c. Agathosa, & c. scripsit, & c. cum quis, & plenius in c. cum sis. de conuer. coniug. licet secus sit in sponsa per uerba etiā de præsenti, vt in c. de sponsa tam, & seq. 27. q. 2. & hoc quia per ingressum monasterii alterius ex ipsis coniugibus, siue ex ipsis sponsis, soluitur ipsū matrim. dummodo inter eos non sit copula secuta, ut in c. ex publico, de conuer. coniug.

e Ant. Fran. ¶ Ex causæ Quod dictio, Ex, significat causam immediatam, ut per Bal. in c. iniuria, de pa. iur. fir. ad fi. & habetur per Bart. ſin l. 1. §. fi plures, in 4. col. ff. de exer. & in l. non dubium, C. de leg. & in l. quo tempore. §. seruitus, ff. de pecu. & per Bal. in l. maximum uitium C. de lib. præt. & uide d. Abba. in c. inter dilectos, de fide inst. Et adde, quod dictio, Ex, denotat formā, ut cum dicitur, actio ex contractu, denotat etiam qualitatem, ut cum dicitur, sanguis ex uulnere, ut habetur per Bal. in l. ex arrali. C. de act. emp. Ité facit, ut non computetur tempus de momento ad momentum, ut cum dicitur, ex die, secundum Bal. in l. fi. C. de iu. do. impe. & per Alex. in l. patri. §. sexaginta, ff. de adul. & uide Bar. in l. ex hoc iure, ff. de inst. & iu. & in l. 1. §. 1. ff. de iti. actuque. quod dictio, Ex, denotat principium temporis. vide Old. in consi. suo 49. & Pau. de Ca. in consi. 29 ubi, plc. ponunt de materia huius dictionis, Ex, & uide Pe. de Anc. in c. fi propter, de resc. li. 6. & bo. gl. in c. pe. §. fi. de of. dele. & per Host. in c. cum in cunctis, de ele.

SVMMARIVM.

1 *Vouens ingredi religionem, si interim eligatur in Episcopum, debet electioni renunciare, & uotum adimplere. 4. 6.*
2 *Voti transgressor quia dicatur.*
3 *Votum matrimonio non consonum, tollitur per matrimonium subsequens.*
4 *Vouens intrare vnam religionem, non rumpit votum, si ingreditur aliam, licet laxiorem.*
5 *Monachus professus potest extrahi de monasterio, & episcopatū præfici, fauore publico.*
6 *Eligi non debet in prælatum existens in peccato mortali, sed electus non deijcitur.*
7 *Monachus electus in episcopum, absoluitur ab obedientia Abbatis, & nullam amplius habet communionem cum primo monasterio.*

CAP. X.

1 Per tuas. †Qui uouit relig. ingredi, si uoto non compleat fiat eps, renunciare debet, & uotū adimplere, sic cōiter summāt. Sed potest aliis modis intelligi, & summari, vt ℣. patebit. Cōis diui. Secda, ibi, [Nos.] Casus lit. Quidā emisit votum solenniter ad accipiendū habitum regularē in Grationopolitana ecclesia; & postea, pmisit, ꝙ intra certum tps votū, qđ emiserat, adimpleret. tandem termino transacto uotum suū nō adimpleuit, postmodum vocatus fuit ad regimen ecclesiæ Geben. Iste ꝺsiderans, ꝙ votum emiserat, & non fecerat, qđ pmisit, petiit ꝺsilium a domino Papa, & ipse consuluit ei, ut si suam sanare desideraret ꝓscientiam, resignet regimē ecclesiæ Geben. & reddat domino uotum suū si pōt modū Capitulum ecclesiæ p̄dictæ ipsum duxerit eligēdū, electionē poterit recipe de se factā. B. No. ꝙ valet votū de intrando certā relig. & citra professionē uotum pōt dici solenne, & dr forte solenne p p instrm, & plati pœnitentiam, sed quoad dirimendū mat. post ꝛctum, non dr so-

2 lenne, nisi p professionē, vt in c. j. eo. ti. li. 6. †Secundo no. ꝙ non implens votum intra terminū pfixum, dr uoti transgressor. Nā dr trāsgressor, respectu tēporis, qa nō adimpleuit tpe, pmisso, ꝙ hoc c. nō est, §. eo. Tertio no. ꝙ votū restrictū ad certū diē, obligat ad duo. Primo, vt adīpleat die p̄fixo. Sćdo, vt pure impleat. Vñ ēt post lapsum diei, remanet obło. Simile, in l. Celsus, ff. de arb. Si

3 militer in c. cum dilecti, de do. & cōt. †Itē no. ſm vnū intellectū, vnā notabilem dr̄iam inter matrim. carnale & spūale. Nā p matrim. carnale tollitur uotū prius emissum, matrimonio non consum. vt d. c. j. secus in matrimonio spūali, vt hic. Nam inter cpm & ecclesiam ꝛhitur matrimonium spūale, vt in c. 2. de transl. pl. & tn̄ p hoc matrimonium, non est sublatum votū religionis p̄cedens, & sic vr. fortius esse matrimonium carnale. Sed ꝺ hoc &

4 ꝺ ilram opp. †Nā votum simplex. i. non solennizatum per professionē, tollitur per fortius vinculum superueniēs, ut in c. qui post, de reg. li. 6. vbi patet, ꝙ si uouens intrare certam religionē, intrat aliā laxiorem, tollitur primū votū. Ergo idem dicēdum per adeptionē epatus, cum magis mereatur eps, q̄ simplex religiosus, vt in

5 c. licet, de reg. & c. ueniens, de ren. † Itē existens in monasterio iā p̄fessus, fauore populi, & epatus, pōt extrahi de monasterio, & epatui p̄fici. 18. q. 1. c. j. ergo fortius pōt ille eligi antequam intrauerit monasterium, nec dēt dici voti transgressor, ex quo in melius transmutat, vt in cap. scripturæ, ℣. eo. & cap. peruenit, de iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iurcju. Solu. ℈ria sunt difficilia, & vario mõ soluuntur per Doct. Quidam n. inhærentes ℈riis, dicunt, q̃ iste habebat ꝓscientiam erroneã, quia putabat se retineri ex primo voto: q̃ ꝓscientiam non poterat deponere, nisi relignarẽt ẽpatum: vnde non ex debito, sed vt suæ erroneæ ꝓscięcie satisfaceret, Papa præbuit ꝓsilium de resignatione, facit c. per tuas, & qđ ibi no. ℑ. de simo. Secũda sol. q̃ iõ Papa hoc ꝓsuluit; quia iste poterat ꝓfiteri, & postmodũ in eũ promoueri, ar. in c. cõmissum, ℑ. de ꝓpon. & assumendo habitũ, adijciebat ad gradũ professionis. Nam plura licent ꝑlato sęculari, quæ non licent regulari; vnde, ex quo, voto se astrinxerat ad vitã regularẽ, debebat perficere votũ, & postmodũ ꝑficere ẽpatui. Et hæc solutio esset satis bona si, ꝑ certo demũ iste fuisset eligendus: sed forte iterũ non fuisset electus, vt ꝑsupponit tex. in fi. & sic non est verũ vtrunq; potuisse adimplere. Nã prima fronte iste dimittit ẽpatum, vt transeat ad regularẽ vitã, quod est ℑ iura superius allegata. Tertio soluit Host. q̃ iste non fuit legitime promotus; qa erat in peccato mortali, ꝑꝑ voti transgressionẽ, & sic sua electio non tenuerat, vt in c. cũ in cunctis, de ele. secus si ante emissionẽ voti fuisset electus. Et ex hac vltima solutione esset inferendũ, q̃ ꝑ superuenientiã ẽpatus, tollitur votũ religionis ꝑcedens, si vouens erat ante terminũ adimplendi votum. † Sed ℑ hãc sol. facit, qa non quodlibet pęccatũ mortale, impedit electionẽ, nec deiicit postmodũ promotũ, vt est tex. cũ gl. i c. sicut, de iureiu. facit qđ no. glin c. Florentinũ. 85. dist. Item, ꝑ transgressione voti potuerat isti imponi penitentia, sicut obtenitur in simili in c. qui post. præal. & in d. c. 1. de voto. li. 6. Vnde putarẽ, q̃ si vouens ꝓsenserit electioni principaliter ꝑꝑ Deũ, & vt magis mereat, qa tunc non tenet resignare ẽpatui; sed de transgressione prius facta imponet penitentia: sed si ꝓsensit, vt ꝑesset, nõ vt magis mereat, & tunc tenet resignare ẽpatui. Et sic posset intelligi iste tex. Nã solũ papa hic aduertit ad ꝓscientiã istius: facit qđ no. gl. in c. monachi vagantes. 16. q. 1. facit tex. in c. 2. de transl. ꝑl. vbi dr, q̃ matrimoniũ spirituale est fortius, & dignius carnali; & ꝑ hoc ꝑnt solui alię q̃stiones hic tacte ꝑ Doc. Et no. vlt. ex tex. q̃ relignans ẽpatum, vt adimpleat votũ religionis, qđ emiserat, poterit iterũ assumi ad eũ dẽ ẽpatũ, licet ex ꝓscięcia crimmis. ẽpatũ relinq̃rit. q̃ multũ limitat c. sup eo. đ qa ele. Rõ, qa ꝑ iplemẽtũ voti, tollit ois ꝑcedẽs trãgressio. In gl. fi. ibi, [Adinferiores.] gl. vult facere driã iter ẽpatũ, & dignitates seculares inferiores, vt primo casu religiosus possit ꝓmoueri, secundo non. Et aduerte, qa aut q̃ritur de ꝓmotione ad ẽpatum, & non est dubiũ, vt in c. 1. 18. q. 7. & c. quorundã, & in c. si religiosus, de ele. lib. 6. Aut q̃ritur, nunquid possit ꝓmoueri ad ecclesiã curatã non collegiatã, & cõiter tenet, q̃ sic, vt in c. qđ Dei, ℑ. ti. prox. vbi plene dicã. Aut ecclesia curata est collegiata clerico rũ seculariũ; & tunc est dubiũ, nũquid religiosus possit assumi in ꝑlatum illius ecclesiæ, ne homines disparis ꝓfessionis ꝙgregent i codẽ collegio. & de hoc casu dubitauit ista gl. de quo vide gl. no. &, satis plenã in cle. j. de ele. aliquid dicetur in d. c. qđ Dei timorẽ.

7 † In fi. gl. no. fi. gl. hic iuncto tex. q̃ obtinendo dignitatem, [a] non
a potest effici religiosus. Rõ, quia in ingressu omnia renunciat, ita q̃ propriam voluntatem à se abdicat, & subiicit se voto Abbatis, vt in d. c. si religiosus; & sic dignitas, & ꝓfessio non sunt compatibilia, sed si post professionẽ eligitur, & absoluitur ab obedię-
b tia Abbatis [b] nullã amplius habet communionem cum primo monasterio, vt in c. ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. & in d. c. 1.

ADDITIONES.

a Zach. ¶ Obtinendo dignitatem. Hoc facit ad dictum fing. Ro. sing. 77. incip. vtrum nobilis, q̃ nobilitas Ducatus, & Comitatus perdatur per ingressum religionis, de quo vide istum in c. 1. nu. 5. & quod ibi posui in apo. ad ipsum in uer. religionem. infra de purg. can.

Ant. Fran. ¶ An nobilitas extinguatur per ingressum religionis, vide late per Angel. in Auth. de episc. & cler. in §. fi monachus, coll. 9. Et adde, quod ingressus religionis, delet omnia peccata, vt in c. admonere, & ibi gl. 33. q. 2. & habetur etiam per gl. in c. scripturę, de uoto. non tamen delet peccatum ingratitudinis, ut per d. Car. in cle. eos, in 12. q. de regula.

b Ant. Fran. ¶ Vtrum episcopus possit mutare habitum, puta, si religiosus, monachus, aut alter Frater Minor promoueatur ad episcopatum, vide ple. per d. Car. in cle. 2. de ui. & hon. cler. Et adde, q̃ uestes nimis sordidæ, & nimis preciosæ sunt prohibitæ, sed mediocres tendentes potius ad utilitatem, sunt eis, permissæ, ut in c. 1. & 2. 31. dist. & in c. principium, de pœ. dist. 1. & debent esse uestes talares. c. pen. 23 di. de quo etiam per gl. in d. cle. 2. in §. dignitatem. Adde tamen, q̃ ẽps monachus non potest uti rochetto, ut in c. clericus, de ui. & hon. cler. & ẽps, si laicuit in uestibus fulgidis, pot & dẽt corrigi per superiorem. 21. q. 3. & ibi gl. in c. omnis iactantia, & in c. præcipimus. Et adde q̃ ẽps debet uti uestibus de super clausis, non tamen de pannis rubeis uel uiridibus, ut in c. clerici, de ui. & hon. cler. nec debet uti uestibus laicalibus, nec debet ire extra domum sine propris uestibus episcopalibus. 21. q. 3. c. episcopi. & c. fine ornatu. & c. seq.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus potest emittere votum pro subsidio Terræ sanctæ etiam sine licentia superioris. 2.*
2 *Monachi & alij religiosi, an possint emittere votum pro subsidio Terræ sanctę sine licentia Abbatis, vel alterius superioris.*
3 *Monachus non potest eligi in Papam, sine consensu Abbatis.*
4 *Vtilitas pub. non præfertur priuatæ, quando priuata in totum confunditur, & publica parum iuuatur.*

CAP. XI.

1 **Postulastis.** † Prælatus, etiam professus, potest votum ultramarinũ emittere, & in suos vsus vicesimam prouentuũ ecclesię ꝙuertere. Diuiditur. Primo ꝓsultatio. Secundo rñsio, ibi, [Discretioni,] & ꝓ hoc casu ꝑmittę, q̃d habetur in gl. j. Casus lit. Duo priores regulares, quorũ vnus erat Cruce signatus, & alter signo Crucis desiderabat insigniri, petierunt à d. Papa, ut liceret secũ deferre vicesimã puętuũ ecclesiarũ suarum deputatã succursui Terręsanctæ. Respondet eis papa, si ecclesiæ suæ pro ipsorũ absentia enormiter non lędant: & ipsi vtiles fuerint Terræ sanctæ, verbo & exꝑlo (quod tñ cõmittit illorum conscientiæ) dimissis, ꝑcuratoribus idoneis in ecclesijs suis, teneantur votũ suum explere: & sic poterunt vicesimã ecclesiarũ suarum pro subsidio Terræ sanctæ secum portare. Ber. No. 1. q̃ ꝑlatus regularis potest emittere votũ pro succursu Terręsanctę; et sine licentia superioris, quod vr singulare dictum, nec alibi legi. Ex quo infertur, q̃ religiosus põt sine crimine, maxime ad tps, deserere monasteriũ, & insistere publicę vtilitati Ecclesię vłs. ꝑ quo vide pulchrũ tex. in c. vos aũt. 16. q. 1. vbi dr, q̃ otium monachale, non est ꝑferendum vtilitatibus ecclesiasticis, ꝑ quo c. licet, de reg. ibi patet, q̃ solicitudo, labor, & doctrina ꝑferuntur silentio, otiꝑlationi, & quieti. Scdo no. q̃certa pars redditũ ecclesię, põt legitime deputari ꝑ vtilitatib. Ecclesiæ vłs. Nã omnes ecclesiæ sunt vnũ corpus, vt in c. pudęda, & c. loquit. 24. q. 1. dẽnt ergo mẽbra ꝓferre ad ꝓseruationẽ totiꝰ corporis, facit c. euidẽres. 12. q. 1. No. ibi, [Verbo & exꝑlo,] arg. opti q̃ religiosus non dẽt acceptare dignitatẽ extra monasteriũ, si nõ est ad illã vtilis, ꝑ quo
2 vide bo. gl. in c. monachi vagantes. 16. q. 1. † Sed q̃ro, nunquid qđ dr hic in ꝑlatis regularib. habeat locũ in religiosis simplicibus, vt possint emittere hoc votũ sine licẽtia Abbatis? Host. sentit, q̃nõ, qa non reperit iste casus, in quo monachus possit emittere votũ sine licentia Abbatis, ar. 12. q. 1. c. nolo. & c. non dicatis, & 20. q. 4. in c. monachis. Nisi forte essent multũ instructi in officio ꝑdicandi, vt in c. de multa, §. eo. & sic vr Host. dubitare. Sed ego primo in ꝑlatis restringerẽ istum tex. in casu, q̃n sit passagiũ generale ex dispositione Romani Pontificis, nã tunc vr data licentia ꝑlatis eũdi, ꝑ succursu Terræ sanctæ: sed hoc cessante puto, q̃ ꝑlatus, maxime regularis, non possit sẽ ad hoc obligare sine licentia superioris: qa ẽps hoc facere nequit, vt in c. magnes. 5. eo. & qđ ibi dicit. In religiosis vero simplicib. puto non licere sine licentia superioris, quia nullam voluntatem habent; & sic non ꝑnt se obligare ex
3 voto. † Nã in Papã non põt religiosus ꝓmoueri, sine licentia Abbatis, no. gl. in c. q̃ sit. 18. q. 2. & sic habes hic casum, q̃ non eodẽ vinculo adstringit Abb. suo superiori, sicut monachus Abbatẽ, vide bo. gl. ad hoc in c. de præsentium. 16. q. 1. & ꝑm hoc tempera
4 no. in c. scripturæ, §. eo. per Inn. † In gl. 2. in fi. gl. non soluit ℑ ium Vinc. dicit q̃ vbi priuata vtilitas ex toto ꝙfunditur, & publica parũ iuuat, nõ debemus ꝑferre publicã vtilitatẽ priuatę. Et no. hãc solutionẽ, facit ad mãm l. 1. ff. sol. ma. Scdo soluit Goff. & Host. q̃ vtilitas publica est præferenda priuatæ, q̃n priuata includitur sub publica; alias secus. & hanc solutionẽ ponit gl. in c. licet. de reg. Et hoc intelligerẽ, q̃n priuata persona haberet electionem, sed superior debet præferre publicam, licet priuata nõ includatur sub publica, vt in c. bonæ, de postul. præla. & l. 1. ff. iolu. mat.

a *De statu monac. [a] & canon. regularium. Rub.*

ADDITIO.

a ¶ De statu monach. Quoniam hæc rub. innuit diuersitatem inter monachos, & canonicos regulares, quomodo differant, ponit d. Inf. in auth. ingressi, col. 4. uer. capio gl. 1. C. de sacrof. eccl. & ibi etiam quomodo differant monachi, & fratres.

Supra visum est de conuersione coniugatorum, item de voto: sed quia conuersi ad religionem, vel vouentes ingredi, efficiũtur, vt plurimum monachi, uel canonici regulares, ideo post rubricas præcedentes, subijcitur ista. Nic. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria non subiacent Episcopo, nisi in causa correctionis. 2. 3. 5. 6.*
2 *Monachi magis tenentur obedire Abbati, quam episcopo.*
4 *Oblationes factæ alicui capellæ cedunt lucro ecclesię parochialis, sub qua est capella.*
6 *Monasteria an teneantur contribuere, quando episcopus vadit ad aliquem locum pro vtilitate diœcesis.*
7 *Monasteria an teneatur episcopo ad charitatiuũ subsidiũ, sicut aliæ ecclesiæ.*
8 *Canonica portio debita episcopis, est præscriptibilis.*

CAP. PRIMVM.

Theodosius. Monasteria sunt exẽpta a legediœcesana; nõ a lege iurisdictionis; sic cõiter summat: sed quia hæc vocabula sunt potius magistralia, q̃ iuris. vt ℑ. dicam, iõ specialius sic
1 summa. † Diœcesanus non debet molestare monasteria, præter q̃ pro cã correctionis, nec eis oblata sibi uẽdicare. Et ponit duas prohibitiones, & tertio rationem subijcit. Secunda, ibi, [Aut] Tertia, ibi, [Cum monachis.] Casus lite. Archiepiscopus Neapo-

monasteria sua gratuabat, & ea, quæ offerebant ibidem, sibi vẽdi care volebat. Vñ Papa mandat eidẽ, quatenus nec ipse nec ꝑsbyteri sui, alicui monasterio aliquid molestiæ inferant, ꝑter solã disciplinã: & si aliq̃ illi ac fidelib. accesserit, nihil sibi debeat vẽdica
2 re, sed totũ monachis ibi seruientib. ꝑficiat. B. † No. primo, q̃ de iure cõi, monasteria sunt sub cura ẽporum, ꝑ hoc 18. q. 2. c. Abbates, & c. cũ venerabilis, de relig. do. Monachus tñ magis adstringit Abbati, q̃ ẽpo loci, vt no. gl. in c. qui resistit. 11. q. 3. vnde olim quodlibet monasteriũ recognoscebat ꝑlatum per se; sed hodie multæ sunt religiones adinuicẽ collectæ, habẽtes patrẽ Abbatẽ, ut patet in Chartusiensibus & Cistercien sib. & hoc ꝓcedit ex di
3 ꝑõne & priuilegio ꝑali. † Scdo no. hanc rẽm hic posita, q̃ ꝑter correctionẽ, non põt ẽps aliquod grauamen imponere monasteriis. Sunt. n. monasteria exempta a cõib. obsequiis, nisi ꝑaliter aliqua lege obligẽt. Ad hoc vide pulchrum tex. in c. q̃ sit, in fi. 18.
4 q. 2. & de hoc aliquid in gl. j. † Tertio no. q̃ oblationes, q̃ fiunt in locis religiosis, non debent cedere ẽpo, nec ecclesię curatæ, sed ipsis locis religiosis. Ad idẽ c. nimis, de exce. præl. & hoc vr ꝓcede re ex priuilegio religionis: nã de iure cõi, cum oblationes sint de iure parochiali, vt dixi sup rub. de paroch. si fiũt capellæ habentes
5 populum, dẽt cedere ad vtilitatẽ ecclesiæ parochialis, in cuius parochia[a] est ista ecclesia, vt in c. ex transmissa, de præsc. & per locũ a ꝑsideli. c. ad audientiã, de eccl. ædi. † In gl. i. ibi, [Hẽnt populum.]
6 no. gl. sed Inn. limitat, q̃ in illis monasterium[b] subiicit ẽpo quoad legẽ diœcesanam, q̃ ꝙcernunt populũ, vt puta iura ẽpalia, de q̃b. in c. conquerente, de of. or. sed in non ꝙcernentib. populum, mo
7 nasteriũ remanet exẽptũ a lege diœcesana, licet habeat populũ, quod si tris placet, quia in istis cessat rõ populi, ar. 16. q. 1. c. gñaliter. Sed dubitarẽ, q̃ ptineant ad legem diœcesanã, & q̃ ad legẽ iurisdictionis. Et de hoc vide gl. 11. q. j. in sum. & pleniorem in c. dile
8 ctus, de off. or. & melius ibi per Doct. & dicit hic Inn. no. verbũ, ad quod ꝑ allegatur, q̃ lex diœcesana, & lex iurisdictionis, sunt vocabula magistrorum, & nõ iuris. q. d. q̃ magistri, & Doct. fuerũt primi inuentores istorũ vocabulorum; licet iura eis postmodũ fuerint vsa, q̃d patet ex eo, quia iura ꝑaliter non ponũt, q̃ ꝑ spectat ad utrãq; legem. Vnde hodie oportet dicere ea esse de lege diœcesana, a quib. monasteria reperiuntur exempta; ex quo iura dicẽt monasteria ea, exẽpta a lege diœcesana. Sed ueritate inspecta, vna est lex. f. diœcesana, q̃ ꝓhendit oẽm iurisdictionẽ ẽpi; & sic
9 iurisdictio ꝓhendit sub lege diœcesana. vt in c. auditis, de ꝑscr. † Et ad legem diœcesanã pertinet ꝓtributio ecclesiarũ singulariũ
10 ꝑsonis. negotiis. Puta, ꝑm Inn. si ẽps vult ire ad ꝓcilium, vel ad Papã, vel ad Regẽ ꝑ cõi utilitatẽ totius diœcesis. Et no. hoc dictũ, q̃ ẽps uolens ire ad ꝓciliũ, põt petere ab ecclesijs subiectis, vt ꝓsequant expẽsas, cũ ibi ꝓmoueat cõis vtilitas omniũ. Ex hoc. n. sentit Inn. q̃ monasteria ad hæc onera teneant, qđ no. & ad hoc facit optime dictũ c. q̃ sit. Tñ, ꝑm eũ, mittere aliquẽ ad legationẽ ꝑ cõi utilitate, ꝑspectat ad legẽ diœcesanã; & sic vr velle Inn. ẽpm nõ posse mittere monachũ ad aliq̃ legationẽ. Cõtra tñ sentit gl. in c. qui resistit. 11. q. 3. & c. ga frater. 7. q. 1. & satis põt distingui, q̃ si monasteriũ hẽt populũ, tũc in ꝙcernẽtibus facta populi, poterit monachus destinari; alias secus. † Itẽ tangit Inn. quid in charitatiuo subsidio, nunquid monasteria teneant ẽpo ad charitatiuum subsidium, sicut eccła secularis. Et primo vr velle, q̃ non, quasi hoc sit de lege diœcesana. Sed ℑ hoc vr sentire postmodũ in fi. suę gl. Sed Io. An. & Arch. transeunt cũ primo suo dicto in c. j. de ꝓb. li. 6. Pau. approbat ꝑm in cle. 1. de excess. ꝑl. & est casus dubitabilis, & quotidianus, ut d. c. q̃ sit. & iste tex. multũ facit, ꝑ primo dicto, vt nõ teneant ad materiã. Vide qđ dicẽt in c. cũ Apostolus, ℑ. de cẽsi. In gl. fi. ibi, [In morte.] & ꝑ diuersitatis rõne instat hic multum Inn. sed tu uide qđ plene dixi in c. reg̃ sisti, de test. vbi ꝓclusi, ꝙ hodie ẽt ecclesiæ seculares non tenent dare partẽ ẽpo, acquisitorũ
11 inter uiuos. † Et in fi. gl. no. istã gl. fin. q̃ nescio alibi, q̃ valet ꝑsuetudo, & vt de relictis ecclesiæ nihil debeat ẽpo. & licet gl. nihil alleget, tñ in ꝑscriptione tex. est in d. c. de quarta, de ꝑsc. & hoc sentit Io. An. hic. Sed cum ꝑscriptio sit ℑ ius, dẽt esse fulcita titulo, vel
12 canto tpe, de cuius initio non sit memoria, vt in c. j. de præsc. li. 6. Ita in istis duobus casib. pot ista quarta in totũ tolli, sed in ꝙsuetudine dubitatur magis, cũ illa non requirat titulũ ad sui essentiã, nisi assumat nãm præscriptionis, ut est gl. fin. in c. 2. de consu. li. 6. & ibi per Io. An. & de hoc vide quod dixi in d. c. requisisti, de test. hæc dicta sufficiant quo ad prædicta. Abb.

ADDITIONES.

a 2 sic. ¶ In cuius parochia. Adde istum in c. pastoralis, num. 2. & quod ibi posui in ꝓpos. ad eum, in uer. imagini depictæ. supra de his quæ fi. 2 præl.

b ¶ Monasteria habentia populum, non tenentur ad ea, quę sunt legis diœcesanę, nisi quatenus respiciunt populum. Adde hic do. Ant. circa fi. 1. colum. uer. prima regula. & uide circa hoc eundem do. Ant. in e. quod super his, de ma. & obe. in 2. col.

c Ad concilium. Adde eundem consi. 7. 2. lib. vbi late.

d Seb. Sap. ¶ Valet consuetudo. Idem tenet Car. in consi. 29. inci. pro euidentia, in fi. & Abb. in consi. 31. circa fi. in 1. uol.

SVMMARIVM.

1 *Monachus habens peculium sine licentia Abbatis, priuatur Fratrum communione, & sepultura.*
2 *Monachus si dederit pecuniam pro habendo aliquo officio in monasterio, ipse & recipiens deponitur.*
3 *Monachus, qui præficitur alicui ecclesiæ parochiali, tanquam simplex clericus, non habet vlterius aliquam communionem cum suo monasterio.*
4 *Monachus non potest habere proprium, etiam ex consensu Papæ, nisi pro alędo seipsum, quo casu sufficit consensus Abbatis.*
5 *Abbas negligens potest deponi.*
6 *Abbas & quilibet prælatus secularis potest deponi, si est dilapidator bonorum monasterij, uel si sit incontinens, uel ratione maioris officii.*
7 *Religiosus, qui profitetur sub conditione, ut possit retinere bona sua, intelligitur quoad vsumfructum.*
8 *Relictum factum religioso cum conditione, ut non quæratur monasterio, an valeat.*
Papa non potest facere, ut monachus habeat proprium.
& medicinales rationes determinat ipse Thomas in 4 sent. dist. 15. q. 3. art. 4.
circa fi. Fradde, q̃ anticipantes prædictas horas, dicũtur frangere ieiunium.
Ita tenet aperte Tho. vbi ⁵. 15. dist. q. 2. art. 2. circa fi. Dicit tamen q̃ ecclesia
non intendit arctare ieiunium ad subtilem temporis inspectionem, quia nõ
debet a⁹ rolabium accipere ad horam comestionis cognoscendam. vnde suf
ficit, q̃ circa illã horam, quãm ecclesia constituit, ieiunans cibum sumat. Sed
dicit, q̃ licet ieiunans, nimis laute comedendo, vel cum nimia auiditate, vel
nimis magnam quantitatem cibi sumendo peccet, & meritum ieiunij pdat,
vel in toto, vel in parte, non tamen ecclesiæ statuta transgredit, & ideo ieiu
nium non soluitur. Sed ad hoc vulgatum, inquantum dixi de nimia auiditate
vide tex. in c. quinque modis, in fi. de consẽ. di. 5. & in c. si quis, & in c. seq 40.
dist. Et in quantum dixi de nimia comestione in prandio, vide tex. in c. sint ti
bi quotidiana, de consẽ. dist. 5. Item in quantum dixi de hora prandij pro ieiu
nantibus, vide omnino Do. post Arch. in c. qui dicit, circa fi. 12. dist. Et q̃ ho
ra tertiarum sit hora prandij pro nõ ieiunantibus, est tex. quem ibi no. Doc.
in c. non licet, 44. dist. Item vtrum ieiunium soluat, qui potũ assumit pluries,
vide plene no. in c. ex parte, post do. Ant. de celeb. missa.

c Seb. Sap. Assumptum. Vide Decium in c. ad audientiam, in fi. ver. in hac vlt. lec.
supra de rescr.

d Seb. Sap. Ex causa. Idem tenet Card. Alex. in c. illa, post medium, 12. di. cum al
legatis per Dominum meum Dom. Rochum Curtium in repe. c. fi. in 3. no. cir
ca prin. supra de consue.

e Sed vide. De illo art. an tempore ieiunij liceat comedere ouа, vel lacticinia, ui
de latiſ. per Doct. in c. denique, 4. dist. Et ibi dicit, q̃ si tempore ieiunij come
datur de camalione, non frangitur ieiunium, peccat tamen comedẽs, si hoc
faciat propter gulam. Item dicit ibi Dominicus, q̃ tempore ieiunij non est li
citum comedere aues, quæ nutriuntur in aquis, licet quidam vulgares ⁹. Itẽ
an tempore ieiunij liceat comedere olera cocta cum carnibus, vide tex. in c.
fi. uer. non pro abitinentia, 30. dist. & ibi vide Doc. in terminis in 7. not. ubi
tene, q̃ non. Item vide omino Sanctum Tho. in 4. sent. dist. 15. q. 3. art. 4. circa
fi. ubi dicit, q̃ ieiunium Quadragesimæ magis arctus obseruatur q̃ alia ieiu
nia, quia in eo Christi, ieiuniũ, secũdum modum nostrum imitatur, & ideo
in ieiunio Quadragesimali usus carnium & ouorum est generaliter interdi-
ctus, sed in alijs ieiunijs consuetudo cuiuslibet loci est seruanda.

Ant. Fran. Circa hoc quod dr̃ de esu carnium & lacticiniorum, vide no. in ca.
denique, 4. dist. Et adde, q̃ tpe ieiunij ab ecclesia indicti, ut in Quadragesi-
ma, in ieiunijs Quatuor tporum, & in alijs vigilijs, q̃ sunt de p̃cepto, de quib.
in c. consilium, de obser. ieiun. est abstinendum ab vsu carnium, & lacticinio
rum, ad quod vide gl. 33. q. 2. in c. admonere. Vbi gl. quærit, an sit prohibitus
usus lardi. & licet ibi gl. videatur dicere, q̃ non, tamen ꝛrium interpretatur
2suetudo, pro hoc vide bo. gl. in c. ꝓbyter, in ver. sanguinem, 82. dist. & vide
Arch. in c. denique, 4. di. & B. Tho. in 2. 2. q. 147. art. 8. Et adde, q̃ ieiunia indi-
cta ab ecclesia, non possunt redimi pecunia, sed voluntaria sic, iniuncta sibi
pœnitentia per superiorum, ut per Host. in c. 1. de uoto, & in c. presbyter, in
gl. mag. 82. dist. & per Innocentiuũ in rub. de obser. ieiu. & per Arch. 82. di.

f Post 21. Qua ætate quis teneatur ieiunare, vide late per Arch. in c. pronuncia-
dum, circa med. de consẽ. dist. 3. vbi recitatis uariis opi. concludere vr̃, quod
non teneatur ante 21. ann. & vide omnino de hoc late per d. Ant. in c. consi
lium, in vlt. col. infra eo. Et vide ẽt per sanctum Tho. in loco hic alle. per istũ,
vbi concludit, quod cum pueri indigeant frequenti cibo, & non multo si-
mul assumpto, tñ ẽt quia indigent multo nutrimento, non tenẽtur ad ob-
seruanda Ecclesiæ ieiunia usque ad finem 21. an. Dicit tamen, quod conue-
niens est, quod ad ieiunandũ in hoc tpe se exerceant plus, uel minus, ⁷m mo
dum suæ ætatis. dicit tamen, quod quandoque magna tribulatione imminẽ
te, in signum pœnitentiæ arctioris, etiam ieiunia pueris indicuntur ad placã
dum Deum, & idem etiam punctualiter in terminis ad litẽram concludit Tho.
in 4. sent. 14. q. 3. ar. 2. vltra medium. Et adde hic Tho. in 2. 2. q. 147. art. 4. vltra
med. ubi dicit, quod pauperes, qui possunt sufficienter habere, quod eis suffi-
cit ad vnam comestionem, non excusantur a ieiunio propter paupertatem,
sed dicit, quod illi, qui fruſtatim eleemosynas mendicant, qui non possunt
simul habere, quod eis ad victum sufficiat, a ieiunijs ecclesiæ excusari vr̃. Di
cit etiam in ead. q. 20. ar. quod magis conuenit, quod cum imperfectis, & no
uitijs, & iuuenibus dispensetur, quam cum antiquioribus, & perfectis. Item
adde quod no. Doct. in c. nerui, circa fi. 12. di. vbi dicit, quod extenuans cor-
pus suum ieiunijs & vigilijs, quod ex hoc verosimiliter sequatur mors, pec-
cat mortaliter, & all. c. non mediocriter, de consẽ. dist. 5.

Ant. Fran. Ad hoc, qua ætate sit ieiunandum, vel non & qua ætate excusetur
quis a ieiunio indicto per ecclesiã, vide gl. in c. 2. in fi. de obser. ieiu. & ibi p
Io. And. & vide Inn. in ea. rub. & S. Tho. 2. 2. q. 147. art. 4. & seq. & illa vr̃ esse
conclusio, quod non possit dari certa doctrina, sed hoc totum hẽt considera
re superior, q̃ considerabit cãs pp quas fuit indictũ ieiunũ, & considerabit
qualitatem p̃sonarũ, qa q̃nq; q̃ erit in decrepita ætate attenta nã & cõple
xione sua, erit fortior & magis sufficiens ad ieiunandum, q̃ iuuenis, & ẽ de-
bilis, & minus robustus erit minus aptus ad ieiunandum, & ⁷m istas conside
rationes hẽbit superior hoc declarare, & eodem modo considerabit paupe
rem & diuitem. Et adde, q̃ comedens magnos & delicatos pisces tempore
ieiunij, posset dici uiolare ieiunium, & maxime quãdo illud faceret ex dele
ctatione, ut plene per Inn. & scriben. in rub. de obserua. ieiunio.

annũ q̃s obligẽt, ante vero nõ; qa ætas illa non patiẽq̃m indiget
puer, seu adolescẽs cibo frequẽrato pp debilitatẽ naturæ. Itẽ ci-
bus puertitur in augumentum, seu dilatationẽ mẽbrorũ; & sic
non sunt ita potentes ad ieiunãdũ ⁹sicut maiores. Host. in d. c. 2.
placet opi. vt ante 20. annũ qs nõ obliget, & ita trãsit ibi Io. And.
B. Tho. 2. 2. q. 147. ar. 4. tenet, q̃ vsque ad 21. nõ obligẽt pp rõnes su
pradictas. Dicit tñ, q̃ dẽt puer. vel adolescẽs se exercitare in ieiu-
nijs, vt sic capiat 2suetudinẽ ieiunãdi. Et inter hãc opi. B. Tho. &
Host. nõ est magna dr̃ia; & satis põt teneri eorũ opi. q̃ ẽt tenet B.
Hiero. in quadã epistola. Nõ. n. præceptũ quasi impossibile, seu ꝛ
nãm est iũgẽdũ istis pueris, seu istis adolescẽtibus; quia nõ esset,
nisi eos illaqueare ad peccatũ ex transgressione. Lex aũt debet
8 esse honesta, & possibilis. 4. dist. cerit aũt lex. † Quarto q̃rit. quid
in mulieribus ꝛiugatis? Sol. dicũt Doc. q̃ ieiunia voluntaria non
dẽnt expleri sine lñia maritorũ. 33. q. 5. c. noluit, & c. manifestũ.
sed ad ieiunia necessaria, & indicta p ecclesiã obligãtur; nec excu
sat maritorũ ꝛdictio, qa magis est obediẽdũ Deo, & vicario suo,
q̃ maritis iniuste p̃cipientibus. 11. q. 3. in c. Iulianus. & c. dñs. & c. q
resistit. Nisi oriretur scandalũ inter eos, & maritos. Tũc. n. saltem
cum licentia sacerdotis, poterunt ieiunia dimittere, qđ no. Pro
hoc facit, quia præceptum positiuũ Ecclesiæ, nõ obligat quẽ cũ
scandalo. in c. 2. de ope. no. nunc. in c. nihil cũ scandalo, de p̃scr. in
9 c. cũ teneamur, de p̃bẽd. † Quinto q̃rit, vtrũ in istis ieiuniis pos-
sit dispẽsari per superiorem? Sol. 2clude post Inn. q̃ in ieiunijs p
ecclesiã, nõ põt aliquis dispensare præter Papã; nisi causa sit in de
bẽte ieiunare. Ex causa enim potest eps dispẽsare. & talia ieiunia
in aliquod aliud bonũ compensare; & causa satis sufficiẽs est debi-
litas p̃sonæ siue proueniat ex defectu naturæ, siue ex exercitio exteriori. Exemplũ in agricolis oribus, & talijs artificibus, qui
ex diuturno & lõgo tpe debilitant̃, ita q̃ cõmode ieiuniũ tolera
re nõ possunt. Licite. n. fit in istis cõmutatio, ar. 82. dist. presbyter,
in fi. Nec intelligas, q̃ propria authoritate q̃s possit sibi hoc ieiu-
niũ cõmutare, ar. in c. 2. in fi. j. eo. & c. 1. de voto. Vnde gl. in d. c.
presbyter, dẽt restringi ad casum illius c. nã ibi redẽptio ieiunij p-
mittit authoritate illius canonis; vñ non dẽt trahi ad alia ieiunia,
& multos decipit illa gl. & de hoc ẽt ibi per Arch. qui tenet, qđ
⁵. dixi In ieiunijs vero, ad q̃ qs se obligauit de voto, põt eps dispẽ
sare, ẽt sine cã existente in vouente, dummodo id, in quo fit cõ-
mutatio, sit melius & Deo acceptius, vt in c. 1. de voto, vbi satis
bñ hoc, pbat, & vide qđ ibi dixi. Et ex his habes dictũ, prima frõ
te mirabile, vt magis stringat ieiuniũ indictũ p ecclesiam, q̃ ieiu-
niũ, ad qđ aliqs se obligauit ex voto. Rõ potest esse, quia primũ
fuit a principio necessariũ, nec est obseruandũ præcepto superio-
ris sine cã. Sed ⁷m vero a principio fuit voluntariũ, & apparet sa-
tis de volũtate Dei, cui acceptata est obligatio, q̃ vult cõmutatio-
nẽ fieri in melius, ar. c. magnæ, & qđ ibi no. de voto † Sexto q̃-
rit. nunqd ieiuniũ saltẽ possit de die in diẽ transferri? Dicit Inno.
qđ sic, existẽte ra cã. Nã videmus, qđ si festũ sit in feria scda. nõ ieiu
nat in die Dominica, sed transfert ieiuniũ in die Sabbati p̃ceden
tis, vt ⁷ c. 1. j. eo. Ita dicẽdũ pari rõne, q̃ si vigilia ꝛngit in aliquo
festo solẽni, qđ tunc vigilia pp veneration ẽ festi, possit quoad ie
iuniũ explicari die p̃cedẽti; & ponũt exemplũ Doc. in multis lo-
cis Franciæ, vbi colitur festũ Sancti Quintini, qđ accidit in vigi-
lia omniũ Sanctorũ. Non. n. tunc homines ibi ieiunant pp festũ
solẽne, sed transferunt ieiuniũ in aliũ diẽ; & idẽ posset fieri, q̃n ac
cidit ieiuniũ in festo principali alicuius ciuitatis, vel loci, vt ieiu-
niũ trãseraẽ in diẽ p̃cedentẽ, qđ bene no. & placeret mihi, vt ista
translatio fieret p Ep̃m, at. in c. 2. in fi. j. eo. † Vltimo hic quæro, nũ
quid transgrediens ieiuniũ solenne, obligẽt ad peccatum morta
le? Gl. 25. dist. in c. vnum orarium. §. alias ea demum, vr̃ sentire, qđ
sic. Sed d. Card. j. c. 2. dicit hoc procedere, q̃n ieiunium omitti-
b tur ex contemptu, vel inobedientia; vt quia non vult se subijce
re p̃cepto superioris; secus, si sine contẽptu, qa tunc trãsgressio
solũ obligat ad veniale, & dicit hoc tenere Archid. in d. §. alias
ea demum. Sed Arch. ibi solũ refert opi. Io. de Fontana, & trãsit.
Sed aliter reperi eũ sentire in c. vtinã. 79. dist. vbi dicit. q̃ si qs ex
aliqua cã trãlgredit ieiuniũ, nõ peccat mortaliter. Qđ põt intelli-
gi, q̃n forte erat debilis, nec curauit ire ad superiorẽ p̃ lñia, & sic
10 secus sentit, q̃n nulla subest licita cã. † Sed pro primo dicto, facit
notabile dictũ Cal. in c. 1. de 2st. vbi dicit, qđ trãlgressio canonis,
obligat ad mortale, q̃n fit ex 2ceptu, seu inobedientia. Et cõtem-
ptu proprie est, q̃n ex sola volũtate, nõ vult se subijcere statuto
a superioris, vnde dicit, qđ iste 2ceptus a clare apparere non põt,
nisi post monitionẽ. Sed si qs transgreditur ex concupiscentia,
vel negligẽtia, tunc solũ obligat ad veniale. qđ dictũ prima fron-
te vr̃ mirabile, & hoc dictũ put ẽt verũ, vbi superior aliquid iniũ
geret p verbũ cõe, puta p verbũ statuimus, vel ordinamus, vel si
mile. Secus credo, vbi, p cederet p verba p̃ceptiva, vel æquipollẽ
tia. Nã trãlgressio p̃cepti superioris, obligat ad mortale; licet fiat
sine 2ceptu, 14. q. 1. c. qđ p̃cepi, & in c. 2. de maio. & obe. Facit qđ
dicã in c. nã 2cupiscẽtia, de 2st. vbi oĩno vide, in quo gñaliter tra-
ctabo, an & q̃n trãlgressio statuti, vel regulæ obliget ad mortale.
Et fuit illud dictũ B. Tho. q̃ vbi statutũ fit p verba cõia, trãlgres-
sio regulariter nõ obligat ad mortale, qđ intellige, q̃n fit sine 2ce-

ptu. Nã sicut nõ oĩs trãlgressio legis obligat ad mortẽ p̃dẽ, ita
nec ad mortẽ æternam, quæ prouenit ex peccato mortali. 25. dist.
c. vnũ orariũ. Et iõ ad propositum ponderãda sunt verba statuti,
seu canonis, quibus indicitur ieiuniũ, an sint verba præceptiua,
an æquipollentia, seu, cõia, & c. Et collige ex prædictis, & ex his, q̃
dicam in d. c. nam concupiscentiam, & prædicta no. bene, quia
materia est peregrina, & ideo seriose insisti super rub.

ADDITIO.

a Seb. Sap. ¶ Iste contemptus. Vide Fel. in c. 1. col. 2. cum seq. supra de maio. &
obe. & in c. 1. col. 6. uer. alius casus, sup. de const.

SVMMARIVM.

1 *Nõ valẽs ieiunare vno die, an & quo casu possit, & teneat̃ alio die ieiunare*
2 *Clericus non valens dicere officium propter infirmitatem, non tenetur illud reassumere.*

CAP. PRIMVM.

Ex parte. Vigilia occurrens in Dominica, ieiunari dẽt ⁷
Sabbato, & ieiunanda est vigilia Matthię. Cõ
munis diuisio. Sed a ibi, [Ad qd.] Casus li. Quæsitũ fuit a domino
Papa, vtrum si Natiuitas Dñi vel assumptio B. Mariæ Virg. vel Fe-
stiuitas alicuius Apostolorũ in sẽda feria venerit, in die sabbati p̃
cedenti, vigilia dẽt ieiunari? & vtrũ in vigilia B. Matthiæ Apostolo
lissit ieiuniũ iniungendũ. Ad quod breuiter rñdet Papa, q̃ die Sab
bati festiuitates p̃libatas sẽdæ feriæ p̃cedẽtis, & B. Matthiæ Apo-
stoli dẽt vigilia ieiunari. B. No. i. ex tex. q̃ in vigilia Natiuitatis Do
mini, & Assumptionis B. Mariæ Vir. & omniũ Apostolorũ, est
necessario ieiunãdũ. Et pondera q̃ solũ dicit de Vigilia Assũm-
ptionis B. Marię vir. Ex quo infert q̃ alia festa B. Mariæ non ha-
1 bent quoad p̃ceptũ ieiuniũ vigiliã; quod dixi ⁸. in rub. † Sẽdo no.
a q̃ ex cã legitima põt mutari ieiuniũ de die in diẽ. Et facit a prima
fronte iste tex. q̃ non valens ieiunare in die statuta, tenẽt alia die,
quasi sit obligatus ad duo, ⁷. ad ieiunãdũ, & illa die, vnde si impe-
ditur in illa die, remanet obligatio ieiunii alia die, ar. op. hic, & in
c. cũ dilecti, de dolo & cont. & in l. Celsus, ff. de arb. de quo dubi-
to per c. 2. j. eod. vbi non valenti ieiunare in Quadragesima, nõ
2 iniungit, vt ieiunet alio tpe. † Ad idẽ quod no. Inn. in c. i. de cele.
m. ⁷ vbi dicit, q̃ ñ valẽs dicere officiũ pp infirmitatẽ, ñ tenẽt illud
reassumere alio tpe, quasi officium sit ieruitus cuiusq; diei, & va
riat ex tpe, ita vr̃ dicendũ in ieiunio. Nã si teneor p̃stare operas
certo tpe, & impediar, nõ sum obligatus in alio tpe, qa nõ sunt
eædã operæ. sed variantur ex tpe, vt est tex. no. in l. si non sortẽ. §.
libertus, ff. de cõd. indeb. Et si relinquitur mihi vsusfructus bien-
nũ futuri, & impediar. non possum petere vsumfructũ alterius
bienniũ qa nõ est idem vsusfructus, vt l. si vsusfructus mihi in biẽ
nium. ff. de usufr. le. & istã partẽ crederem veriorẽ. Ad istũ tex. re
sponderẽ q̃ loqtur in trãslatione fiendi ex cã, quę non est ⁷ ipso
debẽte ieiunare; licet pp festũ fiat in aliũ diẽ. Vltimo no. q̃ vigi-
lia B. Matthię est in p̃cepto. Rõ dubitãdi fuit qa Matthias non fuit
de numero 12. a principio, sed succesit post mortẽ Christi in lo
cũ Iudę, dum Apostoli posuerũt sortẽ sup eũ, & Barnabam. Et
rõ decidendi est, qa surrogatũ dẽt sapere naturã eius, in cuius lo
cũ surrogat̃, vt in c. maiores, de bap. & in c. ecclesia, ut li. penden.

ADDITIO.

a ¶ Et facit. Item facit q̃ si concurrant eo ⁷em die plura ieiunia, q̃ debeat fieri
transmutatio ieiunij, sed in contrarũ determinat Arc. in c. 2. de ieiunio. 66.
dist. ubi dicit, q̃ si concurrant eodem die vigilia Matthæi Apostoli, & vigi
lia Quatuor temporum, q̃ celebratur omne ieiunũ unico die, & pro hoc
facit tex. in c. magnæ, in princ. de vo. & dicit, q̃ ita tenet Hug. dicens, q̃
nusq; reperitur in iure pp hoc, transmutationem fieri debere. Ad idem vide
Io. And in c. cũ in curẽtis, §. fi. de elec. qui dicit, q̃ si plura ieiunia concurrãt
eadem die, vt puta ⁴ tempus Quadragesimale, & ẽt vigilia vnius Sancti, &
sit tempus Quatuor tem ⁷porum, quod sufficit vna die ieiunare.
Ant. Fran. ¶ Quando plura ieiunia concurrunt in eadem die, vtrum possint
in eadem fieri, an uero debeant commutari & transferri ad aliam diẽ, di-
cas, q̃ vna die fieri possunt, vt hic per istũ & plene tractatur in rub. de ob.
ieiu. vbi per Inn. & Host. ubi etiam ponunt, an tempore ieiunij liceat face-
re collationem de sero. Et vide B. Tho. in senten. 4. dist. 15. & in 2. 2. q. 78. ar.
2. vbi enumerat aliquos casus, in quibus non est laudabile. Et au præguſtan
tes cibos magnorũ dominorũ, sint iuxta vulgare, facientes sibi credentiã,
vel mulieres prægnantes, & quę extranea appetunt, nel infirmi ob defectio
nem appetitus, ⁴ forsan in die ieiunij comedant carnes, & alia prohibita,
non dicuntur frangere ieiunium, vt Inn. in d. rub. de obser. ieiu.

SVMMARIVM

1 *Consuetudo Romanæ Eccle ſiæ, nõ est de necessitate obseruanda in alijs religionibus.*
2 *In Quadragesima possunt licite comedi carnes, propter necessitatem famis.*
3 *Carnes possunt de iure comedi die subbati, licet de honestate & consuetudine aliud sit, die veneris vero secus, infra proxi. c. in 1. no.*
4 *Dispensatio, imminente necessitate, est debita.*
5 *Consuetudo ieiuniorum relaxatiua, an ualeat.*
6 *Aduena debent obseruare consuetudinem loci, ubi reperiuntur.*

CAP. II.

Consilium. Non capit ꝛgnam summationem, & tex.
in se satis clarus est, & multa sunt dicta, q̃
patent p §§. Casus li. Quæsitum fuit vtrum omnes vigiliæ Apostolo
lorum

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

lorũ dẽant ieiunari? Rñdet, q̃ sic p̃ter vigilias Apostolorum Philippi & Iacobi, & B. Io. Euangelistæ qa festiuitas illorum, ꝯ. solẽnitatẽ paschalẽ celebrat. festiuitas B. Io. ꝯ. natalẽ Dñi, ieiunium ẽt apud nos in aduentu Dñi agit. Vigiliæ Sanctorum, quorũ festiuitates, sed̃a feria celebrant, in p̃cedenti sabbato ieiunande sunt. De celebratione B. Bartholomæi dubitat apud quosdam. Rñdet papa, q̃ ꝓsuetudo regionis seruetur. Item q dam in Quadragesima p̃p necessitatẽ fames coacti sunt comedere carnes, q̃ritur q̃ pœnitentia sit illis inungenda: Rñdet papa, q̃ in tali art. nõ peccant, p̃ces tñ Dño pro illis & cum illis sunt effundendæ. Item quidã p̃p debilitatem comedunt carnes die sabbati, ꝯ loci ꝓsuetudinẽ, vnde alij hẽnt molestum. Rñdet papa, q̃ ꝓsuetudo loci seruetur, ita tñ, q̃ debilibus & infirmis p̃p hoc periculum non immineat. Itẽ quidã infirmabat in Quadragesima, & alijs ieiuniis, & petijt esum carnium sibi concedi. Rñdet, q̃ desiderium infirmorum admittendum est, cum vrgens necessitas hoc regrit, cum legi nõ subiaceat necessitas. No. i. ex principio, q̃ vigiliæ oĩum Apostolorum p̃ter exceptuatas, de quib. in tex. dẽnt ieiunari, & intellige de 12. Apostolis, quos enumerat gl. in c. j. de rel. & vene. sanc. li. 6. No. 2. q̃ p̃p magnã solennitatem loci ꝓtingentem in die ieiunij põt omitti seu transmutari ieiunium, hic tñ in vigilia istorũ Apostolorum exceptuatorũ non fit cõmutatio, sicut in p̃cedenti; & credo hoc ꝓtigisse, qa accidunt istę vigiliæ inter festa diuturna, vnde non dẽt fieri cõmutatio in diẽ ita lõgiorem; sed qñ solum vna dies intermedia est impedimento, tunc fit cõmutatio, vt in c. p̃cedenti nã p̃p breuitatẽ t̃porum, vigilia non vr̃ differre a festo. No. in §. ieiunium, & tene menti arg. opt. & quasi expressum, q̃ Aduẽtus Dñi de necessitate non est ieiunandus; sed inspiciẽda est ꝓsuetudo cuiusl̃bet loci; vnde hic papa caute locutus est dicẽdo, q̃ apud nos ieiunatur, & c. q. d. ſm Host. habemus hoc de cõsuetudine, sed statutum non facimus, nec aliquem adstringi volumus; nec reperit
1 alibi cautum, q̃ sit in p̃cepto. †Consuetudo vero Romanæ Ecclesiæ non est necessario obseruanda in alijs regionibus, vt no. glo. in c. j. de sum. Tri. li. 6. & de ꝓse. di. 4. c. de trina. No. in § de festiuitate, q̃ in colenda festiuitate B. Bartholomei, attendenda est regionis consuetudo. Et rõ dubitandi fuit, quia B. Bartholomæus fuit excoriatus die, in qua vixit, alia die decessit, vnde aliqui colunt diẽ excoriationis, alij diẽ mortis. Ideo seruanda est loci consuetudo. Sic dubitabat de festo B. Margari. nam variæ in diuersis locis colitur p̃p diuersum martyria, & diem mortis. Sed dicit Io. And. se vi
2 disse in li. authentico, q̃ debet coli 20. Iulij. † no. in §. cum autem,
a q̃ p̃p necessitatẽ famis, [a] licite quis vtitur carnib. in Quadragesima. Item no. q̃ signum bonæ & timoratæ mentis est timere culpam, ibi culpa non est; & sic in dubio dẽt quis potius se æstimare
3 culpabilem in foro animæ, qa illa via est tutior. † No. in §. item optimum ar. q̃ esus carnium non est prohibitus in die sabbati de iure. vnde cessante loci cõsuetudine, posset quis comedere sine peccato, illa die tñ de honestate & consilio abstinendum est, de quo vide bo. tex. cum gl. in c. de esu carnium. & c. sabbato, de consec. di. 3. No. in §. p̃terea, q̃ in Quadragesima est licitum infirmis comedere carnes, & idem in alijs [b] ieiunijs solẽnib. † Et no. ibi. [Potes, &
b dẽs.] q̃ eps nedũ põt. sed ẽt dẽt indulgere postulãtib. tali tpe esum carniũ. Et sic hẽs arg. q̃ dispensatio qñq; est debita, vide qd no. & legit 50. di. c. vt pstitueretur, & c. dño sancto, & no. in c. at si clerici, in § de adulteriis, § de iu. Vlt. no. q̃ ẽt existente cã, non debet quis vti carnib. in ieiunijs solennibus, sine licẽtia eps; & requiritur hęc licentia, vt eps sciat distinguere inter infirmitatem, & infirmitatẽ: vbi autem cã esset vrgens, nõ putarem illum delinquere, q̃ sine licentia hoc fecit. tex. §. cũ autẽ, § . eo. Et idẽ dicendum est, cum ex cã quis abstineat a ieiunio. In gl. 1. in fi. & istos versus bene seruant Francigenæ, & dicunt Doct. & bene, q̃ non apparet rõ diuersitatis inter istos & alios Apost. Ex quo. n. fuerũt pares merito dẽnt pari obseruatione venerari, pro hoc c. 1. de reli. & vene. sanc. lib. 6. Quidam tñ dixerunt, q̃ vigilię ꝓtentorum in his versib. sunt de ne
5 cessitate ieiunãdæ. † In alijs vero est seruãda ꝓsuetudo loci. Et hãc opi. secutus est Host. in sum. sed hic reprobat, dicens, q̃ in istis solẽnib. ieiunijs, nihil facit ꝓsuetudo. Quod bene no. quasi non hẽat rõnabilitatem in se, quod puto verũ, nisi papa sciret & [illegible]eraret, ar. eius, qd̃ dixi post gl. ꝯ. de secun. nup. in c. vir autem. [illegible] no. gl. pp istius authoritatem, q̃ cõsuetudo valet, q̃ est ieiuniorum relaxati
c tua, [c] & eã tene menti. In gl. 2. in fi. dic, vt dixi super rub. In gl. in ver. in sabbato ibi, [Comedi non debent,] dic q̃ potius colligitur hic ꝛriũ in hoc, q̃ attendit ꝓsuetudo regionis. Et ad c. in sabbato, dic, q̃ loquit̃ de ꝓsilio, sicut cauet̃ de die Mercurii, & vide gl. no. in d. c.
6 de esu. † No. tñ ex hoc, & ex tex. q̃ peregrini dẽnt in ieiunijs, & in abstinẽtia cibariorũ se p̃formare cõsuetudini loci, & ad hoc possunt cõpelli per ꝑpm. vt hic, ne sint alicui scãdalo. Pro hoc bo. tex. in c. illa. 12. di. vbi dr, q̃ ad quãcunq; ecclesiã accesseris, eius ꝓsuetudinem serua, si non vis esse cuiquam scãdalo, nec quẽquã tibi. Ideo
d peccant [d] Cathalani, qui comedunt in istis partibus carnes in die sabbati, licet in eorum partibus vtantur, & facit quod no. gl. seq.

ADDITIONES.

a Seb. Sap. ¶ Necessitatem famis Idem voluit Arc. h. in c denique 4. di. vbi dicit, q̃ si qs esset in castro reclusus, liceret ei carnes comedere, qñ aliud nõ hẽret, sequit̃ dñs & præceptor meus, do. Rochus Cur. in d. rep. c. fi. in 3. no. de ꝓsue

b ¶ In alij. Et adde, q̃ si Cartusienses infirmus iudicio medicorum aliter euadere non ꝓtest, nisi comedat carnes, licet ei carnes comedere, non obstante statuto ꝛrio. Ita no. dicit Abb. in c. si vero, de iureiu. & oĩno ibi. unde Mod. Item rõnẽ, quare in ieiuniis magis interdicit̃ vsus carniũ, q̃ vini, plene ponit Tho. 2. 2. q. 147. Et vide do. Ant. in c. ex parte, in gl. mag. § . de cele. miss. vbi refert, q̃ Doc. dicunt experti, quod homo plus viueret ex sola aqua, quam ex solo vino. Et vide do. Ant. h. c. in fi. 1. col. ubi dicit, quod vitæ hominis est magis necessarium vinum, quam carnes, pro quo allego no. in c. forte, de consec. di. 2. Ant. Fran. An. Cartusiensis, qui ex statuto regulæ non potest carnes comedere, si infirmetur, & iudicio medicorum non possit euadere nisi carnes comedat, an possit sine peccato comedere carnes, placet determinatio hic facta, quia infirmitas habet cum excusare. Nam ex causa infirmitatis licet monachis Sancti Benedicti, vel alijs comedere carnes, vt in c. carnem, de consec. distin. 5. & no. in c. cũ ad monasterij. de sta. mon. Et de tali infirmitate si ãdum est iudicio medicorũ, vt p Bar. in l. quæsitũ, ff. de reg. iu. p. l. semel, C. de re mil. li. 10. Dicas tũ, qd̃ hoc facere dẽt, non solum si medicus consultat, sed requirere debet licentiam superioris, s. episcopi, vel eius vicarij, aut Abbatis vel sacerdotis parochialis, si est laicus, qui sacerdos parochialis non posset etiã dare talem licentiam, nisi vbi subesset magna necessitas, vt per Host. in c. 2. de ob. ieiu. & hoc puto esse multum notandum, quia plerique in hoc videtur errare, putantes hoc sibi licere uel ex licentia solius medici, seu eius consilio, vel ex licentia parochialis sacerdotis, qui taliter licentiam concedere non potest, nisi in magna necessitate, vt dixi; alias talis licentia est etiam pretenda ab episcopo, vel eius vicario, per prædicta.

c ZACHAR. ¶ Ieiuniorum relaxatiua. Adde istum in c. ex parte, & ibi Bar. de Laud. in addi. ad eum, supra de cele. miss. gl. fing. in l. 2. § inde agitarum est in vers. conferret ad comedendum, ff. ad leg. Rho. de iac. & Fel. in c. 1. colum. 13. & seq. supra de consti. & Card. Alex. in colla, de consec. dist. 5.

d ¶ Peccant. Et facit ad q. quam ponit d. Christ Por. in §. sed qd̃ principi, in fi. Instit. de iure nat. gen. & ciu. vbi quærit, pone, quod scholaris Mediolanẽ. reperiat se in studio tpe, quo Mediolanenses ex priuilegio Sancti Ambrosij vescuntur carnibus, an ipse quoq; poterit comedere carnes? Vide ibi p eũ. ¶ Peccant. Idẽ dicit Card. in clem. dignũ. de cele. miss. col. 5. Quid aũt de Mediolanensib. an possint comedere carnes tpe carnis priui. Mediolanenses in alijs locis, uide Christ. Por. in § . sed quod princi. in fi. Instit. de iu. natu. gen. & ciu. & ad hæc vide omnino dominum meum in d. c. fi. de consu. col. 129.

SVMMARIVM.

1 *Carnes non est licitum comedere in festo Natiuitatis occurrente sexta feria professis, & nouentibus; alijs vero sic.* 2.
3 *Consuetudo relaxatiua ieiuniorum quo casu valeat.*
4 *Statutum, vel constitutio disponens id, quod ius commune, an tollatur subdito iure communi.*

CAP. III.

1 **Explicari.** †Si festum Natiuitatis occurrit sexta feria, licitum est carnes comedere, exceptis professis, & nouentibus. Cõis diuisio. Secunda ibi, [Respondemus.] Casus lit. eps Pragẽsis postulabat a Dño papa, an licitum esset vti carnibus, cum festũ Natiuitatis perageretur in sexta feria, hoc est in die Veneris? Respõdet Papa, q̃ illi. qui nec voto, nec regulari obseruantia sunt adstricti in sexta feria, [si festum Natiuitatis Dominicæ die ipso euenire contigerit, carnibus p̃p festi excellẽtiã vesci possunt ſm ꝓsuetudinem Ecclesiæ generalis. Nec tamẽ hi reprehendi sunt, q̃ ob deuotionẽ voluerint abstinere. B. No. 1. q̃ tñ in die Veneris non est licitum vti carnibus; & illa dies duntaxat per totã ſptimanã est in p̃cepto, vt in c. de viu carnium, & qd̃ ibi no. de ꝓse. di. 3. Nunquid aũt̃ sit ieiunandum, fuerunt opi. sed cõiter tenẽt, q̃ non, ex p̃cepto, sed ex ꝓsilio tñ sexta feria est ieiunãda, vt no. p Inn. § . eo. super rub. No. secundo, q̃ quis põt se voto adstringere, vt non comedat carnes; ẽt in dieb. alias prohibitis, sicut hic patet in feria. No. 3. ibi, [voto nec regulari,] q̃ regularis non tenẽt ex voto abstinere a carnibus, sed ex regula. Ex quo colligit̃ ar. opt. religiosum non obligari ex voto ad oĩa, q̃ ꝓtinent in regulari observantia; sed votũ dũtaxat versãt circa tria substãtialia regulę, de qb. in c. cum ad monasterium, in fi. de sta. re. Et in hac opi. fuit ẽt B. Tho. & Arch. post eũ. 17. q. 1. in ca. 1. Dicã in c. nã concupiscentiã, § . de const. † Itẽ no. q̃ pp excellentiã diei, detrahit abstinentiæ & macerationi carnis. Et sic vr̃, q̃ in die festo non spũaliter hoĩes gaudere dẽnt, sed ẽt cũ honestate possunt in cibis aliquã delectationẽ accipe. Et in hoc tene mẽti istũ tex. facit ẽt, vt cessante iactantia, possunt tũc hoĩes licite vti vestib. magis p̃ciosis ĩ venerõne festiuitatis. † No. ibi, ſm ꝓsuetudinẽ Ecclesiæ gñalis] tex. sp mẽti renendum. q̃ ꝓsuetudo valet in relaxatione ieiunij, & obseruantiæ indictæ p Ecclesiam, & facit optime iste tex. pro gl. in c. p̃cedenti, & ꝛ dictũ Host. ibi, qd̃ ẽt recitaui sup rub. Sed pro ꝛcordia dico, q̃ aut ꝓsuetudo põt in se hr̃e cãm rõnabilem & honestã, & valet; & sic intellige istum tex. Nũ pp venerõnẽ tantæ festiuitatis, ꝓsuetudo fuit hic fulcita rõne. Secus aũt, vbi ꝓsuetudo nõ hẽt in se rõnẽ, vt qa ꝓsuetudo fuit inducta, vt hoĩes intẽderent vẽtri; & pp festa & gaudia tpalia, & hoc casu salua dictũ Host. Nam ꝓsuetudo nõ valet ꝛ ius; maxime in concernentib. salutẽ animę, nisi sit rõnabilis, vt in c. fi. de consue. & in l. 2. C. eo. ti. Vlt. no. ꝛ opi. vulgarium. q̃ credunt hoĩes peccare abstinentes à carnib. feria sexta in die Natiuitatis: nã merentur ex abstinentia. o mni. n. die ieiunãdo homo magis meretur. Vnde dicit Hiero. Vtinam oĩ die ieiunare possem: nam legitur Apostolos ieiunasse in die Pentecostes, vt in c. vrinã. 76. di. dummodo non fiat ex superstitione. In glo. j. in fi. hæc gl. nõ exẽplificat clare tex. sed intelligit de voto gñaliter emisso. qd̃ põt dupliciter intelligi. Primo, qñ qs vouit nunq̃ comedere carnes; & tunc

& tũc ſm oẽs indubie non põt talis comedere in festo Natiuitatis. ẽt si nõ veniret in feria sexta, q̃, ex quo nullũ diẽ excepit generaliter, indistincte intelligi dẽt, vt hic, & in c. fi. 32. q. vlt. Sed põt intelligi de eo, q̃ vouit comedere carnes feria sexta. forte. n. prius de facto comedit, & postmodũ facti penitẽs, emisit votũ, & tũc ẽt tenet̃ abstinere ĩ die Natiuitatis p rõnẽ gl. q. 1, ex quo vouit gñaliter, tenet̃ abstinere in qualibet sexta feria. Et hũc intellectum vr̃ approbare Io. And. super tex. sed super glo. ipsum reprobat, dicẽs tale votũ referẽdũ ad esum illicitũ; nisi habuisset ãum hũc diẽ includẽdi, ar. c. petitio. de iureiur. & c. ad nostrã. il. 2. co. ti. & l. adigere. §. vlt. ff. de iurepat. Sed p̃cedẽs opi. verior, & in eã videnẽ inclinare moderniores: nã si intelligeret votũ de esu illicito, iste vouisset Deo de vẽto: vnde vt videat Deo aliq̃ offerre, dẽt intelligi. q̃ abstinebit feria sexta, ẽt si alias licite posset carnes comedi, & hoc vr̃ velle iste tex. Pro hoc ẽt adde aliã rõnẽ. nã dispositio dẽt sp intelligi, vt nõ fit inutilis; sed vt aliq̃ operet, in c. Abbate, ꝯ. de verb. sig. & in l. quoties. de verb. obl. sed si votũ p̃dictũ referrat ad vsum illicitũ, de nihilo seruiret Deo illud votũ, ar. in l. q his, ff. de ver. obl. ergo debet gñaliter intelligi. vt cõphendat ẽt esum
4 licitum. † Et ex hoc infero ad no. dictum, q̃ vbi constitutio disponit id, qd̃ ius cõe, & aliq̃ vltra, sublato iure cõi non tollitur cõstitutio, sicut hic non tollitur votum concurrens cum iure communi, & disponens aliquid vltra; & sic limita c. 1. de constit. li. 6.

De Purificatione post partum. *Rubr.*

Supra visum de ieiuniis indictis ob reuerentiam Sanctorum, sequitur merito videre de purificatione post partum, quæ fuit indicta ob reuerentiam ecclesiarum.

CAP. PRIMVM.

1 **Veniens.** Mulier post partũ, statim põt ingredi ecclesiã, nec tenet̃ abstinere p aliquot dies, ſm legem Mosaicam. Primo ponitur decisa cõsultatio. Secundo dubij fortificatio ibi, [Licet.] Tertio solutio ibi. [Quia.] Quarto permissio ibi, [Si tñ.] Casus li. Quę sitũ fuit a Papa, p quãtũ tps debeat mulier post partũ ab ingressu ecclesiæ abstinere. Sed̃m legẽ Mosaicã certi dies determinati erãt, qbus mulier ab ingressu ecclesiæ post partũ abstinebat. Sed qa p Iesum Christũ veritas facta est, & c. rñdet Papa, q̃ postq̃ umbra euanuit, & veritas illuxit Euãgelij, si mulieres post partum voluerint ecclesiã intrare ac̃turæ gratias Deo, nullũ est peccatũ, nec aditus ecclesiæ illis est denegãdus, ne pœna iniuis videatur in culpã querti, tñ si aliquamdiu voluerint abstinere, nõ est improbãdũ. B. No. 1. q̃ p̃cepta veteris testamẽti non sunt hodie obseruãda: qd̃ intellige de p̃ceptis figurat iuis, seu ꝓtinentibus ceremonias. Secus in p̃ceptis p̃cernẽtibus mores, vt est illud. Honora patrẽ & matrẽ. Nõ mœchaberis. & sim. De his vide tex. cũ glo. 6. di. c. nõ est pecca. § . his itaq;. dicã latius in c. fi. de ꝓ. No. 2. q̃ mulier in partu nullũ peccatũ cõmittit; licet in p̃ceptione possit peccatũ cõmitti, iuxta illud Psalmistæ. Et in peccatis p̃cepit me mater mea. q̃ verba intelligę, vt legi. & no. ĩ c. vir cũ p̃pria. 33. q. 4. In partu tñ nullũ peccatũ incurrit. intelliger rõne partus, sed potius patitur dolorẽ. Itẽ no. ar. q̃ criminosus nõ dẽt iugredi ecclesiã, ita vr̃ prima fronte innuere litera a ꝛrio. Sed ꝛriũ est verũ, vt no. in d. c. vir cũ propria, vbi bo. gl. & facit c. eps nullũ, de cõse. dist. 1. Nã & Christus non remouit a se Iudam. sed excõicati debent bene ab ecclesia expelli. 21. di. in c. cleros, & no. in d. c. vir cum propria, qd̃ limita, vt hr̃ in c. ñsio, ꝯ. de sen. excõ. Item no. q̃ arbitrans, vel habens conscientiam grauatam, potest licite ob deuotionem abstinere ab ingressu templi, donec bene purgetur. Nunq̃d autem tempore purificationis, vel menstrui teneatur mulier reddere debitum viro, vel econuerso. Vide tex. cum gl. 5. di. in c. ad eius. In
2 gl. 1. ibi, [Sed pro fęmina.] & rationem inter fœminam & masculum vide per gl. 5. dist. in c. 1. ad fi. & vide glo. in cle. 1. de sum. trin.

De Ecclesij ædific. vel reparand. *Rubr.*

Supra visum de ecclesiarum consecratione, sed quia ecclesiæ consecratę qñque ruunt; & sic reparatione indigent, qñque vero ex necessitate de nouo ædificari debent, merito subijcitur rub. de ecclesijs ædificandis, vel reparandis. Vel ꝓtinua magis ad proxima sic. Supra visum est in rubricis præcedentibus. de veneratione ecclesiarũ & Sanctorũ: sed qa ad decus ecclesiæ pertinet reparare eam, vel nouiter ædificare, ideo subijcitur hæc rubr.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus debet contribuere in reparationem ecclesiæ, pro rata beneficij, deductis ex redditibus, necessarijs ad eius victum.* 2.
2 *Ecclesia diruta cuius expensis debeat refici.*
3 *Parochiani tenentur in subsidium ad refectionem ecclesię, vbi diuina percipiunt, nec possunt renunciare vsui ecclesiæ.*
4 *Vicini, qui tenentur ad refectionem alicuius putei, an possint renunciare vsui dicti putei, ad hoc, vt non teneantur, vide remissiue.*
5 *Episcopus cum Capitulo an possit deputare fructus beneficiorum vacantiũ pro fabrica ecclesiæ cathedralis.*

CAP. PRIMVM.

1 **Vicunque.** † Breue est, & per alia verba sic põt summari. Habẽtes beneficiũ in ecclesia, tenent̃ cõtribuere ad ipsius repa
2 rationẽ. † No. 1. q̃ nedũ rector parochialis ecclesię tenet̃ ad fabricã ipsius ecclesiæ, vt in c. de his, ꝯ. eo. & 16. q. 1. c. si monachus. sed ẽt minores beneficiati in ipsa ecclesia, & hoc innuit ista litera in ver. ecclesiasticũ beneficium, & in ver. adiuuent. Et hoc pbo clarius p c. fi. 5 de his, quæ fi. a ma. par. ca. vbi canonici vltra Epm, cõpelluntur ad fabricã Ecclesiæ. Et intellige hoc, q̃ illi tenent, p rata bñficij. ar. eorũ, q̃ no. Bar. in l. 4. ff. de re iud. qd̃ intellige. videlicet q̃ solũ tenent̃ dare de suo pfluis, idest de redditibus, q̃ supersunt deductis redditibus pro necessariis eorũ; qa non tenet̃ clericus ad fabricã vltra, q̃ facere põt, deducto eo, ne egeat, tex. est no. ꝯ. eo. c. de his, q̃ tenebis mẽti. In gl. 1. ibi, [Nam & ipse fructuarius.] no. gl. in eo, q̃ cõparat bñficiatũ vsufructuario, de quo vide gl. latiorẽ in c. ꝑsenti, de off. ord. lib. 6. Alibi æquiparauit cũ vsufructuario, vt no. in c. fi. de pign. & ibi di
3 xi in c. fi. de pecu. cle. † Et in fi. gl. vult ergo gl. vt primo recurratur ad quartã deputatã fabricæ ecclesiæ. Dic latius colligẽdo dicta Doc. & multa addẽdo, q̃ primo recurrẽdũ est ad ꝓsuetudinẽ. Si enim ꝓsuetudo trãsfert onus fabricæ in populũ, illa seruãda est, ar. c. Apostolicã, de sim. Itẽ dico, nisi aliter dispositio specialiter ꝑ uideret. Nã videm⁹ hodie, q̃ cõiter, ecclesiæ p̃cipue cathedrales, habent redditus distinctos, p fabrica. Tũc enim prælatus nõ tenetur dare quartam partem suorum redditũ; quia in hoc valet consuetudo, ex quo eccl. non patitur defectũ in fabrica. Nam videmus hodie, q̃ nõ fiunt quatuor partes de redditibus ecclesiæ, vt antiqua iura disponebant. 12. q. 2. c. quattuor, & c. cognouim⁹. & c. de redditibus. Et q̃ valeat ꝓsuetudo, tenet Inn. in c. fi. de his, q̃ fi. a ma. par. ca. Intelligo tñ, q̃ Eps nõ possit se excusare quominus pauperibus prouideat. licet redditus sint in ꝑfuso, quia talis ꝓsuetudo esset irrationabilis. 17. q. 1. c. fi. Et idẽ dico quoad casũ nostrũ, q̃ si nulla est consuetudo de quarta parte fabricæ, nõ valeret, quominus ꝑlatus teneatur ad quartã, per tex. apertũ in d. c. cognouimus. Tenet Host. in sum. co. tit. § . 1. ad fi. Si vero quarta pars nõ sufficit, nec cõsuetudo aliter disponit, recurrendũ est ad clericos ecclesiæ. vt hic, & ꝯ. eo. c. de his. & intellige, si redditus eis
4 supersint. † Si aũt redditus non supsunt, cõpellunt̃ vlt. loco parochiani ecclesiæ. Nã ex quo percipiunt ibi diuina, tenent̃ ad refectionẽ ecclesiæ, ar. in c. fi eps, de off. ord. li. 6. Nec posset parochianus, volendo euitare onus, cedere vsui ecclesiæ; qa hoc nõ dependet a facultate sua, vt in c. omnis, de pœ. & remiss. Quid aũt de vi
a cinia habente puteũ, [a] vel porticũ, seu clibanum cõem, nunquid possit aliquis de vicinia renunciare vsui, & cuitare onus refectionis, vi. Spec. in tit. de censib. § . 2. ver. Itẽ pone. Adde etiam ad præ
6 dicta, qd̃ no. Inn. in d. c. fi. † Nunquid aũt posset Eps cum Capitulo deputare fabricã necessariã ecclesiæ cathedralis, fructus bñficiorum vacantiũ. dic, vt plene no. Io. And. in c. fi propter de rescri. li. 6. Et conclusio est, q̃ sic, fi episcopus & canonici non sufficiũt, ar. in c. 1. de reb. eccl. non alien. li. 6. Eodem modo dic de redditibus capellarum deputandis ad fabricam plebis, de quo dic, vt per Fed. consi. 227. alias. 217.

ADDITIO.

a Seb Sap. ¶ Puteum Adde Spec. in tit. de cens. § . 1. uer. pone quædam vicinia Barto. in l. Imperator. § . fi certum. & ibi Dyn. ff. de leg. 1. Bald. & Moder. in l. 4. § . actor, de re iud. & in q5. huius, in l. pen. in fi. de cond. inser. Alexan. omnino in l. cum quo, ff. de aqua plu. arcen. & Card. in clem. 1. in prin. 10. no. de exces. præla.

SVMMARIVM.

1 *Leprosi debent habere propriam ecclesiam, & presbyterum; nec se cũ alijs communicare; nec debent soluere decimas de eorum hortis ad vsum suum destinatis; alias secus.*
2 *Leprosi non debent sepeliri cum alijs Christianis.*
3 *Priuilegium tangens p̃iudicium tertij, etiam concessum ex causa pietatis est stricte intelligendum.*
4 *Pauperes tenentur ad solutionem decimarum.*
5 *Fratres Minores non soluunt decimas hortorum, quos habent ad ipsorum vsus secus de illis, ex quibus exponunt fructus venales.*
6 *Leprosi non dicuntur facere collegium religiosum.*
7 *Hospitali, uel collegio leprosorũ, an possit p̃fici religiosus*

CAP. II.

Cum dicat. Hoc intendit. Leprosis permitti debet sine p̃iudicio antiquarũ parochiarum, habere ecclesiã propriã & presbyterũ; nec tenẽtur soluere decimas de hortis, vel nutrimẽtis animaliũ. Duæ sunt partes. Sed̃a ibi, [Statuimus.] Prima subdiuidit. Sed̃a ibi, [Caueãt.] Casus li. Quia leprosi, cũ sanis habitare nõ dẽnt, ne vna ouis morbida inficiat sanas oues, leprosi ipsi volebãt pstruere ecclesias in locis, in qbus morabant̃, impediebant̃ a rectoribus parochialiũ ecclesiarũ. Statuit Cõcilũ Later. vt vbicunq; tot simul leprosi fuerint ꝓgregati sub cõi vita, q̃ ecclesiã cũ cẽmeterio possint pstruere, & propriũ presbyterum habere, sine ꝛdictione alicuius hoc faciant. ca

ueant

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

ueant tñ, q de iure parochiali veteribus eccleſiis iniuriosi nequaquam exiſtant, quia quod ex pietate ꝯceditur ad aliorum iniuriã redundare nõ debet, de hortis tñ, & nutrimentis animalium ſuorum decimas ſoluere non cogantur. B. No. i. † q rℓr non permitti
1 tur ædificatio nouæ eccleſiæ intra parochiam alterius. Hoc. n. probat hic per locũ 1 ſpecali. Si n. ex cã permittitur hoc leprosis,
2 cæteris vℓ interdictum, & de hoc, ſ. c. prox. † No. 2. ar. pro & ꝺ, nun quid leprosi dẽrent ſepeliri in cœmeteriis vna cum aliis Chriſtianis. Ex quo n. permittitur eis cœmeterium, vℓ, q cum aliis ſepeliri uon debeant; quia alias iſta conceſſio non haberet cãm rõnabilem. In ꝺrium facit, quia ex quo non præcipitur, vt habeant cœmeterium ſpeciale, ſed permittitur, vℓ, q eis liceat vti de iure cõi, et vi
3 de quod dixi in c. ſacris, de ſepul. † No. 3. q priuilegium eſt ſtricte intelligendum, quatenus tangit præiudicium tertij; licet ſit ꝯceſſum ex cã pietatis; & ſic eſt hic tex. pro dicto Inn. in c. cum dilecti,
4 de do. de quo per Bar. in l. beneficium, ff. de conſti. prin. † Item no. arg. q pauperes tenentur ad ſolutionem decimarum. vides. n. q leprosi tenentur, qui cõiter ſunt pauperes; & ſolum ex priuilegio eximũtur in duobus caſibus, de quo vide bo. gl. 12. q. 1. c. quia tua, & 16. q. 1. quicunque, & vide qđ dixi in c. cum homines, ſ. de deci.
5 †Quæro, nunquid de omnibus hortis tenẽtur ſoluere decimas? Dicunt Doct. q non, & tex. eſt intelligendus de hortis deputatis ad vſum eorum, alias poſſent facere fraudes deducendo omnes poſſeſſiones ad hortos; & ſic priuilegium eſſet valde nociuum, ꝺ c. ſuggeſtum, de deci. quod no. Nam ita debemus intelligere exẽptionem, quã habent Fratres Minores, vt de propriis hortis non teneantur ad decimam. ſ. deputatis ad vſum proprium. Secus autẽ ſi vellent olera exponere ad vendendũ, de quo in cle. exiui, de ver. ſign. Secundo q̃rit quid intendat iſta litera in ſecundo caſu, dum dicit de nutrimentis animalium. Dic. i. de animalib. q̃ nutriunt, p
6 prius expensis, de quo vide tex. cum gl. in cle. 1. de dec. † Vlt. q̃ritur, nunquid iſti leprosi faciant collegium licitum, & religioſum? Inno. dicit, q ſic, & hanc dicit fuiſſe cãm ꝯcedendi hoc priuilegium. Hoſt. & Io. And. ſentiunt ꝺrium. Nã iſti non poſſunt dici religioſi; licet cõiter viuant; quia non profitentur tria ſubſtantialia regulę, & in hoc optime loquuntur, quia illi dñt ſtricte religioſi, q tria profitentur, de quibus in c. cum ad monaſterium, de ſtatu re. Ad hoc vide gl. in cle. 1. de ſen. exc. dixi ſuper rub. de reg. Et plus dicũt Io. And. & Hoſt. ſ. nullibi probari, q leprosi faciant collegium licitum. Nullus. n. tex. ſuper hoc diſponit. Iſte. n. tex. non dat eis iura collegii, ſed ex pietate concedit aliqua priuilegia. Puto poſſe ſuſtineri, q faciant collegium licitum & approbatum; nam ex quo habent mãm licite conueniendi in vnum, vt hic, ergo faciunt collegium, vt no. Inn. in c. cum ab eccleſiarum, de offi. ord. facit tex. in l. 1. ff. de colle. illi. Vbi plus probat ille tex. q pauperes fãciunt collegium licitum, & poſſunt ſimul conuenire pro ſuſtentatione vitæ eorum; tñ non poſſunt conuenire, niſi ſingulis menſibus, vt ibi, & clarius tenet Bar. in l. ſi. ff. eo. fortius ergo dicendum in iſtis leprosis, qui habent mãm licitam conueniendi ſimul, quaſi continue. Pro hoc facit tex. ibi, [Fuerint cõgregati.] Approbat ergo ius, eorum ꝯgregationẽ; ergo poſſunt facere collegiũ, et hẽre iura colle
7 gii. † An religioſus poſſit prẽſici iſtorũ hoſpitali, ſeu collegio. Fuit alias obtentum, q ſic, vt recitat Io. And. ſed tu melius diſtingue, prout hẽt gl. no. in cle. q a ꝺtingit, de reli. do. In gl. i. ibi, [Vel etiam pauciores.] Et vnus ſufficeret ſ. m Vin. & Tanere. Sed hoc ꝺſonat literæ, ſed litera habuit reſpectum, quia cõiter vnus leprosus non ſufficit ad conſtructionem, vel dotationem eccleſiæ. ſi enim reperiretur ſufficiens, permittendus eſſet, & intelligę, q cum licentia epi debeat eccleſia ędificari, de conſe. di. 1. c. nemo, facit c. paſtoralis, ℣. de priuile. & ſi epiſcopus non vellet conſentire, debet recurri ad ſuperiorem, ar. in c. nullus, de iure patro.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia poteſt ædificari intra parochiam ex cauſa, puta quando aliqui ſint nimis diſtantes ab eccleſia parochiali.*
2 *Ecc-eſia parochialis non debet conſtrui intra parochiam alterius eccleſiæ ſine cauſa, de qua. nu. 3.*
4 *Patroni poſſunt eſſe in eadem eccleſia.*
Ius patronatus quæritur in eccleſia per dotationem factam; licet unus minus dederit in dotem, quam alius.
Ius patronatus non quæritur ex non ſufficienti dotis conſtitutione, ad quam integram poteſt patronus compelli, ſi vult ius patronatus exercere.
5 *Fundans eccleſiam poteſt præciſe compelli ad eam dotandam.*
6 *Ius patronatus poteſt hẽre vna eccleſia in alia. Intellige, vt infra nu. 10. 11.*
7 *Eccleſia poteſt ex magna neceſſitate, de qua hic, conſtrui ſine dote.*
8 *Eccleſia etiam ſita intra parochiam alterius, nõ præſumitur ſubiecta, niſi ee cleſię cathedrali, & afferenti contrarium incumbit onus probandi.*
9 *Statutum dubium recipit interpretationem a communibus regulis iuris.*
10 *Dotans eccleſiam ex redditibus beneficij ſui, acquirit ius patronatus illi bene ficio, & non conſanguineis ſuis.*
11 *Patronus nõ poteſt reſeruare in fundatione eccleſiæ, vt ius inſtituendi præſentatum, pertineat ad inferiorem Epiſcopo.*
14 *Decimæ an debeãtur eccleſiæ Plebis, an capellis poſitis intra Plebanatum. Obuentiones iſtud verbum comprehẽdit omnes redditus cuiuſcunque qualitatis. 15.*

16 *Epiſcopatus an & quo caſu poſſint diuidi per Papam; vel eccleſia parochialis, videlicet parochia per Epiſcopum.*

CAP. III.

1 **Ad audientiam.** †Propter nimiam diſtantiam eccleſiæ poteſt noua eccleſia in ipſius parochia ędificari, & certa portio in antiqua ſibi deputari. Primo ponit facti narrationem. Secũdo prouiſionem ibi, [Quia igitur.] quę primo prouidet q̃n rector conſentit. Secundo, q̃n diſſentit ibi, Si vero.] Caſus li. Quædam villa tñ diſtãbat a parochiali eccleſia, q tpe hyemali, cum pluuiæ inundabãt, ſine magna difficultate ipſam eccleſiã adire non poterant, & diuinis officijs intereſſe. vnde dñs illius villæ petijt a dño papa, vt ibi poſſit eccleſiam cõſtruere, quã dotare volebat; & maior eccleſia abundabat, q nullum vel modicum præiudicium per hoc fieret eidem ſine obuentionibus villæ. Vnde mãdat papa dicę. Epo, quatenus, ſi eſt ita, eccleſiam ibi ædificet, & ſacerdotem ibi inſtituat ad præſentationẽ rectoris maioris eccleſiæ, cum conſenſu patroni, percepturũ obuentiones illius villæ, prouideat tñ, vt competens in ea honor ſ. m facultates illius loci, eccleſiæ matrici ſeruetur. quod quidem fieri poteſt, ſi dñs ciuſdem villę 20. agros terræ illi eccleſię aſſignare velit. Si autẽ rector matricis eccleſię opus illud voluerit impedire,
2 nihilominus opus fieri faciat, & presbyterum inſtituit. B. † No. i. q rℓr eccleſia parochialis non debet cõſtrui intra parochiam alterius. Nam ſi hoc permitteretur hic ex cã, regula eſt in ꝺrium, nulla cã ſubſiſtente, pro hoc c. præſenti. §. loca. de præb. lib. 6. Non enim dẽt ſine cã parochia eccleſiæ diuidi, ſic intellige gl. no. 99. diſt. in c. nulli, eſt enim iſta alienatio iurium eccleſiæ, quæ ſine cã fieri non
3 debet, vt in c. 1. de reb. eccl. non alie. lib. 6. † Secũdo no. vnam cãm licitam diuidendi parochiam antiquam, & conſtruendi nouã ecclesiam; q̃n. ſ. parochia antiquæ eccleſiæ eſt adeo ampla, q tpe diſcriminoſo populus non poteſt debitis horis, ad diuina cõſluere.
4 † Tertio no. q ex conſtructione vnius eccleſiæ, plures poſſunt eſſi patroni. Nã, vt hic vides, antiqua eccleſia efficit patrona ipſius capellæ, quia ſibi donauit obuentiones ſpirituales illius villæ. Item dñs villæ efficit patronus. q a poſuit fundũ, & dedit reſiduũ dotis, & p hoc vide bo. gl. 16. q. 7. c piæ mẽtis. per Doc. in c. i. de iure patr. Et vide gl. no. 63. di. in ſumma, q̃ dicit, q licet fundatores eccleſię, æqualiter non ꝺtribuerint ad dotationẽ ipſius; tñ oẽs efficiunt pa
a troni; & ita eſt patronus ille, qui dedit modicũ, ſicut ille, qui dedit multũ. Illã tñ gl. limita, q̃n in donatione oũm eccleſia hẽt compe tentẽ dotẽ. Si vero non ꝓſequit dotẽ integram, & ſufficientẽ, nõ ad: piſcit ius patr. ad hoc vide gl. ſing. quã tenebis ſp menti, in c. q-cunq;. il 2. 16. q. 7. Et ex hoc hẽs vnum remediũ cõpellendi ædificatorẽ ad dationẽ ſufficientẽ dotis, vt admittat, volens exercere
5 ius patr. † Do & aliud remediũ, vt directe compellat ad ſufficiẽter
b dotandũ, q ſtruxit eccleſiam, vel capellã, b q a ex ꝺſtructione, taci te ſe ad hoc obliguit. ad hoc tex. no. in c. cũ ſicut, de ꝺſe. eccl. vel
6 alt. & vide quod ibi dixi. † Item no. ex hoc, & ex tex. q quemadmodũ laicus acquirit iuſpa. ædificando, vel dotando eccleſiã, ita & eccleſia acqrit iuſpa. in eccleſia quã ſuis ſũptib. ædificauit, & de hoc ℣. larius. Item no. ibi, [Pro facultate loci,] q capella ędificata intra parochiã antiquæ eccleſiæ, debet pro ipſius facultate, aliquẽ honorem tribuere ipſi eccleſiæ matrici puta cẽſum annuũ, vel aliq d
7 ſimile, & de hoc ℣. † In gl. 2. in fi. vult ergo gl. capellam non eſſe ędificandã, ſi ex ſubtractione redditũ illius villæ non valet ſacerdos antiquæ eccleſiæ congrue ſuſtentari. Hoſt. dicit hanc gl. eſſe corrigendã, q a ſi imminet periculũ aĩarũ, dẽt epus, puidere, & huic neceſſitati adhibebit hoc remediũ. Nam compellet prius populum ad ſub ueniendũ ꝓsbytero capellæ, & ſi populus non ſufficit, compellet abbatẽ, & ꝓpoſitũ, cui capella eſt ſubiecta. Iſtis deficientib. Epus puidebit de ſuo, ar. in c. ſi. ℣. eo. & ſi nõ poteſt, vltimũ refugiũ erit, vt ſacerdos inſtituendus in capella, q̃rat ſibi victũ manib⁹, & indu-

ADDITIONES.

2 Anto. Franc. ¶Patroni. Quando ſunt plures patroni vltra duos, ius patronatus eſt apud vnumquemque inſolidum, & ideo debent præſentare, vt collegium, alias non valet præſentatio, quia tunc attenditur maior pars patronorum, ut p d. Abb. in c. 3. de iure pa. Et ideo dicimus, q ius patronatus eſt apud quemlibet hæredem inſolidum, etiam ſi ſint heredes ex imparib. partibus, ut eſt gl. & ibi ẽt per And. Sic. in c. 1. de iurepa. & per eum in c. querimonia, eo. ti Et adde, q ſi diſcordantibus patronis in præſentatione eccleſia caret adminiſtratore, & ceſſatur a diuinis, tolluntur reliquiæ, & eccleſia clauditur ſi aliter ſine ſcandalo prouideri nõ poteſt, vt ple. no. Doc. in c. 1. & c. 3. de iupat. Et uide per d. Abb. in c. com autem, de iurepa. ubi dr, q unus, de pluribus præſentatis, ẽt a diuerſis patronis, qui eſt magis idoneus, debet per eũm inſtitui in beneficium, alias põt appellari ab epo non inſtituente, per d. Abb. in c. paſto. in 1. no. de iurepa. Et adde, q ſi pũtatio ſpectat ad monaſterium, illa dẽt fieri per Abbatem, & capitulum, & non per Abbatem ſolũ, c. nouit, & c. quanto, de his quæ fiunt a pl. ſine conſen. Capi & in dubio præſumitur ſic fuiſſe facta preſentatio, vt in c. ea noſcitur, de iurepa. & hr per do. Card. in cle. 1. in §. Abbates, in 1. op. de exce. præl. An aũt præſentatio poſſit fieri a patrono etiam clerico alternatiue, uide gl. in clem. fi. de iurepa. ad fi.

b Seb. Sap. ¶Vel capellam. Hoc non procedit, quando quis fundaret capellam in eccleſia, ut no. Io. de Ana. in conſi. 23. inc. primo videtur, quem refert Fel, in c. ex parte 5. col. poſt medium, ſupra de reſcr.

induſtria, ar. 91. diſt. c. clericus victũ. Na pp penuriã dotis nõ dẽt epus pati periculũ aĩarũ, puta ſi pp lõgã diſtantiã ſæpe decederẽt hoĩes ſine ſacris, & hoc dictũ no. ſingulariter. Ex quo colligę, q vbi de neceſſitate eccleſia eſt ędificãda ſeu ꝓſtruenda, põt ꝓſtrui ſine dote, ex quo non reperiſ modus ipſam dotandi. Sic limito cnemo, de ꝓſe. di. 1. q̃ dicit ſine dote eccleſiã non eſſe ædificandã. do. Ant. dicit gl. poſſe ſuſtineri, vt eccleſiæ ædificentẽ, ſed non cũ tanto ꝓiudicio antiquæ eccleſiæ. Dico, q gl. habuit intellꝛn, quẽ ſentit Hoſt. & optime loquit relata ad tex. nec meret reprehẽſionẽ Hoſ. q a papa mandat hic capellã ædificari ſub ꝓdõne, ſi ꝑter redditus villæ, põt miniſter antiquę eccleſiæ ꝓgrue ſuſtẽtari; ergo ſi nõ põt, ceſſat mãdatũ Papę. Sed ſi q̃rat de iure qd fiẽdũ. dicerẽ aiſtinguẽdũ, q aut nõ eſt magna neceſſitas, ſed aliqualis incõmoditas; & tunc hẽt locũ q dicit iſta gl. vt non ædificet. ex quo non põt hr̃e ſufficiẽtẽ dotẽ, & ita logꝛ iſta litera. Aut ſubeſt magna neceſſitas, vt q a populus decedit ſæpe ſine ſacris, & tunc
8 ſeruia dictũ Hoſt. † In gl. ibi, [Quia ille eſt ei ſubiectus.] Aduerte, qa hæc rõ eſt falſa, & nullo iure probatur; imõ iſte tex. probat ꝺrium Nam reſeruando antiquę eccleſię patronatũ, & cõpetẽtẽ honorẽ, p facultate loci, vℓ in cæteris illã capellã eripere a ptate rectoris antiquæ eccleſię. Itẽ nulla eccleſia citra cathedralẽ fundat intentũ ſiũ de iure cõi ſiꝑ ſubiectione alterius eccleſiæ, ẽt ſi ſit fundata in parochia ſua: vñ eccleſia volens ſibi vendicare ius in alia eccleſia, tñ obtinebit, quantũ, p habit ex iure ſpãli ſibi cõ petere. ad hoc tex. & cõis theorica ℣. dilectus, de cap. mona. Dic ergo, q pñtatio eccleſię dẽt fieri p miniſtrũ antiquę eccleſiæ, qa
9 ad eũ pertinet patronatus illius capellæ ex rõnib. ſuperius dictis. † Et in fi. gl. hanc vltimam ſolutionẽ ſequit Inn. & Hoſt. & cõiter Doct. & mihi ſatis placet, vt ſic iſte tex. loquẽs p verba dubia recipiat declarõnẽ a cõib. regulis iuris. arg. in c. cũ expediat, de ele. li.
b 6 & in l. vnica, ff. de inof. do. & in l. ſi ſeruus pluriũ, in fi. de lega. 1. † Et ex his, & hac gl. & ex ſupradictis hẽs, q eccleſia acqrit patronatũ in eccleſia fundata intra parochiã ſuã. Nunquid aũt hoc ſit verũ indiſtincte. Inn. in c. venerabilis, de excep. ſentit. q ſic; & ſic refert & tenet Io. And. in c. ide cap. mo. li 6. Sed tu aduerte, qa nõ eſt aliqs tex. in iure, q loquat de hac mã ꝑter iſtum; & ſuper iſto poteſt fundari opi. Doc. Sed iſte tex. non probat hoc ſimpliciter ſed loquitur, q̃n eccleſia antiqua contulit de ſuo eccleſiæ nouiter ſtructæ. Si aũt eccleſia antiqua nil de ſuo ꝓtuliſſet, nullo iure probat, q efficiatur patrona, & ideo reſtringe dicta Doct. ſ. m iſtũ tex. ſic intellectum. Et q aliter non acquirat patronatũ, addu
a co in ar. §. c. prox. vbi non ſeruatur patron. antiquæ eccleſiæ, q̃ nihil de ſuo ꝓtulit. Item patronatus acquirit altero de trib. modis, ꝓſtructione, fundatione, aut dotatione, vt no. gl. 16. q. 7. c. piæ mẽtis. Sed ex ædificatione intra limites parochiæ duntaxat, eccleſia antiqua non ponit fundũ; quia non hẽt proprietatẽ illius loci, neq; dotem, neq; ſumptus ad ꝓſtructionem; ergo non acquirit
2 patronatũ, & facit c. q̃n. de iurepat. † Sed dubitaſ de qõne, quam hactenus non reperi tactam, quid ſi capella ædificat intra eccleſiã p aliquẽ laicũ; & p eũ dotat, nunqd q̃rat eccleſia patronatũ in illa capella, vt ſic in pñtatione ocurrat cũ laico ꝓſtructore & dotatore? Ego ſp tenui, q ſic, quia non põt negari quin eccleſia antiqua ponat fundũ, & ex fundatione acquirit ius pat. vt no. in d. c. piæ mentis. Vnde ſicut eccleſia acquirit his ius patr. quia ꝓtu lit obuentiones illius villę, ita eccleſia illa debet obtinere patronatum, quia contulit fundum, & hoc bene notabis, quia in mul
10 tis locis pp inadvertentiam non ſeruatur. † Item adde ad p dicta tex. no. in fi. iunc. gl. 12. q. 2. c. Apoſtolicos, q ſi rector alicuius ecclesiæ conſtruxit capellam ex redditibus alicuius eccleſiæ, non acquiritur ſibi & conſanguineis ſuis, ſed eccleſiæ. Et ex hoc credo peccare illos clericos, qui cum redditibus eccleſiæ ædificant capellas, eas attribuentes patrimonio, & vendicantes ſibi vt priuato ius patro. Nã vſurpant bona eccleſiæ. Et ex illo tex. potes inſtrui, quid fiẽdũ de eccleſia, quã de facto ꝓlatus alicuius ec cleſiæ, de redditib. ꝓlaturæ ꝓſtruxit. Itẽ adde gl. no. q nõ ſoleat alle
c gari in c. eã te, de æta. & quidã, quæ dicit, q eccleſia põt ſibi ædificare aliã eccleſiã intra limites ſuæ parochiæ, & illi deſeruire per Capellanum ſuum. Dicit tñ ibi Vinc. hoc verum, ſi eccleſia conſtruenda eſt vicina eccleſiæ antiquæ; alias deberet ibi ponere p
3 penuum vicariũ. Illa tñ gl. iudicio meo, nullo iure probatur. † Et vide Inn. in c. Lãter. in fi. de pręb. vbi dicit abbatem non poſſe ꝓſtruere eccleſiam, vt eam teneat gratia monaſterij, vel p monaſterio: q a non põt ædificando ꝓiudicare iurib. epi. Ad hoc. 10. q. 1. in c. 2. & in c. nouerint. ſatis eſt ergo. quod ędificans hẽat ius pa
4 tronatus, & tenebis menti iſtud dictũ Inn. q patronus non põt ſtatuere, vt ius ꝓfirmandi pertineat ad inferiorẽ prælatum Epo,
5 niſi Epus ꝓſentiret, ad hoc c. cũ dilectus, de ꝓſuetu. † In gl. in ver. [Obuentiones,] in fi. in illo c. cum inter. dr̃ qđ appellatione obla
d tionum veniunt, ergo fortius appellatione obuentionũ, & hoc ꝓiũ glo. non ſoluit. Et aduerte, qa ex deciſione gl. huius ſoluit q. quotidiana, & difficilis, nunqd decimę dẽanẽ eccleſiæ Plebis, an capellis ꝓſtructis ℣. plebanatũ, quã q̃nẽ plene examinat Io. And. in addi. Spe. in ti. de deci. & ibi poſt multa ꝓcludit, q ceſſante cõſuetudine, vel deputatione ſpecialiter facta, dẽntur plebi, & non capellis, quod intelligit de decimis ꝺialibus, ſed pſonales dẽnt capellis Ioã. Cald. tenet, q ſi capellę eſt deputata certa pţiona, q tunc dẽntur oẽs decimæ capellæ. per iſtum tex. qa oẽs illius villę tribuunt obuentiones capellæ, ſecus aũt vbi capellæ nõ deputarent certæ parochiæ; & hoc dictũ ſequuntur Doct. Mod. in c. cũ ꝓtingat, ſ. de deci. & dic, vt ibi plene dixi; & ſm hanc opi. alias in q. facti ꝓtuli; & põt allegari vna ratio inconuincibilis. De iure cõi eccleſiæ redditus ſpirituales prouenientes ex ꝺdis ſitis intra parochiã alicuius, cedũt illi eccleſiæ, vt in c. paſtoralis. ſ. de his, q fi. a prælergo & decimæ prouenientes ex prædiis ſitis in parochia capellę. dẽnt cedere ipſi capellę. Et non cauillando literã, de hoc vℓ caſus in c. ad decimas, de refu. ſpol. lib. 6. & optime probat hic.
15 †Nã verbum obuentiones. eſt verbum multũ generale comprehendens oẽs redditus, q cuiuſcunq; qualitatis ſint. ar. in c. ex trãſ-
a miſſa, de renun. & in d. c. cum inter. † Secundo principaliter pondera gl. in eo, q dicit Epm b nõ poſſe ẽre ex cã diuidere parochiã,
16 b inuito rectore eccleſiæ matricis. ꝺrium aperte tenet gl. in c. nulli. 99. di. Sed gl. di. 1. c. 1. quæ ſp eſt notanda, diſtinguendo vℓ ponere veritatẽ. Dicit enim q vbi ſubeſt iuſta cã põt Epus ẽre inuito rectore, ar. opt. in c. i. de reb. ecc. non alie. lib. 6. & in c. ſicut vnire, de excel. pl. & vide gl. in c. 9. ſtitutus, de re. dom. Sed ſi non ſubeſt cã, hoc facere non poteſt, ad hoc iura ſuperius alle. & idem dicit ibi gl. in papa volẽte diuidere Epatum. In gl. in ver. [Honor] ibi, [Vt aliquid annuatim.] Et pro hoc intellectu gl. facit iſte tex. in ver. p facultate loci. Lau. hic dicit, q non eſt in iure expreſſum, q dẽat capella eccleſiæ matrici; & bene dicit, ad hoc c. dilectus, de cap. mo. & quod ibi dixi. Inn. dicit, quod hẽbit ius ꝓſuetudinarum illius loci, & ſeruabitur cõſuetudo alia rum capellarum in hac capella nouiter conſtruenda. facit d. c. cum olim, de cõſue. Hoſt. dicit, q in plebibus, & eccleſiis parochialibus eſt a iure tributũ, vt habeant curã ſuper oẽs alios clericos, & laicos habitantes intra parochiã. Et p hoc, vt dictũ eſt, vℓ hic Do. Ant. diſtinguere, q aut capella ſundata inter parochiã non eſt curata, & tunc tã clerici, q̃ laici ibi habitãtes, dẽnt pro ſacris recurrere ad eccleſiã parochialem, & hoc dictum vℓ veriſſimum. Nam & clerici non hẽntes curam ſubiacent illi eccleſiæ, vbi habitant, de conſe. di. 1. c. & attendendũ & c. alia. 16. qõ. 1. & quod no. in d. c. dilectus. Si vero capella hẽt parochiã. tunc clerici capellę debẽt recurrere ad eccleſiam parochialem. No. hoc dictum, q̃q̃ mihi hoc non videaẽ verum, & primo concludo caſum indubitabilem. cum ſunt ibi clerici inferiores citra rectorem. Nã ipſi debent hẽre recurſum ad ipſum rectorem, ex quo ſunt in parochia ſua; imõ credo, q teneantur recurrere ad Epm, quia oẽs rectores eccleſiarum parochialium debent recurrere ad Epm in confeſſionibus, vel ad Archipresbyterũ eccleſię cathedralis, qui in iſtis tenet locũ Epi, vt eſt caſus notabilis in c. officium, de offi. Archipreſ. pro hoc facit tex. Nã non reſeruat hoc ius eccleſiæ matrici, ſed tantum mã dat honorem competentẽ ſibi reſeruari ſ. m facultatem capellę. Non ob. c fi. de offi. Archipreſ. quia loquitur de Archipresbytero rurali, nec videtur habere ibi curam circa particulares clericos, ſed ſolum, vt inquirat mores, & referat Epiſcopo.

ADDITIONES.

a Zach. ¶Bal. in c. 1. col. pen. in ti. de cap. qui curiam vendidit, in vſib. feu.
b Seb. Sap. Epm. Vide Fel. in c. cũ venerabilis, ſup. de exce. & aliquid iu c. ex parte, V. in pr. n. ſup. de reſcr. & Doct. in c. auaritiæ, ſupra de præben.

SVMMARIVM.

1 *Rectores eccleſiarum poſſunt compelli ad reparationem eccleſiarum de redditibus beneficij, qui ſup rſunt. 2. & vbi opus eſt de nouo facere. 3. non autem tenentur de redditibus patrimonialibus.*
2 *Clerici tenentur alere pauperes de fructibus, qui eis ſuperabundant.*
5 *Clerici expendentes aliquid de patrimonialibus, pro reparatione eccleſiæ, poſſunt repetere, niſi dederint animo donandi.*

CAP. IIII.

1 **De his.** †Breue eſt, & põt ſic ſummari. Rectores eccleſiarũ poſſunt cõpelli, vt de redditib. q ſuperſunt, teneantur ꝓferre ad ꝓſtructionẽ, ſeu reparõnẽ eccleſiæ. h. d. Caſus lit. Dum ſupplicaret a q buſdã clericis parochiales eccleſias hẽntib. vt ſub ueniret eccleſiæ in reparõne ſua, hoc facere negabãt. Super hoc ꝓſultus papa rñdet, q hi, q eccleſias parochiales hẽnt ad reparõnẽ, & inſtitutionẽ eccleſiarum ſunt cogendi, cũ opus fuerit, de bonis, q̃ ſunt ipſius eccleſiæ, ſi ſuperſunt, conferre, vt
2 eorum exemplo cęteri inuitentur. B. † No. i. q rectores eccleſiarum non tenentẽ ſe priuare neceſſariis, vt redditus quertãt in piã cãm. Quod ergo dr̃, q quicquid habent clerici, eſt pauperum. 16. qõ. 1. c. fi. dẽr intelligi de eis, q̃ ſibi ſuperſunt, qa ordinata elee moſyna, ſeu charitas incipit a ſe, vt in c. non ſatis. 86. di. & de pę. diſt. 3. c. qui vult, facit 23. q. 5. c. ſi non licet. Et no. iſtũ tex. ꝑpetuo, qa neſcio alibi, q ſacerdos non teneatur ad reparationẽ eccleſiæ ſuæ, niſi quaten⁹ ei ſupereſt, detractis neceſſarijs. Qui aũt tũc teneant ad reparationẽ, dic, vt dixi ſ. in c. ivbi latius explicaui hãc
3 mãm. Quæro, quid intendit litera, ibi: [Inſtitutionem.] dic ſ q litera reperitur duplex, vna hẽt inſtructionem, alia, inſtitutionẽ; & ſecundum hanc vltimam colligebat hic Inn. q clerici nedum cõpellunt reficere, ſed ẽt de nouo, vbi eſt opus, facere. Sed aduer

Universidad de Deusto
Biblioteca

te. licet n. iste rex loquatur de habentibus ecclesias parochiales, idē dic de habētibus alias ecclesias, vel inferiora bñficia; quia oēs tenent ꝓtribuere, ſm facultatem reddituū beneficiorū, vt in c. 1. & qđ ibi dixi ſ. eo. Ad p̄dicta facit c. pastor. ſ. de his, quæ fi. a præla.

4 & intelligē istum tex. ſm p̄dicta. † In gl. 1. in fi. plus dicit Inn. q̄ ſi non ſufficit portio aſſignata pro fabrica, tenentur clerici de p̄prio impartiri, all. 12. q. 3. c. pontifices. Et Doct. ſeq. allegant hoc dictum Inn. q̄ clerici hoc caſu tenentur cōferre de patrimonialibus. Sed iudicio meo illa non fuit mens Inno. quia capitulum, qđ allegat, hoc non p̄bat. Vnde intelligo Inno. q̄ tenentur cōferre de proprio, i. de parte eis relicta de redditibus ecclesiæ, detracta portione pro fabrica. Nā de redditibus patrimonialibus cle-

5 ric⁹ ꝑt facere ad libitū. 12. q. 1. c. tint manifeſte. † Quinimo, ſi aliq̄d expēdit de patrimonio ſuo, ad vtilitatē eccleſiæ, p̄t illud repetere, niſi fecerit animo donādi. 12. q. 4. c. cuicūq;, quod tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſecularis poteſt conferri, & reparari ad ſtatum regularem, ſine tamē p̄iudicio clericorum. 6. ſed non econtra, niſi in defectum regularium. 2.*
Priuilegium non confertur rei, quæ adhuc non eſt, intellige, vt infra, nu. 4. 5.
3 *Clerici non poſſunt mutare ſtatum eccleſiæ ſine licentia Epiſcopi.*
5 *Donatio non poteſt fieri perſonæ, vel eccleſiæ, quæ nō eſt, legatum uero ſecus.*

CAP. V.

1 **Ad audientiam.** †Secularis eccleſia, ſine p̄iudicio clericorū, ad ſtatum regulatē p̄t reparari, & collegio rei, q̄ nondū eſt, priuilegiū non confertur. Diuiditur in duas partes. Scđa ibi, [Licet.] Caſus lit. Quidam canonicus eccleſiæ ſecularis, vocatus fuit in Ep̄m eccleſiæ alterius Ep̄atus, deſiderabat in eccleſia illa, de qua fuerat aſſumptus, inſtituere canonicos regulares; petit a Dom. Papa, vt hoc ei liceat. Indulget ei Papa, vt hoc facere poſsit, ſi Ep̄s diœceſanus in hoc ſibi conſentiat. ita tñ, q̄ clericis, qui ſunt ibi, dum vixerint, vel alibi, ne ceſſaria miniſtrentur. Itē petiit a Papa, vt faceret priuilegium cōfirmationis, canonicis ibidē inſtituēdis. In hoc Papa ipſum exaudire nō p̄t, cum nulli canonici adhuc ibi ſint, quibus priuilegiū

2 ꝑcedatur. B. † No. 1. q̄ eccleſia ſecularis licite reducitur ad ſtatū regularem, vt hic, & melius. 7. q. 2. in cap. antep. Contra vero fieri non poteſt, niſi in defectum regularium, vt in c. relatū ſ. ne cler. vel mo. in c. inter quatuor, de re. dom. & ſic quantū ad hoc magis deferetur regularibus, quam ſecularibus clericis, & fit hoc fa-

3 uore ꝓtemptationis & religionis. No. ſecundo, † q̄ ſine licentia Ep̄i non poſſunt clerici inferiores mutare ſtatum eccleſiæ, facit c. cū dilectus, ſ. qđ me. cau. & qđ ibi dixi nō. No. 3. q̄ ſi alterā ſtatus eccleſiæ, nō tenent clerici ſeculares ibi exiſtētes, mutare ſtatū; nec

4 debēt neceſſarijs priuari in vita eorū. † Vit. no. q̄ rei, q̄ nōdū eſt, priuilegiū ꝓferri nō p̄t; & ſic nō p̄t donari priuilegium eccleſiæ ꝓſtruendæ. Intellige, vt valeat ex tūc, ſed bene poſtq̄ fuerit eccleſia ꝓſtructa, ſic intellige iſtū tex. facit quod no. in glo. fi. ſentit hic Io. And & clarius Bar. in l. ſeruos ad cuſtodiā, ff. de alimen. &

5 cibaria legā. † Sed q̄ro nunq̄d poſsit donari eccleſiæ, quæ nondum eſt? Dic, q̄ non, vt eſt tex. no. quem tenebis mēti, in c. Abbate ſane, de reiudi. li. 6. ſecus dic in legato. Nā eccleſiæ ꝓſtruendæ p̄t

a legari.[a] & ēt hęres inſtitui, vt poſthumus, vt in d. l. ſeruos ad cuſtodiā. Rō diuerſitatis eſt, qa donatio, cū ſit quidā ꝓctus, requirit per ſonā, cui acquiratur obligatio, ſeu ipſa res, vt in c. ſi tibi abſenti, de p̄b. li. 6. qui tex. bene facit in hac mā, & in l. abſenti, ff. de dona. & in l. qui abſenti. ff. de acq. poſſ. ſed legatū non requirit p̄ſentiam p

b ſonę, vt in c. cum pater. §. ſiurdo, de leg. 2. & hanc rōnē ponit Bar to.[b] in d. l. ſeruos, & eam tene menti. † In gl. 1. in fi. ex hac glo. colli-

6 ge duos effectus iſtius priuilegii. Primus, qa Ep̄s facilius inducere tur ad conſentiendū. Secundus, qa clericis illius eccleſiæ inuitis, hoc facere poterit ep̄s, vbi alias non potuiſſet eis inuitis. No. hoc dictū. Sed contrariū tenet gl. in c. antepen. 12. q. 2. ſed ad cōcordiā reducūtur, vt ibi, & hoc no. Quod ait ſubeſt cauſa, & poterit Ep̄s clericis inuitis, vt puta: quia clerici ſeculares inhoneſte ibi viuūt, & hoc caſu ꝑcedat illa glo. Aut Ep̄s vult hoc facere ex cauſa voluntaria, & tunc procederet iſta glo. & intelligo, q̄ñ hoc vult facere ex cauſa voluntaria in vita illorū clericorū: ſed ſi vult facere ſine præiudicio illorum clericorum, vt ſic alteratio ſtatus habeat effectum poſt mortem clericorum, credo, q̄ hoc poterit facere, etiam inuitis clericis. Ad hoc cap. conſultationibus, de dona. & cle. 2. de rebus eccle. non alie. & hoc ſecundo modo ſaluo gl. illius c. antepe. & tene menti hanc poteſtatem traditam Ep̄o. Tertius effectus huius priuilegij ſm Io. And. q̄ iſte, cui conceditur, erit principalis author in ordinatione eccleſiæ. ceſſante vero priuilegio, hoc pertinet ad Ep̄m loci. hic autem Ep̄s habet conſentire tantum iſti priuilegio, & aliud eſt p̄ſtare aſſenſum, & aliud vt principalis diſponere, vt in c. vnico, ne ſede vac. li. 6. Quartus effectus; qa virtute huius priuilegij nō requirit conſenſus capituli, vbi alias non poſſet Ep̄s facere hoc ſine capitulo, ut in d. c. antepe.

ADDITIONES.

a Zachar. ¶ Poteſt legari. Adde Bal. in l. qui filiabus, in prin. ff. de lega. 1. Alex. in l. damnū. §. ſi is qui ædes. in addit. ad Bar. ff. de dam. infecto.

b ¶ Et idem Bar. conſi. 35. inc. in nomine Domini amen. Teſtator in teſtamento diſponit, &c. uide D. Alex. Imo. in d. l. ſeruos. in addit. ad Bar. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi iurant non alienare vllo modo res eccleſiæ, Romano Pontifice incōſulto, quod iuramentū extenditur etiam ad licitam alienationem. 6. & non poteſt cum conſenſu legati de latere contra tale iuramentum venire. 10.*
2 *Eccleſia non poteſt ædificari intra parochiam alterius eccleſiæ, ſine magna cauſa, de qua hic.*
3 *Iuramentum de non alienando, intelligitur de alienatione illicita. 5.*
Vtilitas, & neceſſitas aliquando æquiparantur.
4 *Iuramentum operatur vim clauſulæ, Si non valet, quod ago, vt ago, &c.*
Iuramentum debet intelligi, vt aliquid operetur.
5 *Iurans permanere in aliquo loco, poteſt iuramento non obſtante, ſe abſentare ex neceſſitate, uel vtilitate illius loci.*
7 *Conſilium alicuius, ſi requiritur in aliqua re, non poteſt illa res expediri cōſilio prius non petito, niſi immineret maxima neceſſitas & celeritas. 8.*
8 *Licentia debet præcedere actum, qui ſine ea non poteſt expediri.*
Neceſſitas facit ceſſare iuris ſolennitates.
9 *Iuramentum de non alienando, non extenditur ad alienationem modicæ rei.*
Idem credo in prohibito alienare.
10 *Legatus de latere nō p̄t diſponere circa ea, q̄ ſibi ſp̄aliter Papa reſeruauit.*
Legatus de latere concurrit cum quolibet prælato prouinciæ ſuæ: non autem cum alio, niſi quoad bona poſita in ſua prouincia.
Legatus de latere remittit iuramentum præſtitum inferiori prælato, qui ſit de prouincia ſua; alias ſecus.
11 *Iurans non alienare, vel pignorare bona eccleſiæ ſuæ, poteſt fructus poſſeſſionum vendere vſque ad 20. annos.*
12 *Alienare prohibitus, non poteſt ad centum annos locare.*
Prohibitus uendere, an poſſit pignorare, prohibitus emere, an poſſit rem pignori capere, vide remiſſiue.
13 *Alienare prohibitus, non poteſt nec directe, nec indirecte alienare.*
14 *Epiſcopus fundans aliquam eccleſiam de nouo, tenetur illam dotare: dum modo ex hoc eccleſia ſua nimium non grauetur.*
15 *Iuramentum, quod præſtant prælati de non alienando bona eccleſiæ, an extēdatur ad bona omnium eccleſiarum ſuæ diœceſis.*
Iuramentum debet ſtrictē intelligi.

CAP. VI.

Tua nos. Non obſtan. iuſo de reb. eccle. nō alie. p̄t Ep̄s pp indigētiā, nouam eccleſiā ædificare h. d. Prima pars ponit dubiū. Epiſ. quod ſcđo tollit ibi, [Fraternitati.] Et hinc vſque ad fi. p̄ſequitur p modū lecturæ, qa nō in ſcholis, ſed in camera cōpoſui. Caſus li. Quidā Ep̄s iurauit, q̄ bona eccleſiæ nō alienaret. poſtmodū qdā habitatores ſui ep̄atus nō habentes eccleſias, vel oratoria, in qb⁹ poſſent audire diuina, petebāt ab Ep̄o oratoria in illis locis erigere. in qbus diuina officia poſſent audire. Ep̄s occaſione iuri p̄dicti, dubitauit eccleſias ibi erigere, ne p̄-

1 textu nouarū eccleſiarū, eccleſia ſua detrimētū incurreret. qa re p̄ſiluit Papā, & ipſe mādat eidē, quatenus occaſione illius iuramēti nō dimittat qn populo indigēti ſup eccleſi⁹ ꝓſtruendis debeat p̄uidere. B. No. 1. q̄ Ep̄s iurat nō alienare bona eccleſiæ, q̄nque iurat non alienare bona menſæ ſuæ. q̄nque iurat non infeudare de nouo, vt in c. 3. de feu. hodie vero p̄ſtant prælati iurm magis generale. Iurāt enim non alienare Rom. Pont. inconſulto, quod iurm ipſo facto præſtant etiam non exēpti, ſi confirmationem, conſecrationem, vel pallium a Papa non recipiunt, & qđ

2 importet iſtud iuramentum, infra ſubijiciam. † No. 2. Epiſcopum teneri ad conſtructionem nouæ eccleſiæ propter indigentiam populi, vt puta, quia eccleſia parochialis multum diſtat, ita q̄ ſine magna difficultate nō p̄t populus ꝑcurrere ibidē pro diuinis, faciat c. ſ. proxi. Et p̄t ob hoc aliq̄d detrahere eccleſiæ antiquæ, & tribuere nouæ, vt hic, & in c. ꝑced. Ceſſante aūt neceſſitatis cauſa, non debet eccleſia ædificari cū præiudicio alterius. 25. q. 1. c. eccleſiæ, & c. quicunque. & vtrobique per glo. facit c. 1. de no. operun. No. 3. q̄ largo ſumpto vocabulo eccleſia, oratoriū, & baſilica ſumunt æquoce. nā idē appellant hic, & in diuerſis locis, oratoriū, baſilica, & eccleſia. Proprie aūt vnumquodque iſtorum p ſe ſumēdo differunt. Oratorium eſt proprie locus ad orādū, q̄d quiſque in domo ſua ædificare poteſt; nec ſine licentia Ep̄i p̄t ibi celebrari, de ꝑſecratio. diſt. 1. c. vnicuique, cū duobus ſequen. & vide, quod leg. & no. in c. patētibus, de priuil. & in c. fi. de cenſi. in

3 c. inter dilectos, de dona. & vtrobique per Inno. Baſilica proprie eſt eccleſia nō ꝑſecrata, ad hoc vide bo. tex. iuncta gl. in c. 1. de re. do. & qđ dixi ſup rub. de ꝑſec ecc. vel alt. ſumunt tñ iſta ſæpe æquoce, vt ſ. dixi, & p̄bat hic, & in c. pe. de immu. eccle. cū ſi. † No. vlt. & tene mēti, q̄ iurm ſimpliciter præſtitum de rebus eccle. nō

a alie. reſtringitur ad alienationē illicitam,[a] non autē ad neceſſariā. Et eadē rōne puto idē in alienatione, q̄ fit ad vtilitatem eccleſiæ. Nā neceſſitas, & vtilitas in hoc ęq parant a iure. 12. q. 2. c. ſine exceptiōe, & qđ no. ī gl. in ſum. facit qđ in ſiſi no. Inn. ī c. cū oēs, de

4 conſti. † Et ex hoc, & ex tex. arguo, q̄ iurm p̄ſtitū in materia iuris, reſtringitur

ADDITIO.

a Seb Sap. ¶ Illicitam. Idem tenet D. Abb. in c. vt ſuper, ſupra de rebus eccleſi. non alie. Ad quod vide, quæ dicunt Io. And. Do. Ant. & Imo. in c. extirpandi. §. quia vero, ſupra de præben.

reſtringiſ ad limites iuris, vt ſic recipiat limitationes, & reſtrictiones iuris, ad hoc tex. opt. in l. fi. C. de p̄di. inde. & in l. fi. ff. q̄ ſat. co. g. & vide qđ no. Inn. in c. p tuas, de arb. Item ꝓiū facit, qa iurm dēt aliq̄d operari, hoc eſt, q̄ hēat vim clauſulæ, Si non valet, qđ ago, vt ago, valeat vt valere p̄t. l. cum p̄, §. filius matrē. ff. de leg. 2. & in c. ad veſtram, 3. de iureiu. p Bar. in l. ſi qs pro eo, ff. de fideiuſ. & in l. ſciendū, ff. de ver. obl. P̄t tñ dici, q̄ primū procedat, qñ iurm poteſt per ſe operari. nam adducit vinculum, & ligat ſtrictius ipſum iurantem, vt non ꝓueniat; & q̄ñq; accumulat forum foro, vt in c. fi. de fo. comp. li. 6. & vide ad oīa p̄dicta bo. tex. in c. ex par

5 te tua, de cle. non reſid. † Vbi iurans reſidere in eccleſia, p̄t iuſo non ob. ſe abſentare, p neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ; & iurm per ſe nihil; aut parum operatur; & tunc hēt vim illius clauſulæ,

6 Si non valet, q̄ ago, &c. & hoc no. † Sed quæro, an idē ſit dicēdū hodie in illo iuſo de non alienādo, Roma. Pont. inconſulto? Io. And. hic, q̄ non: qa hoc iurm ex vi verborum, dēt intelligi. ēt de licita alienatione, ſeu ſit iuratū Papæ, ſiue inferiori p̄lato. Vī enī Papa, vel inferior, tale iurm recipiēdo a ſubiecto, voluiſſe obuiare, ne quid indiſcrete agatur, & prouidere eccleſiis, ēt in licitis

7 alienationibus. nam de illicita alienatione nō poteſt intelligi: qa illa etiam de ſuperioris licentia fieri non debet. Quidam tñ conſuluerunt ꝓtium dicentes, q̄ etiam hoc iurm debet extendi ſolū ad illicitam alienationem. Sed dicit Io. And. iſti ſic conſulentes non poterunt poſtea eorum conſilium defendere, & ꝺ eos inducit tex. in c. aduerſus, ſ. de immu. eccle. in ver. pp imprudentiā, vbi ēt neceſſaria, vel utilis contributio, non fit inconſulto Papa, nē q̄d indiſcrete agatur. Fatetur tñ Io. And. quod hoc, eſſet de facto corrigendū; qa multum eſt eccleſijs grauoſum, cum rōne talis iuramenti, impediant ſæpe p̄lati facere p̄dictus alias utiles de ꝓximorum p̄latorum licentia. Et cum hoc dicto Io. And. tranſeunt cōiter Doct. hic, & mihi placet, & pro hoc adducto talem rōnē.

8 Certum eſt, q̄ recipiens tale iurm ūr ſibi reſeruare conſilium, ut patet ex ui uerborū. † Sed ad ſtrictus ad petendum conſiliū ſuper aliqua re, non poteſt ēt licite de illa diſponere, conſilio prius nō petito,[a] ut in c. cū in ueteri. de ele. & in c. cū olim, de arbi. & in c. nouis, de his, q̄ fiunt a p̄l. qđ le. & no. in c. ſi pro debilitate, de of. del. & Bar. in l. j. §. ſi plures, ff. de exerci. Idem puto dictum de iuſo p̄ſtito de nō alienādo ſine licētia Papæ, uel alterius. Num licētia dēt p̄cedere, de reg. c. licet, & hoc tenet Io. And. poſt Hoſt. in c. i.

9 de his, q̄ fi. a præla. † Omnia prædicta arbitror uera ceſſante ſumma neceſſitate. ſi aūt immineret ſumma neceſſitas alienandi, & tantam celeritatem requireret, q̄ ſuperiorem conſuli non pate reſ, tunc puto alienationem poſſe fieri, ꝑſenſu Papæ, uel alterius ſuperioris, cui fuit iurm taliter p̄ſtitū minime reqſito, arg. opt. in l. tutor, q̄ repertoriū. ff. de adm. tuto. ubi in cā neceſſitatis poſt tutor inuentārio nō ꝑfecto, adminiſtrare bona pupilli, qđ no. alias ceſſante neceſſitate facere non poteſt. Ad idem quod no. Io. 11. q. 2. c. ſine exceptione, & c. placuit, & Hug. & Arch. in c. Abbatibus, ea. cā & q. Io. de Fan. in cle. i. de re. eccle. non alie. vbi dicit in

10 caſu illius clem. poſſe fieri alienationem impune, il a ſolennitate non ſeruata. ſi neceſſitas nō capit tantā dilationē, & tenet Pau. in diſpu. ꝺ denatus &c. & ad hoc alleg. bo. tex. in ſimili, in c. nullus res eccleſiæ. 17. q. 4. Et hæc no. qā faciunt ad multa maxime pro exēptis hñtib. ſu piorē ī remotiſſimis locis, & facit ad idē c. nihil, de ele. & l. ſi lōgius, ff. de iud. & c. fi. de ſepul. li. 6. & vide ad idē multas ꝓcordantias in c. cū ex literis, de reſt. in inte. in gl. in ver. diſtantia, & quod in ſiſi no. Io. de Lig. in cle. ne in agro, de ſta. reg. † Itē

11 puto hoc iurm non extendēdū ad alienationē modicæ rei, [b] ar. 12. q. 2. c. terrulas, & facit Fed. ꝺ. 202. & vide no. ī c. vt ſup. de reb. eccle. nō alie. & Arch. in c. Abbatibus p̄al. vbi proſequit, an p̄lati citra Ep̄m poſſint rē modicā alienare ſine ſolēnitate, qa d. c. terrulas, vī loqui in Ep̄o, ſed q̄ poſſint, alle. tex. bo. in c. cæterum, de

12 don. & in c. ad hoc, & c. relatum. 2. de teſta. † An aūt legatus de latere, poſſit dare licentiā alienandi ꝺ hoc iurm, vide per Spe. in ti. de diſpen. §. ꝓñr, ver. cæterum, vbi concludit, q̄ non, ar. c. venerabilem, de ele. & credo quod optime loquat; quia non p̄t diſponere ī his, q̄ papa ſibi ſpecialiter reſeruauit, vt in c. q̄ trāſlationē, de of. leg. Secus dicit ibi Spe. in ver. ſeq. in iuſo p̄ſtito inferiori p̄-

13 lato. Nam tunc, cum ipſe concurrat cum quolibet p̄lato, puinciæ ſuæ; q̄ cunq; ſit ille, poterit talem licentiā dare; qa iurm illud eſt præſtitum, habito reſpectu ad dignitatem, & non ad perſonā p̄lati, & in hoc dicit verū, niſi is cui iſte iurauit, ſit p̄latus alterius

14 puinciæ; qa cū illo non concurrit. licet fateat, q̄ circunſcripto iſto iuſo, poſſit legatus dare rectori licentiam alienandi bona, q̄ ſunt in prouincia ſua; licet prælatus iſtius rectoris ſit in aliena prouincia, & no. bene hęc dicta. Sed vide tu de p̄tate legatorum, q̄ dixi in c. fi. de confir. vti. & circa vltimum dictum vide, qđ no.

15 Doctō. in c. paſtoralis, de priui. † Vlterius [c] circa p̄dicta q̄ritur, an prælatus,[d] qui iurauit non alienare, vel pignorare bona eccleſiæ ſuæ, poſſit fructus poſſeſſionum vendere ad 10. vel ad 11. an. Sol. Quido, q̄ ſic, per l. pen. §. quæritur, ff. de leg. 2. Nec ob. l. ſi. C. de re. alie. nō ali. quia ibi rem alienauit, hic vero penſionē, vel ipſius pēſionis fructus. Tenet ēt q̄ prohibitus alienare, locare p̄t in cētum annos. & hoc tenet gl. in d. l. pen. §. inſtituto. Sed glo. hoc re-

probat in cle. j. de reb. eccl. non alie. Doct. hic cōiter tranſeunt re

12 citando. † Sed tu dic, q̄ aut quæritur, nunquid prohibitus vendere, poſsit pignorare; ſeu an prohibitus emere in loco, poſsit rē pignori capere. Sol. dic, vt no. Bar. in l. quorum, ff. de pigno. vbi bo. tex. oīno vide per eundē in l. qui hēbat. ff. de lc. 3. aliquid per eundem in l. fi. C. de reb. alie. nō alie. Aut quæritur, an prohibitus alienare, vendere, poſsit fructus, ſeu locare. Et dic, q̄ ſic. dummodo non faciat ad magnum tps, vt eſt tex. iuncta gl. in d. cle. i. & dic. vt ibi no. & in iurib. ſuperius alle. Opp. & vī, quod iſta decr. ſit de indubio. Nam cum ex conſtructione eccleſiæ non contingat eccleſiæ ſuæ bonorum alienatio, fruſtra timeat iſte Ep̄s iuri vinculum. Sol. duplex colligit ex gl. 2. Prima, q̄ iſte Ep̄s trepidauit, vbi non erat trepidandum. q. d. q̄ iſte erat vanus timor. Secūdo ſoluit, & melius, q̄ ꝓtingebat in directe alienatio; qa forte illi parochiani veniebant ad eccl. ſuam, nunc aūt pp conſtructionem nouæ eccleſiæ alienabant ab eccl. ſua, & ſic priuabat eccleſia iſta ſuis antiquis parochianis. Et hæc ſolu. eſt ſatis bona, licet non alienētur bona eccleſię; alienantur tñ iura ipſius eccleſiæ, fa. it qđ leg.

13 & no. in c. conſtitutus, de ele. † Ex quo no. q̄ iurm de non alienādo bona eccleſiæ, intelligitur largo modo, ſiue directe, ſiue indirecte contingat bonorum, & iurium alienatio. facit quod le. & no. in c. nulli, de reb. eccl. non alie. Tertio ſoluitur ſm Abbat. q̄ ideo timebat, quia cōſtruendo eccleſiam, tenebatur ad dotem. de ꝑſe. ec. vel alta. cū ſit. & ſic oportebat pp dotem alienare bo-

14 na eccleſię ſuę. † No. hunc intellectum q̄ pp indigentiam populi poteſt Ep̄s cōſtruere eccleſiam de nouo, & eam ēt dotare de bonis eccleſię ſuę, arg. in c. Apoſtolicę, de don. & 12. q. 2. c. bonæ rei, & in c. aurū. Quod intelligo, dummodo ex hoc eccleſia ſua nimium non grauetur, vt d. c. Apoſtolicę. facit c. 1. de reb. ec. nō

15 alie. li. 6. & quod leg. & no. in c. conſtitutis, de re. do. † Quarto ſoluit Pe. q̄ Ep̄s hēbat ꝑſcientiā de iuſo, non pp dānum eccleſię cathedralis ſuæ, ſed qa dānificabat aliqua eccleſia ſibi ſubiecta. Et hoc voluit, ſm eū, iſte tex. dum dicit, q̄ eccleſia tibi cōmiſſa ſit, arg. c. j. de vſu pal. Ego dicerē aduertendā formā iuri. Nam ſi eſt gñaliter præſtitum extenditur ad bona eccleſiarum ſuæ diœceſis; ſecus, ſi eſt præſtitum reſpectu eccleſię ſuę, ſicut cōiter obſeruatur. Tunc. n. non extenditur ad bona eccleſię ſuę ibi ſubiectæ, & iuramentū debet ſtrictē intelligi, vt le. & no. in c. pe. de iureiu.

ADDITIONES.

a Zach. ¶ Non petito. Adde quod no. in apoſt. ad iſtum in c. cum in veteri, per eum hic alleg. nu. 7. in apoſt. in ver. ſed in ipſo tractatu, ſupra de ele. cle. & per Bal. in l. 1. in col. antepe. ver. item ſtatutum requirens, C. qui admi. in c. 2. de feu. ſine cul. non ami. in feu.

b Seb. Sap. Modicæ rei. Hoc dictum firmat Iaſ. in c. 1. col. 8. ver. 4. vltra alios limita. qui feu. da. poſ. in vſ. feudo.

c Seb. Sap. Vlter us. Vide multa alle. per Alex. in conſi. 18. col. 2. in 5. vol. Et nū quid prohibitus alienare, ſit prohibitus pignorare, vide Iaſ. in l. fi. col. 13. cum ſeq. C. de iure emphy.

d An prælatus, qui iurauit non alienare, vel pignorare bona eccleſiæ concedendo illa ad nouennium, ita, ut illo finito intelligantur reconducta ad alium nouennium. Dicas, q̄ non, ſine iuris ſolennitate, quia hoc eſſet fraudem facere legi, cum per indirectum res eccleſiæ hoc modo alienarentur, per ea quæ hūr in l. 1. in §. qui in perpetuum, ff. ſi ager vectig. uel emphy. per. Dicas tamen quod res, quæ conſueuerunt, in feudari poſſunt, ut in cap. ex parte, de feud. Immo hodie de alienatio rei eccleſiæ, & quæ ſolennitates requiruūt in alienationibus rerum eccleſiarum, uide quæ habentur in c. fine exceptione, 12. q. 2. & in auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. eccl. canonizata in c. nulli, de reb. eccle. non alien. Et hodie non uidentur poſſe alienari abſque ſolennitate, extraiag. Pau. 2. in rubr. de reb eccl. non alien. ubi etiam locatio ultra triennium non permittitur.

De immuni. eccle. & cæmete. Rubrica.

Continuāt hęc rub. ad p̄cedentia hoc ordine, ſm Gof. & Io. An. Viſo de eccleſiis ędificādis, & reparādis; qa ipſa cū ſuo ambitu ſeu cęmeterio, & ſuis reb. p̄mi nō dēt oneribus, qb. res laicorū p̄munſ; iō recte poſt p̄cedentē rubr. ſubijcit iſta, vbi de iſtorū immunitate tractat. & dīr eccleſię immunes, ſm Inn. i. extra munera, ſeu officia. Et dic tu, q̄ munerū ciuiliū ē triplex diuiſio. Nā q̄dā munera dīr p̄ſonalia, q̄dā patrimonialia, q̄dā miſta. & hoc ꝑſequere, vt hīr in l. munerū, in prin. ff. de mu. & ho. & Il. ſunt munera ff. de vac. & excu. mu. Et de multiplici ſignificato huius ver bi, Munus, vide tex. opt. in l. munus, ff. de ver. ſig. vbi dī, q̄ munus capit trib. mod. Q̄ñq; n. capit p dono, vt in l. inter donū, ff. eo. vbi ponit dīa ſtricte inter munus, & donū. Q̄ñ;ȝ munus capit p officio, q̄ñq; pro onere, & hoc modo capit hic. vnde eccleſię dīr hēre immunitatem, ſ. ab onerib. & officiis ſecularib. Et quid ſit eccleſia, ſ. dixi ſuper rub. de ꝑſe. eccle. vel alta. & ſ. ca. proxi. Quid autem ſit cęmeterium, vide 12. q. 2. c. aurū. & 17. q. 4. c. ſicut anti quitus, & c. quiſquis. & dicitur cęmeterium, quia cinis mortuorum ibi tegitur, & vide quod no. in c. pe. de ſepul. & in c. 1. eo. tit

Universidad de Deusto
BibliotecaCa

SVMMARIVM.

1 Clerici non tenetur ad hospitandum etiam in domibus suis, personas publicas. 3. etiam quod consuetudo sit in contrarium. 4.
2 Sententia & omnis processus agitatus in ecclesia, eo ipso iure nullus, secus in domo ecclesiæ, maxime, si iudex secularis habet illam conductam, vel gratis.
3 Violentia vtrum sit permissa illi, qui non admittitur ad ius, quod habet in re, contra violentum, adeo quod non admissus, possit per vim intrare, & ostia rumpere, tam in prosanis, quam in spiritualibus rebus, & tam in corporalibus, quam in incorporalibus, vide late.
6 Possessorium recuperandæ, competit fructuario.

CAP. PRIMVM.

VT in domibus. In domibus ecclesiarum non dẽt iudex laicus iudicare, nec hospitiũ quærere. Casus lit. Statuit Papa in c. isto, q̃ in domibus ecclesiarũ placitũ, vel hospitium nullus debet sibi vendicare, non ob. aliqua consuetudine. sed in
1 publicis locis hoc faciãt. B. † No. 1. q̃ nedũ ecclesiæ, sed ẽt earum domus, gaudent immunitate., quod onus hospitandi personas publicas, ad idem vide bo. tex. de iure ciuili, & ibi no. in l. 1. C. de
2 epi. & cle. † Sed o no. q̃ iudex secularis, nec in ecclesia, necĩ ipsius domo, dẽt ius reddere. An aũt si p̃fecerit, teneat sniãe? Dic, q̃ in ecclesnia, & oĩs, pcessus iudicis secularis, corruit ipso facto, vt in c. decet, eo. tit. in fi. li. 6. Secus aũt in domo ecclesiæ, vñ licet facere nõ dẽat, si ẽt facit, credo, pcessum valere, ga cũ illa q̃stõ. c. decet, sit penalis, nõ dẽt extẽdi, vt ibi no. gl. Et intelligo, q̃ in domo ecclesiæ nõ dẽt secularis ius reddere, qñ ppria authoritate, quasi ex iure publico eligit sibi mãsionẽ, & p hoc tex. ibi, [Quasi p̃suetudine.] sec aũt puto, vbi haberet illã domũ ꝺuctã ab ecclesia, vel gratis ꝺcessã. No. ibi, [Sed in publicis locis.] q̃ bona ecclesiarũ nõ cẽsent publica, sed priuata. In p̃riũ allego c. rõ nulla, de p̃b. & 12. q. 1. c. videtes, & 16. q. 2 c. fi. in q̃bus vr̃. p̃bari, & bona ecclesiarũ sunt vsibus publicis deputata. Sol. dicerẽ, q̃ ista bona ecclesiarũ sunt vsibus publicis deputata ecclesiasticis, & alimoniæ indigentiũ, f̃m discretionem prælatorum, vt in p̃riis. non aũt vsibus publicis laicorũ, vt hic, & ĩ eo. c. nõ minus. No. ex ijsdẽ verbis, q̃ iudicibus assignãde sunt mãsiones in loco publico tam cã hospitãdi, q̃ ius reddẽdi; & hoc vt facilius possint aditi. dẽt. n. se p̃bere facilẽ in adeũdo, vt l. obseruãdũ, ff. de of. præ. Hinc dicit tex. no. in l. 1. §. adeũdi, ff. qñ app. fit. q̃ gs dr̃ hr̃e facultatẽ iudicis, qñ publice sui copiã facit, nec est sibi imputandum, si ad domũ suã non accesserit, vel ad hortos, vt ibi. Primo instabo circa declarationem tex. vna cum gl. demum veniã ad q̃dam notabilia dicta Inn. Quæro ergo primo, quis hic appellatur missus. Sol. gl. 2. exponit, vt patet in ea, vbi dr̃ f̃m Hos. q̃ ponitur hic pro legato Principis, sicut legatum Papæ, vel Archiepi vocamus missum dominicũ, vt in c. j. de reg. Et q̃ hic capiatur ꝓ legato Principis, faciunt, f̃m Host. & Inn. & bene, verba, quæ sequuntur. nam primo tanquam de digniori facit mentionem de legato, & postea de aljis inferioribus. nã legatus est Comite maior, Comes iudice. iudex
3 ministro. † Et ex hac opi. no ꝫ Principes sẽculares, seu eorũ officiales, qui ponunt legatos Principis, seu alicuius dñi, seu Comitis, vel Capitaneos gẽtium armorum ad hospitandum in ecclesijs, monasterijs, pro eorũ domibus, qã fieri nõ dẽt, vt hic; tũ pp immunitatem ecclesiarum, vt hic; tum pp diffolutiones, & laicitias, quæ per tales ibi fiunt, vt in d. l. 1. C. de epis. & cle. vbi tex. apertus, facit qd legi. & no. in l. placet. C. de sacrosl. eccle. Oppo. & vr̃ q̃ iudicia p̃nt in ecclesia exerceri. 2. q. 2. c. fi. Sol. gl. 3. p̃riũ, ꝓcedit in placitis ecclesiasticis, secus in secularibus. Et no. q̃ iudicia appellãtur placita, & alludit in hoc vulgari loci, f̃m Io. And. simile 15. q. 4. c. placita. Vlterius oppo. & vr̃, q̃ clerici teneant ad hospitiũ, 42. dist. c. 1. & in c. 1. de emp. & vẽd. Sol. vt in gl. in ver. nec ad hos-
4 pitiũ, & no. eã, & vide aliã bonã glo. d. l. 1. C. de epi. & cler. † Extra gl. q̃ro nũqd ſaltẽ rõne p̃suetudinis, possint laici vẽdicare sibi ius hospitãdi in domibus ecclesiarũ? Sol. tex. hic est notabilis, q̃ nõ valet, vt patet ibi, ꝓ quasi p̃suetudine, & clarius tenet Inn. & Ioã. And. dicit. n. q̃ in talibus non prodest p̃suetudo, cum sit ecclesijs onerosa, vt in c. 1. de const. quod no. Sed quæro, quid si p̃sona ecclesiastica, vel secularis reseruauit sibi certum censum, vel hospitiũ annuum in ecclesia aliqua, p recognitione bñficiorũ suorũ, an tale hospitiũ sit debitum & reddi debeat. Inno. dicit, q̃ sic, all. 18. q. 6. cap. Eleuterius, quod placet. ad qd allego qd̃ leg. & no. in c. cũ dilect. de do. & c. verum, de fo. comp. Ita puto in patrono ecclesiæ. nã a principio potest sibi reseruare aliquod ius, dummodo authoritas, seu consensus Episcopi accedat, aliter nõ, de quo dic, vt leg. & no. in cap. præterea, de iure patr. & in cap. cum Bertoldus, de re iudi. Idem quod Inno. sequitur hic Ioan. And. & di-
5 cit hoc patere in c. quanto, de cens. † Venio nunc ad alia hic notanter tacta per Inno. Pone, q̃ aliquis habet ius hospitandi in aliqua ecclesia; & est in quasi possessione huius iuris, nunc autem veniens de nouo non admittitur. Quæro, nunquid possit sua authoritate domum intrare, etiam violenter; & necessaria sibi in domo recipere, iuxta debitum suum? & format Inno. in materia fere. 6. q. Nam secundo incidenter tangit, in prælato habente iurisdictionem in ecclesia, seu in alio loco; & veniens non admittitur, an liceat rumpere ostia contra violentum, & illum expellere. Tertio quærit, quid in canonico, an ei liceat rumpere ostia domus ecclesiæ, & expellere violentũ? Quarto q̃rit de Abbate numqd ei liceat rumpere domos capellæ sibi subiectæ quoad temporalia? Quinto, quid si aliquis opponit se Abbati canonico, vel alii clerico venienti ad vtendum iure suo, qd̃ habet in aliqua ecclesia, nũquid possit illum per violẽtiam distringere, seu comprimere, & expellere? Sexto, an prædicta habeãt locũ ĩ rebus profanis, seu secularium priuatorum, vt si quis diceret se habere seruitutem in fundo alterius; & sic esse in possessione ipsius; & alius facit murũ, seu sepem, quo impeditur illa seruitute vti, an possit murum rumpere, seu sepem frangere? Sol. multi, vt refert Inn. fuerunt in opinio. q̃ in prædictis licet violentiam inferre, etiam rumpendo ostium domus. Mouebantur isti, quia vnicuique vim vi repellere licitum est, & ius suum defendere, vt in l. 1. C. vnde vi. & §. de restit. spoliat. c. olim. 1. Et q̃ possit domum frangere, facit ff. quod vi aut clam. l. fi. §. ad ianuam, & ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum. §. 1. & 2. Sed ipse Inno. aliter sentit. Dicit enim quoad primam q̃ō. q̃ nulli laico, vel clerico licet violẽter rũpere domos ecclesiæ, rõne alicuius iuris sibi debiti, cũ bona ecclesiarũ, eadẽ ĩmunitate gaudeãt. qua & ecclesiæ dẽnt gaudere, vt hic, & x. q. j. c. nouerint. & cũ ecclesiæ, & bona ipsarũ sint sancta sanctorũ, & dño piacrata, q̃ cũ que in eis violẽtiã facit, sacrilegiũ cõmittit. 12. q. 2. c. nulli liceat, & c. q. cũq;, cũ se. & in c. cõque ĩstus, & quod ibi no. de fo. cõp. Qd̃ dicit, ꝓcedere nõ solũ, & si ecclesia teneaãt ad hospitiũ, actione p̃sonali. sed ẽt si res ecclesiæ essent ad hoc obligatæ. vñ f̃m eũ iferẽs violẽtiã, incideret in pœnã p̃stõnis si qs in tãtũ, C. vñ vi. vel saltem nõ euaderet pœnã. l. extat. ff. qd̃ met. eau. vbi creditores priuanẽ debito, q̃ volũt sibi, ppria authoritate ius dicere ĩ bonis debitorũ. Debẽt. n. isti debitis actionib. agere. & nõ violẽtiã inferre. Ad f̃m vero fateẽ Inn. q̃ ꝑlatus habẽs iurisdictionẽ, vel dñium loci, possit violẽter ĩtrare, & rũpere ostia domus, & expellere violẽtũ; & sic deberet ĩtelligi dictũ c. olim. Idẽ putat dicẽdũ, si iurisdictionẽ nõ haberet, hẽt tñ ius in ecclesia quasi ꝑlatus. & possessionẽ eius dem; quia hoc casu dr̃ talis defendere ius suum, quod hẽt, vt in c. dilecto, de sent. exc. li. 6. Et vide in hoc qd in ꝑlato volẽte visitare, cui cladũ ostia ecclesiæ; ponit Inn. in c. venerabili, de cẽsi. Secus dicit hic Inn. in 3. q. j. in canonico. nõ enim licet rũpere ostia domus, & expellere violentũ, alleg. c. cũ qui. 2. de præbẽ. li. 6. Moueẽ, qa licet iste sit canonicus ecclesiæ, nõ tñ hẽ possessionem ipsius, vel domorũ. Vnde nõ licet sibi ius dicere, arg. C. vñ vi. l. si qs in tãtã & C. de his, q̃ ad eccle. cõstũ. l. denunciamus, & C. de Iudæis l. vlt. in fi. Nisi forsitan f̃m eũ canonico ꝓ habitatione sua esset domus aliqua deputata. Nã si in tali domo intraret aliqs violẽter, liceret canonico vim vi repellere, & possessionẽ suã defendere, vt in iuribus p̃al. Talis. n. nõ facit iniuriã ecclesiæ, si hac de cã irruat. Nã irruẽdo in camerã deputatã sibi, potius ecclesiã in suo iure ꝓseruat, & vtiẽ iure suo, q̃ dicatur vim inferre. Ad hoc c. cum ecclesia vulterana, de elect. idem, quod §. in canonico, dicit in Abbate respectu cappellæ sibi subiectæ quoad tpalia, vt non possit domum, vel ostiũ rũpere, & violẽtũ expellere, qa eam nõ possidet, licet ei sit subiecta quoad tpalia, alle. in ar. ff. ad l. Aql. l. sed & cuicũque, & l. quemadmodũ. §. 1. & 2. Idẽ dicit in rebus ꝓfanis, seu priuatorum, q̃ licet quis habeat seruitutẽ in fundo alterius, & impediat illa vti, non tñ licet irruere. & rumpere murum nouiter ædificatũ ad impediẽdum eum. Nec ob. f̃m eum. l. 2. ff. de vsufru. vbi dr̃, q̃ pro vsufructu inducitur legatarius in possessionem fundi, in quo relictus est vsusfru. vnde vr̃, q̃ sicut dñs proprietatis põt rumpere murũ, si in solo suo ꝓprio fieret de nouo; sic & hoc debet licere vsufructuario, & aljs qui sunt in possessione aliquorũ iurium. Ad hoc enim resp. f̃m Inn. q̃ aliud est in dño, aliud in vsufructuario. Rõ diuersitatis est, qa ædificiũ cedit solo, iõ licet dño ipsum diruere, quia nõ diruit alienũ, sed suum, vt pater Inst. de re. di. §. cũ in solo suo. vsufructuario aũt iõ hoc non licet facere, qa non est dñs soli. ff. de vsufr. l. si cuius rei. §. vsufructuarius, & seq. Fatetur tñ Inno. q̃ vsufructuarius, & alij habẽtes ius in re, possunt agere vt murus remoueat, ff. si ser. ven. l. si eo loco, & l. Legi. Secus dicit Inn. circa p̃sonã impedientẽ aliquem vti iure suo. qd̃ hẽt in aliqua re. Nam talẽ licet distringere, & ẽt expellere, vt sic desistat ab impedimento; licet non deberet ostium domus, vel murum frangere. Diuersitatis rõ, f̃m eũ, est, quia eijciẽdo personam mihi contradicentem, utor possessione mea, & vim vi repellere licet, ut in iuribus præal. ubi vero intro uiolenter possessionem, rumpendo sepem, uel ostium; tunc mihi ius dico, qd̃ nõ licet, ut in d. l. si qs ĩ tãtã, & l. extat, p̃al. & ĩ c. placuit, xvi. q. 6. nisi ĩ casib⁹, q. no. C. qñ liceat uni sine iu. se uin. l. j. & 2. cũ suis ꝓcor. & hęc dicta Inn. sũt
a q̃bus dictis potes ĩ summa capere ꝓclusionẽ, q̃ hñs iurisdictionẽ ea in

ADDITIO

a Sab. Sap. ¶ Habens iurisdictionem. Quando quis possit 'propria authoritate detẽtatorem expellere, vide Bar. in l. 1. §. necessario, ff. si mut. uen. com. Paul. de Cast. et Alex. date, in l. 1. §. nunciatio, ff. de ope. no. nuncia.

in loco, vel ius ꝑlaturę cum possessione seu dñiũ loci, & possessionem, vel possessionem legitimam tñ, licite põt ad remouendum obstaculũ sibi paratũ irruere, tam in p̃sonã impediẽtẽ, q̃ in ostiũ & muros loci, illa rumpendo, vt valeat vti iure suo: secus aũt, si solummodo hẽt ius in loco, seu sit in possessione alicuius iuris in illo loco; non tñ possidet totũ locũ simpliciter. iste. n. nõ potest frãgere ostium, seu murum, seu sepem, sed bene potest distringere p̃sonã eũ impedientem, & vim vi repellere, & horum dictorũ recitatione fuerunt contenti Host. & Ioã. And. & sic vñr illa approbare. Sed do. Pe. de Anch. Doctor egregius, longissimo tpe Bononiæ legens insurgit ꝺ hæc dicta Inn. dicẽs q̃ illi qui tenebant p̃riũ, vt in prin. dixi. non immerito mouebantur. Nam pro eis, q̃ liceat ostium & murum rumpere, habentibus ius in re, & ꝺ Inn. faciũt omnia iura, per quæ his habentibus aliquod in re aliena, est prouisum, vt si expellantur inde, possint restitui ad possessionem, vt pater in c. cum ecc. Sutrina, de cã pos. & propr. & c. querelam, de
vel auxilium ad mortem, sed ad sui defensionem. Sed in contrarium facit, quia nunq licet clerico in bello, quantuncunq; iusto, ministerium, vel consilium ita immeditatum ad mortem præbere, vt in c. quod in dubiis, de pœ. & argumen. ff. de pœn. & remiss. c. 2. quia non dat diligentiam, quam potest, ne sequatur homicidium, imo potius, sicut procurator ministrat, & causam propinquam præbet, argu. ff. de homi. c. ad audientiam. Sicut. n. prohibetur clericis præesse istis balistariis, vt hic, ita videtur prohibitum parare eis balistas, vel sagittas. Et hanc partem sequitur Inn. in istis balistariis, & alijs, qui quasi directe tendunt ad mortem. Ensem autem, vel lanceam aliquibus præparare ad sui defensionem, dicit non esse prohibitum, quia ista nō tendunt ita directe ad mortem, & totum sit defensionis causa; Et cum hoc dicto transeunt hic Io. And. & alii præter d. Ant. qui dicit se non facere differentiam inter lanceam, & sagittam; sed in hoc articulo distingiut sic, q aut extra actum belli præparātur arma offendibilia, vt iiunt balista, lancea, vel ensis, & præparans non est irregularis. Aut præparant in actu belli; & tūc dicit, q clericus ꝑparans efficitur irregularis, maxime si bellū esset illicitū. Dicit tn hoc procedere, qn quis sibi ꝑparauit ꝑdicta pp defensionē rerū. secus aūt si pp defensionē propriā, quia aliter persona sua defendere nō poterat, & verisimiliter imminebat periculū mortis. nihil ad ꝑdicta allegat. † Sed tu aduerte; nam, vbicunq; verosimiliter nō valet aliter euitare mortē propriā, nisi aliū occidat, tūc indubitanter euitat irregularitatē, & peccatū, non solum si alii arma ꝑparat, sed etiā si suis manib. occidat. tex. est apertus in d. cle. si furiosus, de hom. Sed dubiū est, qn poterat aliter euitare mortē, puta fugiendo, vel instabat p suarū rerū defensione seu patriæ, & tūc si suis manib. aliquē occidat, vel mēbrum mutilet, indubitanter efficitur irregularis, vt in cle. si furiosus, & in c. pe. de hom. Si aūt ꝑparauit arma, ex quib. mors est secuta, & tunc si ad hunc finē ministeriū ꝑbuit, indubitanter est irregularis, ga prestitit auxiliū in mortem alicuius, vt hic in 1. & 2. rnlō, & c. periculose, de pœn. dist. j. & 50. dist. c. si quis viduā. Nā clericatus reddit clericos inhabiles ad pugnandū, ēt ꝑ Saracenos, vt dicit tex. in c. ex multa, de voto. Aut ꝑparauit arma non in mortē principaliter, sed ad sui defensionē, & iste est proprius casus Inn. qui satis est dubitabilis. Nam, cū liceat pro suarum rerū defensione & recuperatione mouere arma, ēt clericis, vt in c. dilecto, de sen. exc. li. 6. & colim. de rest. spo. ergo fortius licet arma aliis ꝑparare ad sui defensionē. nec dēt iputari mors sequens, cū in mortē iste nō cōsenserit, facit opt. ca. 2. de hom. li. 6. Sed in oppositū facit. q clericus nō dēt pro defensione suarū rerū ad sæua, puta ad occisionē, vel sanguinis effusionem, procedere, in c. fusce epimus, de hom. & ibi bo. tex. Itē clericus nū q̄ euitat irregularitatē ex occisione, nisi qn aliter mortē ꝑpriam euitare non poterat. vt in d. cle. si furiosus. ergo ꝑparādo arma, p defensione rerū, incurrit irregularitatē, si mors inde sequatur, ga mandato & auxilio suo vī secuta. † Nec ob. si dicatur, q iste non intendebat ad hoc, qa debuit cogitare hoc euenire posse, cū arma in cōflictu de facili nō pñt mēsurari, & regulari. Ad hoc alle. tex. in c. si. de ho. li. 6. vbi dr, q si quis mādauit alicui, vt aliquē verberaret. & expresse, ꝓhibuit, ne occideret, vel mutilaret, q si mandatarius excedendo fines mandati, illum occiderit, efficitur mandator irregularis, quia fuit i culpa mādādo verberare. Item quia potuit cogitare hoc euenire posse. & hæc no. Et faciunt ad quæstionem, ª q̄ ponit Bar. in l. si quis mihi bona, §. iussum. ff. de acqui. hær. de quodā nobili, qui recepit iniuriā a quodā, & rediēs domū dixit famulo, Fac, q nō appareas in ꝑspectu meo nisi aliquid sentiā. Ille iuit, & interfecit iniuriantē, q̄rebatur, an domin⁹ debeat puniri tanq̄ mandator? Et fuit conclulum in qō. facti, q sic; quia satis tacite mandauit. & idē dicin clerico similia mādante, quod no. † Tertio circa artē chirurgiæ quero, quare prohibet clericis? Sol. dicunt Doct. pp periculū erroris, quod ei incst. Itē pp lubricū conscientiæ, ar. s. de æta. & qua. c. ad aures. & pp dubiū curationis euentū. Prēterea dic, q est offm seculare, nō aūt spūale, merito, ꝓhibet clericis, vt s. e. c. i. Clerici aūt debent eē me dici aiarū. nō aūt corporū, vt in c. cū sit ars artiū. de æta. & qual. militare Deo, nō aūt seculo, vt in d. c. reꝑhensibile. 23. q. 3. & indignū est, & iniustum, si promiscuis rerū artib. turbent officia, ut in l. consulta diualia, C. de test. Cōclude ergo, q clericus non debet artē chirurgiæ exercere, vt hic. Et aduerte, quia tex. loquitur de Sacerdote, Diacono, & Subdiacono. Io. An. intelligit de Subdiacono facto, vel fiendo. Sed ego miror, quare sic impropriet literā, vñ ego dicerē, q in sacris constitutus oīno pōt ab hoc officio cōpesci, & si attentauerit, poterit puniri, quātūcūq; mors inde secuta nō fuerit, ga officiū sibi prohibitum exercuit, vt s. dixi in præc. §. Et idem intelligerē in ꝑstituto in minorib. cōpetēter bñficiato, arg. in c. i. de postu. & s. retigi, & si mors inde sequat, vel mēbri detruncatio, arcebit a promotione sieda. ᵇ Et idē esset in laico, qn prouenit ex culpa sua, vel ꝓscientia eū de hoc remordeat, ar. in d. cad aures. Ex quo. n. illud officiū nō est sibi a iure ꝓhibitum, nō dēt sibi imputari euentus mortalitatis sine culpa sua ꝓtigēs, vt † d. c. ad aures. & qd no. † d. c. tua, de ho. † Sed circa artē physicę pōt dubitari an īdifferēte clericis ꝓhibeat. Dicerē sic, q religiosis, & in dignitate ꝓstitutis, ac sacerdotib. & alijs, q ꝓhibēt scientiā physicalē audire, hoc exercitiū vī prohibitum, de quibus in c. non magno, s. eo. & ī. eo. c. prox. prohibetur. n. eis studere in hac scientia pp exercitiū. Vñ, ex quo ꝓhibēt studiū, vī eis ꝓhibitū exercitiū, arg. c. tuæ, de pcu. & l. oīo, ff. de ꝓpon. & in reg. cū q̄d, & q̄ ibi no. Io. And. in Merc. de reg. iur. li. 6. In alijs vero, si sunt in sacris, vel bñficiati, dicerē idē, si habēt cōpetēter, vnde viuant, quia nemo militans Deo, &c. vt in c. 1. s. eo. dixi. Cōstituti vero in minoribus, vel in sacris nō bñficiati, nō crederē eis hoc officiū interdictū, arg. c. 2. de postu. Itē quia nō reperitur eis hoc exercitiū interdictū, & facit tex. in eo, q ꝓhibet eis ista artē chirurgiæ, q̄ adustionē, vel incisionē inducit, sed in physica istud cessat: vnde nō ita ꝓtingit periculū mortis directe in physica, sicut in chirurgia. † Sed q̄ro, an exercens hāc artē chirurgiæ efficiat irregularis, sive sit clericus, sive laicus. Sol. ꝓclude bī dicta Doctorū sic, q si mors, vel mēbri detruncatio inde nō sequtur, nemo illorū irregularitatē incurrit, arg. in clem. si furiosus, de homi. Sed clericus exercens ꝑ prohibitionem istius capituli, poterit puniri, vt s. dixi. Et dicunt Doct. q si monitus non emendauerit, poterit deponi. Si vero sequatur mors, vel mēbri detruncatio, clericus prohibitus omnino efficit irregularis, ēt si non fuit in culpa, quia dedit operā rei illicitæ; ideo imputatur casus inde cōtingēs, vt in d. c. tua, de homi. & q̄d ibi no. Laicus aūt nō, ex quo in culpa nō reperit, de quo dicendū, vt in c. ad aures, præal. Secus autem, si fuit in culpa, quia imperita imputat medico, vt l. illicitas. §. sicuti, ff. de of. præsi. Venio nunc ad vltimam partē. s. ad §. nec quisquam. & quæro, qualiter fiebat purgatio in aqua frigida. Solu. dicunt Doct. q implebat vas aquæ tātę profunditatis, q excedebat altitudinē hominis, & ponebat purgandus sup ea, & dimitt bāt eū cadere, & si nō attingebat fundū vasis, innocens iudicabat, aliter iudicabatur nocēs. In feruenti vero aqua, vel ferro candenti fiebat, q̄n qs per illa non lędebatur. Vltimo q̄rit, quid appellatur monomachia. Sol. dicunt Doc. q est singularis pugna, & dra monos, q est vnū. & machia, q est pugna, quasi vnius & alterius pugna, sicut duellū, qa duorū bellū. Ad esse. n. pugnæ duo necessario requrūt.

ADDITIONES

a ¶ Vide plenius de ista q. per ipsūmet Pan. in c. ex literis, per illum tex. inf. de excess. præl. cum his, quæ ibi no. addidi, et his adde d. Aug. de Bonfrancischis de Ari. in addi. ad Ang. de Are. in lib. maleficiis. super gl. Sempronium mādatorem, &c. in antep. col.

Zac. ¶ Adde plenissime, quod no. in apo. ad istum post alios in c. literis, nu. 3. in uer famulus cuiusdam nobilis, inf. de excess. præl.

Seb. Sap. ¶ Ad qōnem. Vide Bal. in l. multum. col. 2. C. si quis alte. uel sibi. Alex. ī consi. 1. inc. uiso processu, col. fi. in 3. uol. & latè per Aug. Ari. in tract. Angeli de maleficiis, in uer. Sempronium mandatorem, col. pe. et pulchre declarat Iaf. in l. 1. col. 5. C. de ser. fug. ubi idem Bart. in d. §. si quis bona, dicit procedere trib. concurrentib. ut ibi per eum.

b Zac. ¶ Arcebitur a promotione fieda. Addequod no. in apost. ad istum in c. ad aures, nu. 2. in uer. irregularitatem, supra de æta. & qua.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio an irrogetur ipso iure per ista verba, Vitetur ab omnibus, tanquam excommunicatus?*
2 *Clerici, & alii religiosi audientes scientias prohibitas, sunt excommunicati, nec promouentur sine licentia Papæ.*
3 *Forum quis sortitur ratione delicti.*
4 *Ignorantia crassa & supina, non liberat quem a pœna.*
5 *Priuilegia studii Bononiensis concessa studio Senensi, an extendantur ad priuilegia futura, & an sublatis priuilegiis studii Bononiensis, sint sublata priuilegia studii Senensis?*
6 *Priuilegia concessa primis si illa conceduntur secundis, & sint reuocata a primis, an censeantur reuocata a secundis?*
7 *Theologia & ius canonicū fraternizant, & sunt magis priuilegiata, quàm ius ciuile.*
8 *Clerici audientes scientias prohibitas, an sint excommunicati, non expectatis duobus mensibus, & idem de aliis religiosis. 12.*
9 *Religiosi studentes in scientiis prohibitis, si ante duos menses conuertunt se ad Theologiam, nō autem reuertuntur ad claustrum, euitant pœnas huius capituli.*
10 *Excommunicatus non potest esse procurator.*
11 *Clerici, vel religiosi studentes in scientiis prohibitis excommunicati, an debeat absolui ab Episcopo proprio, an ab Episcopo loci, ubi student.*
13 *Religiosi studentes scientias prohibitas in claustro, an incurrāt pœnas istius decretalis.*
14 *Religiosi audientes scientias prohibitas semel, uel bis, causa honorandi amicum, incidunt in pœnas, si frequenter audirent. 15.*
16 *Religiosi an prohibeantur legere leges ciuiles, uel physicam.*
12 *Leges ciuiles conferunt multum scientiæ Theologicæ & canonicæ, & in studio camerario possunt a religiosis uideri.*

CAP. X.

Super specula. Hoc intēdit in summa. Constitutio Turonēsis Cōcilij puniēs religiosos audiētes leges, vel physicā, est canō latæ sniæ; & incidentes in illā, dēnt per ordinarios puniri. hoc primo. Sed o extēdit dicta ꝓstitutionē ad habentes dignitates, & ad personatus, & ad ꝓsbyteros, &

& pars huius ī. de magi. & priui. super spec. Diuiditur in quinq; partes. Primo ponitur decisum exordium. Secundo, ibi, [Contra.] relatio Turonensis Concilij. Tertio, ibi, [Verum] op. variæ circa illud. Quarto, ibi, [Nos.] determinatio. Quinto, ibi, [Quia vero.] constitutionem extendit. Casus li. Alex. papa statuit in Cōcilio Turonen. s. eod. c. non magno, ꝑ regulares personas euntes ad audiendum leges vel physicam, vt, nisi intra duos menses ad claustrum redirēt, sicut excōicati, ab omnibus vitarentur; & in nulla causa. si patrocinium præstare voluerint, audiantur, reuersi ad claustrum, in choro, mensa, capitulo, & cæteris vltimi Fratrum existant & spem omnem promotionis admittant, nisi forte ex misericordia sedis Apost. Sed quia nonnulli pp diuersas opi. quorundam, excusationem assumebant, volens papa, vt de cætero ipso facto sniam excōicationis incurrant, mandauit quatenus tam Diœcesani Epi, q̄ Capitula ipsorum, & alii, in quorum diœcesi tales commorantur, publice denuncient eos excōicatos, & prędictis pœnis obnoxios. Verum quia dñs papa Theologiæ studium desiderat ampliari, vt Fides Catholica circuncincta sit muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat venientibus ex aduersō, statutum Concilij Turon. extendit ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Præpositos, & alios clericos pſonatum habentes, nec non presbyteros, nisi intra spatium prescriptum destiterint, & appellatione postposita præcipit obseruari. B. No. ibi, [Ad audiendum,] iuncto c. non magno, s. eo. ꝙ scholaris audiēs vnam scientiam, & in ea studens, dr eam legere. Nam cum c. non magno. loqueretur de religiosis exeūtibus ad audiendas leges, vel physicam, hoc c. illam constitutionem referens, dicit de audientibus. Ius. n. interpretans debet intelligi f̄m
2 ius interpretatum, & de hoc aliquid ī. No. secundo, q probabiliter [a] potest dubitari, an per ista verba, Sicut excōmunicatus
a ab omnib. euitet &c. proferat ipso iure excōicatio. Nā c. nō magno, loquebatur per ista verba, tamē insurgebant opi. variæ. Papa aut expresse hoc voluit declarare, & dixit q de cætero tales forent ipso iure excōicati; & sic Papa noluit probabiliter præteritos ligari ad hoc. Vide circa intellectum huius verbi, De cætero, q̄d no. gl. in c. vno, de postu. præla. in verbo, De cætero, q̄d no. in c. fi. ī. de ꝓpon. duo. Ex quo credo, q si hodie similia verba ꝓferantur a iure, uel ab homine, non deberet dici indistinctè, q inducant sniam ipso facto, cum Papa solum fuit in casu nostro illa verba interpretatus, & cum præsertim vtatur hoc uerbo, Volentes, q non est iuris antiqui declaratiuum, sed noui iuris inductiuum, vt no. glo. in cle. vna, de officio vic. & in cle. vna, de rerum perm. Ex coniecturis autem poterit hoc deprehendi, iuxta no. in c. i. de iud. & sic intelligo quæ dixi in d. c. non magno. Ex prędictis infero ēt D. Ant. hic non bene dixisse, q in quodam notabili dixit, q per talia verba a iure prolata, fertur ipso iure excōicatio. Non. n. perduxit ꝑdicta, q̄ ex coniecturis possunt accidere, vt interpretatio fiat, q sit causa non latæ sententię. Credo, q si mā subiecta est grauis vero similiter ponderata, erit canon latæ sentētiæ; aliter secus, arg. in cle. exiit de paradiso. § item quia. de verb. si. Si autem proferuntur ab homine, cōsideramus an proferens esset in actu ferendi sententiam excōicationis, vel
2 ne, vel quid simile. † No. 3. q incidentes in excōicationem in casu huius c. nō possunt ad aliquos honores sine papę dispensatione promoueri, & hoc aperte innuit litera, ibi, [totius spem promotionis, &c.] vnde pondera verbum, Totius, & sic nec ad ordines, nec ad beneficiū promoueri poterunt, argu. c. solitæ, de
3 mai. & obed. & 19. dist. c. si Romanorum. † No. 4. q delinquens
b in loco studij, sortitur forum [b] illius epi, in cuius diœcesi deliqt, & hoc est generale, non autem speciale in casu huius c. Ad hoc quod leg. & no. in c. q clericis, de fo. comp. & in c. postulasti, eo. tit. Quid dicendum respectu absolutionis fiendæ, dicam ī. No. 5. quatuor pœnas, quas incurrunt religiosi, & clerici prohibiti audire leges, & physicam; & hodie multi illaqueantur, præsertim cū credant studium in hoc à papa priuilegiatū, quod in veritate non est. Nā cum essem scholaris Bononiæ. fui deputatus cū quibusdā aliis ad videndū oīa priuilegia illius studij, & inuenimus, q de audiēdis libere legib. à personis hic, ꝓhibitis, fuerat priuilegiū
c pluries ꝓcessum ad tps 10. annorū [c] tm, quod tps tunc diu erat elapsum; & tn multi prohibiti studebant in legib. credentes pri-
4 uilegiū fuisse perpetuū. † Nec p hanc credulitatē euadebant pœnas hic expressas, cū essent in culpa nō videndo priuilegiū, ex quo attendebant actū à iure prohibitum. vī. n. crassa & supina ignorantia, q̄ non excusat ēt à pœna excōicationis, vt in c. 1. de ꝓst. li. 6. & c. 2. de tēp. ord. eo. lib. vñ vī affectata ignorantia, vt ibi dr. & hoc no. An aūt hodie illud studiū Bononiæ sit in hoc priuilegiatū, ignoro, sed instruant volētes audire in illis scientijs per ꝓdicta. Et per hoc dico, q caueant studentes in hoc studio Senensi. Nā hoc studiū tale priuilegiū specifice non hēt, sed papa ꝓcessit pri-
5 uilegiū, quod hēt studiū Bononiense. † An aūt p hanc ꝓcessionē veniant priuilegia postmodū ꝓcessa in studio Bononiensi, res nō
d est sine dubio, [d] sed dico, q debent diligenter ponderari verba veriusq; priuilegii, maxime priuilegii ꝓcessi ad instar alterius, & vide de hac qōne, Bal. in l. priuilegia, C. de sacros. ecc. vbi refert Gul.
c form iste qōnem in his terminis, papa [c] ꝓcessit studio Tholosano oīa priuilegia Parisiensis studij. q̄rebatur, an venirent priuilegia postmodū concessa studio Parisiensi? Et determinauit Gul. q non, qa priuilegium non extendit ad non cogitata verosimiliter, sicut sunt ea, q̄ postea accidunt. Sed Bal. ibi distinguit, q aut priuilegiū fuit ꝓcessum sub determinatione tpis, puta, quia concessit priuilegia concessa illi studio, & tunc restringit f̄m priuilegiū ad iam concessa. Aut fuit concessum cū extensione, qa concessit concessa, & ꝓcedenda, vel per similia verba: & tunc est clarum, q priuilegiū debet extendi ad postmodū concessa. Aut cōcessio fuit facta per verba indefinita; & tunc si pōt apparere de mente ex aliquib. verbis, illa seruanda est, vt in c. intelligentia, de ver. sig. Alias aūt stat in dubio cum Gul. vt non extendat ad postmodū concessa, cum priuilegiū ꝑ ius concessum, sit stricte intelligendum, & interpretandū f̄m verba c. porro, de priui. & no. ꝑdicta pro quib. remitto te ad no. in simili in c. qa circa, vbi text. op. de priui. vbi vide, & per Io. And. in reg. cum quid prohibetur, in sol. qōnis, de reg. iu. lib. 6. Sed quæritē circa prędicta, quid si reuocarentē priuilegia studij Bononiensis, nunquid tacite videant reuocata priuilegia studii Senensis, cū sint concessa ad instar illorū? Guil. in d. priuilegia, tenuit q non, quia iam fuit quæsitum in studio Senensi, ideo non cessat per reuocationem aliorum priuilegiorum, & idem ibi Bal. Dicit tn, q quandoq; rō se hēt p modū causæ faciendæ, qnq; per modum causæ essentiæ. Primo casu sufficit, q ratio fuerit tpe concessionis, quia tunc habuit suum effectum consummatum, vt in casu nostro. Secundo casu destructo vno, destruitur & reliquum, ar. in l. fi. ff. de accep. & obscure loquitur, vt ipsemet fatetur. Sed vult dicere qnq; ratio concessionis non dependet a futuro euentu, qnq; sic, vt sup. Aduerte, qn hæc faciunt ad qōnem no. quam posuit glo. in cle. dudum, de sepul. in ver. confessionem, vbi datur ptās fratribus absoluendi, ita tn, q non habeant ampliorem potestatem, q̄ curatis parochialibus sit a iure concessa. Quærit ibi nunc gl. an epo restringente potestatem parochialium in aliquibus quæsi bi reseruat, an videatur per cōsequentiam restricta ptās fratrū? Determinat ibi gl. q sic. Sed certe dubitari pōt de illa determinatione, & potius tenerem oppositū per ꝑdicta. Itē per verba il lius cle. vbi Papa dat ptātem fratribus tantum, quanta a iure est concessa curatis sacerdotibus; vnde pondera verba, A iure & tpe concessionis, veniunt ergo omnes casus ꝓter illos, quos ius spāliter reseruauit epis. Papa aūt non habuit ibi respectum ad constōnes episcoporū, quæ variantur f̄m loca & tpa, & in facto consistunt, arg. de consti. c. 1. li. 6. cum sim. & no. bene prædicta † No. vlterius ex tex. q studiū Theologiæ dēt esse magis pri-
7 uilegiatū q̄ ciuile. Facit ad no. in c. fraternitati. de clericis nō resi. & in cap. super specula, de magi. Et credo posse attentari, q studium iuris canonici, non excluditur ab hoc fauore, qa scia canonica est pars diuinæ. Est. n. in multis extracta ab authoritatib. noui, & vereris Testi, vt dicit tex. in c. qualiter & qn, de accus. vt patet ex ipsius inspectione, & maxime in decreto. Hinc appellat in multis locis diuinū, vt in c. nimis, de iureiur. & c. 1. de iur. calū.

&

ADDITIONES.

a Seb. Sap. ¶ Probabiliter. Quid autem, si dicatur, Nullus ei communicet. ponit Car. in cle. fi. in prin. in 3. q. de sen. excom. vbi dicit, q sunt uerba latæ sententiæ. Refert, & sequitur Fel. in c. Rodul. col. a 1. in prin. supra de rescr. & ibi plura de simil. uerbis.

b Sortitur forum. Hoc est uerum in foro contentioso, ut no. in apost. ad istum post eum in c. 1. nu. 4. in apost. in uer. differentia inter forum cōtentiosum, & pœnitentiale, infra de rapt. & incen. & vio. eccle.

c Sed hic quæro de tali quæstione, pone, q papa concessit priuilegium monacho, q possit per triennium audire leges. Iste monachus audiuit postea leges per annum, deinde recessit de studio, & fecit per quinque annos, uel plures, & postea reuertitur ad studium, an poterit complere triennium, nō obstante interuallo? Arch determinat q sic, in c. frater noster. 16. qō. 1. Sed contrarium uidetur tenere Bal. in l. non solum, in princ. ff. de excu. tu. ubi ponit hanc quæstionem in terminis, & uide quod ipse notat in l. si quis ita, ff. de cōd. & demon. & facit qd no. Io. de Lig. in c. ad apostolicā, de reg. & cc. Ant. Franc. An & quando alicui conceditur priuilegium per triennium, nunquid possit illo uti per triennium interpollatum, an uero intelligatur quod illo utatur continuato tempore. Dicas, quod aut talis usus priuilegij solū habet præiudicare principi concedenti, & tunc debet intelligi, & interpretari largo modo contra principem, ut in reg. benefi. de const. prin. Si autē tenderet ad præiudicium priuati, tunc debet stricte interpretari, ut minus noceat quam fieri potest. Nam tunc princeps non intendit tertio præiudicare, nisi expresse dicat, ut in l. fi. C. si contra ius, uel uti. pub. & in c. super eo, de offic. dele. nisi forsan consuetudo esset in contrarium, quia priuilegium, tunc debet interpretari secundum consuetudinem, quæ etiam esset contra ius commune, ut no. Anto. de But. in c. testificari, de sepul & Bar. tho. Cœpo. Vero. olim præceptor meus, in rub. de uerb. sign. in 3. quæ. ult quæs. prin. Ant. Franc.

d Res non est sine dubio. Adde hanc q. positam esse per Gul. de Cun. & decisam, quod intelligatur concessa tantum, quæ tunc habebat, in auth. omnia. priuilegia, & ibi apost. Celā, in uer. sc. quæ tunc habebat, num. 1, C. de epi & cle. Facit quod no. in apost. ad istum in c. pro ilorum, nu. 2. in uer. potest competere dominium, sup. de præb.

e Seb. Sap. Papa. Hæc refert Iaf. post Alex. in l. 1. col. 3. uer. per istam dictionem, per omnia, ff. de leg. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

&quod ibi no. Vltimo no. multa noīa, quæ sonant periōnatum, vt patet in uerbo, ad Archidiaconos. Et quid sit persōnatus, & in quo differat a dignitate, vide quod dixi in c. de multa, de pb. † Ex
8 pediā primo gl. applicādo dicta Doctorū, quatenus cōgrue ad il las applicari poterūt. Primo igit q̄ro, q̄n incipiūt currere isti duo menses, de q̄b. in textu? Sol. gl. sēda, q̄a tpe huius constōnis, seu publicationis, & idem tenet gl. pe. dicens, q̄ hodie cessat istud tē pus duorum mensium, cum hæc constitutio iandudum fuerit publicata. Et sic aperte innuit, quod hodie studentes in his facultatibus interdictis, ipso facto, sine exceptione alicuius temporis, sunt excommunicati, & istis pœnis & aliis hic cōtentis abnoxii. Aduerte tamen latius colligendo, quæ scribunt Doct. hic, & sup tex. quia materia sparsim posita ingerit difficultates, vt dicit tex. s. in proœ. huius compilationis. In hoc enim passu tres reperiun tur opi. principales. Prima fuit gl. Secunda est huic proxima. Nā dixerunt quidam, q̄ olim s̄m Concilium Turonense assignaba
10 tur istud tempus duorum mensium, sed hodie per istum text. hoc fuit innouatum, & sancitum, vt ipso facto incurrant excom municationem, per tex. ibi, vt de cætero ipso facto &c. Sed Goff. non placuit hæc opi. per istum tex. in fi. literæ, vbi vī conseruare illud tps, vt patet ibi, intra spatium prescriptum, &c. Et hoc dictū Goff. tenuit ipse Iun. Sed in c. nō magno, tenuit ipse Inn. primū. s. vt hodie sit facta innouatio, & idem Host. hic respondens ad istū tex. in fi. q̄ non loquitur de religiosis, sed de secularib. clericis. Io. An. & d. Ant. simpliciter transeunt recitando. Tertia opi. princi palis fuit Vin. qui dixit, etiam hodie tps duorum mensium habe re locū, & illud currere ab exitu ipsius monasterii hac decā, vt audiant has scientias interdictas, & idem Inn. Pe. & Abb. & hoc quoad religiosos, quoad seculares vero currit ab inceptione au ditus, & cum hac opi. transit Io. An. hic super gl. & hanc partem sequitur d. Car. & d. Pet. de Anch. tum vt euitetur iurium correctio, tum quia istud capitulum venit ad declarandam pœnam, & ad eius augmentum, disponens vt excommunicatio intelliga tur inflicta ipso facto. In aliis ergo remanet concilium Turonē.
11 immutatum, arg. in l. p̄cipimus, C. de appel. in fi. non ergo incur runt excommunicationem, nisi post lapsum duorum mensiū, ēt si certum sit ante eos ad monasteriū redire non posse, ar. c. cō missa, de ele. li. 6. s̄m eos. Hanc eandem opinionem vī tacite formare Io. And. in tex. super verbo Redierint, vbi reiectis quibusdā opinionib. concludit, q̄ istud verbum, sicut, positū in c. non ma gno. inducebat difficultatem & opiniones, quæ recitantur hic, quasi illi essent sicut excommunicati. Vnde erāt opi. an illud ver bum esset similitudinarium, an veritatis expressiuū, & ideo di cit, q̄ ipso facto essent excōicati. & hæc opi. uerissima. Non ergo intendebat hic Papa tollere beneficium duorum mensium, sed solum, vt nō requiratur sēia ab homine ferenda. Cum. n. hoc ve niat ad declarationē illius, nō debemus intelligere q̄ voluerit in aliquo corrigere, præsertim, quia pœnæ sunt potius molliendæ, quā exasperādæ, vt in reg. odia, & in reg. in pœnis, de re. iu. li. 6. & c. statutum, de elec. li. 6. Præterea facit tex. in fi. vbi in secularib. re tulit se ad tempus præscriptum. non ergo erat sublatum, quia a lias oportuisset de nouo apponere tps. Itē Papa hic voluit in pœ nis religiosos, & istos seculares æquiparare, vt patet ibi, Hoc extē di volumus, ergo debet esse æqualitas ēt in tpe vinculandi. alias .n. esset disparitas in pœnis. Et no. has meas considerationes, q̄ iudicio meo multū restringunt, & per hoc sublata ē opi. Host. & aliorum. Ad opi. gl. dico. q̄ euidenter est falsa per ca. non ma gno, vbi Papa voluit exp̄sse hoc tps currere non a tpe constitu tionis, sed a tempore exitus, vt patet ī verbo, si vero exierint, vbi refert se ad illos qui exierint, & intra duos mēses non redierint,
12 vnde possibile fuit, q̄ ob hanc cām non exierunt post annum. Si .n. tex. assignasset illum terminum his, qui iā exiuissent, tunc pos
9 set gl. procedere. † Sed circa hoc quæro, quid si religiosus exuit causa audiendi leges, postea, mutato proposito, contulit se ad Theologiam? Sol. dicit Inn. q̄ sibi non prodest ad pœnas euitan das, sed oportet, q̄ redeat ad monasterium iuxta dispositionem huius capituli, & sufficit ita scriptum esse. Dicit tamen, q̄ si Ab bas significaret ei. q̄ iret ad Theologiam, q̄ tunc censeretur re uersus ad clausтrum, licet uerba in hoc sonent. ff. de in ius uoc. l. quamuis. sicut purgatur vitium furti, re apud furem remanente de authoritate domini, ff. de vſuc. l. si fur. Sed si postmodum Ab batis mandato deserto iterum redit ad leges, incidit in hanc pœ nam ipso facto. secundum eum. Mihi non placet primum dictū, puto. n. q̄ licet exierit cā audiendi leges, ex quo tamen mutato proposito contulit se ad sciam permissam, nō incidit in pœnā, li cet non redeat ad monasteriū. Moueor, qa cessat hoc casu rō p̄stōnis, de qua in c. nō magno, s̄. e. in ver. vnde, ne occasione, vbi dī hoc statutū emanasse. ne viri spūales mūdanis rursus actio nibus inuoluant, q̄ rō prius cessat, si ab his actionib. mūdanis desi stāt, p̄certū non inchoando, nam p̄sto præsertim pœnalis, cessat cessante rōne constitutionis, vt l. adigere. §. quis. ff. de iure pat. vbi casus. Si. n. cōstō pœnalis extenditur per identitatē rōnis, vt in l. 2. ff. ad Tertullianum. potius dēt cessare, cessante rōne, vt in c, cū cessante de appel. Itē cessat hoc casu fauore Theologicæ facultatis. Prætera ea Deus mutat mīam, peccatore mutāte vitā, vt in c. 1. incommutabilis. 22. q. 4. ergo idē in constōne Ecclesiæ, ar. cap. vt nīm, de at, ī prin. vt eccl. benefi. Et ad istū tex. in eo, q̄ requirit, q̄ redeat inter duos mēses, dico, q̄ habuit respectū ad effectū, qñ. l. dedit operā scīę interdictæ, vel stat in illo proposito. Nam verba dēnt intelligi cū effectu, p̄sertim ī pœnalib. vt in l. j. §. hæc autem verba, ff. q̄ quisque iur. & de pœ. di. j. c. hæc autem verba. Opp. & vī, q̄ ēt cessante hac cōstōne, monachi & canonici regulares de bent repelli a p̄ocinando, nisi pro monasterio, & c. vt in ca. 2. de postu. Sol. gl. 3. sentit, q̄ hic repelluntur tanq̄ excōicati, ibi repel luntur rōne religionis. Hæc sol. non multum satisfacit, nisi de verbis. vnde Goff. dicit, & melius, q̄ in casu huius capituli nō ad mittentur isti, etiam pro monasterio suo, & Abbate impetrāte pro eo, quia sunt excommunicati, aliter nulla esset pœna, secun dum eum. Hæc rō est bona, sed non quatenus se fundat sup ex
10 cōicatione, qa tunc nullū esset hic spāle, † cum quilibet excōica
a tus repellatur a p̄ocinādo, vt in d. c. decernimus, de sen. exc. li. 6. Vnde intelligo tex. istum, q̄ quātumcunq; isti sint absoluti, tñ in pœnā non debent in aliqua cā admitti ad p̄ocinandum, ēt in ca sib. in quib. alias religiosi admitterētur iuxta no. in c. 2. de postu. & in c. cū I. & A. de re iud. Puta pro monasterio, & pro pauperib. s̄m Io. & Phil. hic, & no. hoc vlt. Et uide qđ no. in d. c. 2. sicut. n. q̄ tuncunq; sint absoluti, nō p̄t promoueri absque dispēsatione le dis Apostolicæ, vt hic, & in d. c. non magno, ita nec ad p̄ocinan dū admitti, ne exerceāt sciam p̄, phibitionē iuris didicitā. Gl. ī ver bo [Presbyteros.] in effectu facit duo. Primo q̄rit, an p̄hibō ista hāat locū in habētib. personatū nō curatū. Sed o, an hēat locū in habēte ecclesiā parochialē, si alias nō esset p̄sbyter. Ad primū re spondet, q̄ sic, qđ mihi placet, qa ista lra loquitur indistincte, nec ad esse p̄sonatus requitur q̄ hēat animarum curā, imo q̄riū, p̄batur in c. dudū. 2. de ele. ad s̄m dubium respondet etiam affirmative. Hodie dic, vt est determinatū in c. j. eo. titu. li. 6. vbi declarat q̄rium, nisi ecclesia parochialis sit plebania sub se habens capel
11 las, vt ibi dī. † Gl. in ver. s̄patiū, fuit declarata sup glos. 2. quoad pri mā partē, sed in sēda parte q̄rit, nunq̄ d ēps possit illos absoluere. Et concludit, q̄ sic, ex quo ḡditor canonis absolutionē sibi nō reser uauit. Idē ēt tenet Goff. Inn. & Host. q̄ dicūt q̄ uterq; ēps pote rit soluere. [Ille ī cui] diœcesi studet. & ēps p̄priens excōicati. Ab bas tenuit q̄rium quoad ēpm p̄priū p̄ no. in c. pe. de off. del. Ego dico latius sic, q̄ aut q̄rit de proprio ēpo, & teneo, q̄ poterit ab soluere, per c. nuper, de sent. excō. & si hoc facere vult in propria diœcesi res est sine dubio, aut uult absoluere in diœcesi aliena, & hoc casu videtur tacite voluisse Abb. quod nō possit per illud capitu. pe. Sed ego alter Abbas dico tibi p̄riū, qa cum hoc casu nō requirat in absolutione cognitio cāæ, est iurisdōnis volun tariæ. quę potest exerceri extra territorium, vt in l. 2. ff. de offl. pro con. no. in c. nouit, de off. leg. et hoc aperte in absolutione volue runt ibi Inn. Host. & Io. de Lig. in cle. quamuis, de fo. comp. Gl. ta men in d. c. nouit, videntur vacillare, sed debent reduci ad con cordiam per supradicta, an. s. fiat cum causę cognitione, an sine. Ad c. penultimum dicas, q̄ loquitur in legatis volentib. absolue re in casib. reseruatis Papæ iure singulari, qui non possunt, nisi s̄m limitationem ibi traditam. Aut quæritur de episcopo, in cu ius diœcesi studet, & tunc in religiosis credo, q̄ non possint, qa nisi redeant ad monasterium, non vīr contriti, cum cōstō Turo nen. concilii arcter, vt redeant ad monasteriū, nisi aliud dicamus in excōicatione p̄p periculū, ne decedant in via, ar. c. quia frōte, de app. In clericis vero secularib. poterit, tum qa in sua diœcesi deliquit, tum qa rōne residentię dr ēps proprius, arg. eius, qđ de
12 sacerdote curato dicit gl. no. in cle. i. de priui. † Vl. glo. q̄rit, an oēs pœnę statutæ p̄ religiosos, hēant locū in secularib. clericis hic p̄hibitis? Et tandē concludit, q̄ sic, & hoc vī indubitabile, cū text. in extendendo illā cōstōnem, loquatur in plurali, vt patet ibi, Hoc extendi volumus, & c. Vnde deriſorium esset dicere, q̄ com prehendat partem pœnarū, & non oēs. vbi. n. verba sunt clara, cess sat interpretatio. l. ille, aut ille, de le. 3. & l. non aliter, eo. ti. & c. fi. de ver. sig. Et hāc opinio. sequuntur hic cōiter Doct. Nā ex p̄rio sequeretur, vt dicit Io. And. q̄ qua rōne non incurret illas, de q̄
13 bus in glo. ita nec reliquas. † Nunc gl. explicatis pro declaratione tex. & materię submittā aliqua hic p̄ Doct. tacta. Et primo q̄ro, q̄d si religiosi non exeant clausтrū, sed in clausтro existentes au diūt, vel legunt facultates hic, p̄hibitas. Sol. Inn. sentit, q̄ tales non ligantur pœnis hic contentis, p̄ tex. hic, & s̄. e. c. non magno, q̄ di sponit p̄ exuntes clausтrum. Hos. dicit procedere quoad verba, secus quoad mentem, de quo hic in ver. qa vero. Adducit in arg. opt. pro & p̄ c. inter cætera, de off. or. & dicit, q̄ hæc indigent de claratione, consuluit tñ, q̄ in hoc dubio debere tales se reputare ligatos, arg. c. illud. de cle. exc. mini. Exitus. n. monasterii vī s̄m eū,

q̄

ADDITIO.

a Zac. ¶ Excommunicatus repellatur. Adde Speculato. in tit. de rescrip. præsen ta. §. ratione formæ. uersicu. sed quid si contra procuratorem, & uersi. item excipitur quod impetrans. Et quid si non fuit exceptum, an retractabitur processus cum eo factus. uide eundem in ti. de aduo. §. 1. uer. 1.

q̄ fuerit cā impulsiua huius cōstōnis, sed cā finalis fuit, quia istę scientiæ non conueniunt religiosis, cum & exercitium sit eis interdictum, vt in c. 2. de, post. d. Anto. sequitur primum dictum inn. quia pœnæ sunt odiosæ, ergo restringendæ, de pœn. dist. 1. c. pœnæ. & quod leg. & no. in c. statutum, de ele. lib. 6. Aduerte, qa ro dicto Host. facit tex. hic in fi. vbi clericis secularibus prohibi s non ponderatur exitus ecclesiarum. vnde in eis dicunt Doct. sup er tex. q̄ spatium duorum mensium, computatur a tempo re auditus. Si ergo in secularib. procedunt pœnæ vbicunq; audi ant, vel studeant, ergo fortius idem dicendum in religiosis, qui bus principaliter istę scientiæ fuerunt interdictæ, vt s̄. eo. c. non magno, arg. in auth. multo magis, C. de epis. & cler. & c. cum in cunctis, de elect. Et est hęc fortis consideratio, sed nihilominus sequor dictum Inn. quia constitutio pœnalis non est amplianda, imo restringenda adeo, vt non veniant illa quæ ex lata verborū significatione possunt comprehendi, vt probatur in c. cum in cunctis, de cle. iuncto c. si compromissarius, eo. tit. lib. 6. & c. sta tutum, eo. titul. & lib. & quod ibi no. Io. And. qui idem notat in reg. odia, de reg. iur. lib. 6 in Mercu. Sed tex. in c. non magno, de religiosis loquens, & istę illā constitutionem referens, loquitur de religiosis exeuntibus monasterium causa audiendi leges, & non redeuntibus intra spatium duorum mensium; ergo non debet habere locum pœna in non exeuntibus, sed studentibus vel legentibus in claustro; licet aliter male faciant, cū verba hoc non patiantur. Pro hoc vide tex. in simili in cle. ne in agro. §. quia vero, de statu reg. iuncta gl. in ver. ipso facto. Nec obst. si dicatur eandem esse rationem in nō exeuntibus, quia primo negari po test hoc, cum magis delinquat religiosus exeundo claustrum ex causa illicita, & deserendo monasterium, arg. 19. q. 1. c. placuit, q̄ rem ipsam illicitam in monasterio attentando, cum hoc vltimo casu committat vnum peccatum, & in præcedēti duo, meri to magis fuit ibi in pœna exasperandum, arg. 24. q. 1. c. non affe ramus, ff. de pœnis. l. respiciendum. facit quod no. Io. And. in dicta reg. odia. Item facit quod no. Io. An. in c. dispendia, de resc. li.
a 6. vbi vult, q̄ data a aliqua identitate rationis, debet habere locū dispositio legis, sed non ipsius pœna. Non ob. quod dī in secula ribus clericis. Primo, quia ipsi non habent monasterium. Secun do dico, q̄ nō esset peccatum in eis attētare, q̄ si in domibus stu derent in istis, q̄ euaderent has pœnas, quia tex. iste in ver. si. quia vero, solum voluit extendere constitutionem Turonen. Concili ad istos habentes personatus, & c. vt ergo ista sit vera extensio, debemus facere illam cum omnibus suis qualitatibus, s. qñ exe unt proprios lares, causa audiendi has scientias, & effectualiter eis dant operam. Nam constitutio pœnalis non est multum la xanda; maxime cū ex se, scientia non sit mala, sed necessaria ad re gimen vniuersalis Ecclesiæ, saltem in temporalibus, vt ī. dicam.
14 & per hoc facilius decidunturquæstiones sequentes. † Quæro ergo, quid si religiosus Canonista, vel Theologus vadat ad prin cipium amici incipientis in legibus, vel physica, causa honoran di amicum? Sol. dicit Inn. q̄ non est suum hoc interpretari, cū quantum ad verba, damnetur hæc lectio, & auditio; putat tñ, q̄ papa responderet talem exmente non ligari, quia verba sunt cū effectu intelligenda, maxime in pœnalibus, l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisq; iuris, & c. relatum, de cle. non resid. Sed ego dico tibi, q̄ etiam quoad verba, talis non includitur. nec ligatur. & miror de Host. qui ita ad corticem vī ponderasse literam, nā tex. iste, & c. non magno, disponit in religiosis exeuntibus causa audiendi leges, s. vt principaliter in eis studeant causa proficien di, vt clare probatur in c. non magno, in prin. vbi dicitur, q̄ isti volebāt audire leges sub prætextu ecclesiastica negotia fideliter pertractandi, & medicinam occasione languentium Fratrum. Et subijcitur ibi, q̄ ne occasione scientiæ viri spirituales iterum inuoluantur mundanis actionib. ideo statutum fuit, & c. Quæ omnia cessant in quæstione nostra, qñ religiosus existens præser tim in studio, vadit causa honorandi principium alicuius amici. Nam videmus, q̄ pro amico monasterii, potest religiosus assu mere procurationem, seu aduocationem etiam in foro secula ri; quia in consequentiam tractaturutilitas monasterii, iuxta no. per Inn. & alios Doct. in c. cum I. & A. de re iud. ergo fortius li berum, & licitum est ire ad honorandum principium amici.
15 † Sed quæritur tertio, quid si ille, qui incipit legere, habeat pau cos socios propter id, q̄ religiosus uult eum continue honora re? Sol. dicit Host. se non admittere talem honorem, etiam si le gentem extraordinarie uellet tantum semel in septimana hono rare, & hoc ut omnis fraus excludatur, alle. Insti. ui bo. rap. §. sed nedum talia. & ff. de transa. l. cum hi. & de diuor. c. quanto, cum fi. Placet mihi dictum Host. qñ iste faceret in fraudem, & cum hoc exigeret continuationem duorum mensium per prædicta, sed ubi faceret sine fraude, dico secus per supradicta, & satis vī de mente Host. Fraus autem poterit deprehendi ex coniecturis,
16 vt in c. 2. de renun. lib. 6. l. dolum, C. de dolo. † Quarto quæro, nū quid persona ecclesiastica hic prohibita, possit aliquibus priua tim in camera leges, vel medicinam legere? Solu. Host. conclu dit q̄ non, & q̄ talis non euadat pœnas hic positas, quia hoc stu

dium prohibetur, & lectio. vt hic, iuncto c. non magno, §. eo. Lex enim non debet esse imposita verbis, sed rebus, vt in c. commis sa, de ele. lib. 6. Ego dicerem, quod aut legit in monaste. proprio, & non incurrit pœnas de quibus hic, per ea. quæ s̄. dixi de studen te in monst. post Inno. & in aliis quæstionibus. Aut extra mona sterium; & tunc pendet ab alia quæstione, an c. non magno, ha beat locum in legente. seu docente. Host. videtur velle q̄ sic, & Io. And. hic super ver. studeant, vbi dicit, q̄ istis religiosis prohi betur auditus, vt hic in princ. & lectio, vt su. capit. non magno, & studium, vt hic in ver. non verum. & idem sentit Io. And. in reg. cum quid, de reg. iu. lib. 6. in Mercu. Sed in quæstionis solu tione videtur illud restringere magis ad religiosos respectu legē di, quām ad clericos seculares, quia iste tex. de secularibus lo quens non repetit de legente, de quo fecerat mentionem tex. in c. non magno, §. eo. Formauit. n. ibi Io. And. qđ quæstionem in priuilegio concesso studio, vt personæ alias prohibitæ possint ibi li bere in his scientijs interdictis studere, an per hoc videatur data
b potestas b capiendi doctoratum, & legendi magistraliter? Et post multa concludit, q̄ ante factum, tenendum est, q̄ non, cū oīa ista videantur in istis iuribus procedere a pari. Ideo priuile gium odiosum non debet extendi vltra casum concessum. Fa cit quod no. gl. in c. si canonici, de offi. ord. lib. 6. Sed post factum putat, q̄ secularis clericus non sit censendus ligatus, quia hęc iu ra expresse non prohibent ei, nisi auditum, seu studium. Ex quo ergo conceditur per priuilegium, q̄ possunt libere ibi studere, ergo videtur sibi concessum illud, quod venit accessorie ad stu dium. s. facultas assumendi doctoratum, & per consequens legē di. Sed in religiosis dubitauit, quia c. non magno, iuncto isto, vi detur eis prohibere lectionem, auditum, & studium. Vno ergo concesso, non veniunt specialiter prohibita, arg. in l. quod vero contra rationem. ff. de legibus. Et quamquam videantur hæc subtiliter dicta, si quis vellet hunc passum considerare, posset di cere contrarium. Et aduerte quæso diligenter; nam dico, q̄ ca. non magno, non loquitur de legentibus, idest docentibus, sed de addiscētibus, vnde ponitur ibi legere, largo modo, quia om nis qui studet, vt proficiat, legit. Pro quo facit etymologia voca buli. Nam dicitur lex a legendo, vt dicit Isidorus 5. etymologia rum. & ideo Io. And. super reg. nemo potest, lib. 6. in Merc. hoc aperte probat ratione literę in d. cap. non magno. Dicitur enim ibi, quòd religiosi exeunt ad audiendum leges & physicam sub prætextu consulendi languentium Fratrum corporibus & ecclesiastica negotia fideliter pertractandi, & sic vt possint proficere, & edocti agāt prædicta. Hoc etiam apertius probat li tera huius cap. quæ referens mentem, & quasi verba illius consti tutionis, vbi illa dixit de legentibus, ista vero declarando dixit de audientibus. Nec est verum, q̄ prohibeat hæc auditum, & illa le ctionem, vt voluit Host. de quo miror; quia hæc litera solum ve nit ad declarandum illam. nil autem adducit de nouo, nisi qua tenus, q̄ religiosi incurrant excommunicationem ipso facto. & q̄ hęc constitutio extendatur ad habentes personatum, & ad p̄s byteros, vt hic, & eo. modo dicitur de studio. Nam ponitur hic studium pro ipsis studentibus, s. addiscentib. Nam studium ma gis convenit addiscentibus quam docentibus. Studere enim est valde cupere, hinc literarum studia dicta sunt, a cupiditate lę ctionum, vt no. Arch. in c. noua, 16. qō. 7. vnde quod prius hic di xerat de audientibus, postea subiecit de studentibus, quasi au dientes sint studentes. Quare concludo, quod c. non magno, & istud, solum loquuntur in audientibus, seu studentibus addisce do, & isti sunt, qui incurrunt pœnas prædictas. Legentes autem, id est docentes, non puto incurrere has pœnas, nec etiam illos, qui non student, vt addiscant, quia verba illis non conueniunt, vt patet ex prædictis, & a verbis constitutionis pœnalis non est recedendum, vt s̄. dictum est, præsertim cum non putem in eis procedere, & militare rationem, quæ est in addiscentibus. Nam addiscens videtur moueri malo zelo, scilicet vt inuoluatur rur sus actionibus mūdanis in patrocinando, & similibus. vt innuit tex. in d. capi. non magno. Item fauore Theologiæ, vt ex quo in actu addiscendi, est melius vt det operam Theologiæ; sed ille, qui prius scientiam istam didicitam docet, non facit, vt inuolua tur actionibus mundanis; immo communicat aliis scientiam in se bonam, & necessariam ad regimen orbis. Facit quod no. glo. in clemen. 1. de magist. in verbo, honorem. Vel præsupposito, q̄ peccet, non tamen tantum, quantum ille, qui nunc incipit addi scere, merito non debet in eo habere locum pœnarum dispositio. Et per hoc dicerem, q̄ priuilegiatus, vt in his scientiis possit studere, videtur priuilegiatus ad id, quod sequitur ex studio, s. ad

do.

ADDITIONES.

a Seb. Sap. ¶ Quod data. Ad hanc doctrinam Io. And. vide quæ scribit Ias. in l. j. C. de in ius voc. & in l. pen. ff. eo. ti. & ibi declara & limita, vt per eum.

b Seb. Sap. ¶ Potestas. Vide Pet. de Anch. in consi. 41. incip. ortum dubium. vbi dicit q̄ licentia Papæ concessa, vt in certo studio clerici possint audire le ges, includit etiam facultatem accipiendi doctoratum, quod refert & se quitur, & alia alle. ad hoc propositum d. Fel. in c. cum dilecta, col. antepen. ver. amplia prædicta, sup. de reser.

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctoratum sumendum, & per consequens ad legendum, cum in doctoratu detur potestas legendi, vt no. in d. cle. 2. & in l. magistros, C. de profes. & medi. li. 10. hoc tamen est magis dubitabile,
17 & ante factum consulerem abstinendum. † Vltimo opponitur ꝺ̄ literā, & ꝺ̄dicta. Vt. n. ꝙ minus legitime, phibeat religiosis, & maxime ꝑlatis, studium sciētiæ ciuilis. Nā s. in proœ. huius cōpilationis mandat, vt oēs in iudiciis & scholis vtantur hac compilatione, ergo mandatum censetur omne id, sine quo illud explicari non potest, vt in c. prudentiam, de offic. dele. & l. ad rem mobilē, & l. ad legatum, ff. de ꝑc. sed nō possumus vti, nisi illam sciamus. Scire aūt nō possumus, nisi studeamus in illa, sed studere & perfecte intelligi non potest sine notitia scientiæ legalis, cū multa sint in hac compilatione & sciētia canonica, quæ minime intelligi valeant, nisi data notitia legali, præsertim cum multæ leges sint incorporatæ in Decreto, ergo debet illarum studium permitti, maxime cum lex ciuilis sit pars diuinæ & Theologicæ sciētiæ. & locum suum necessario obtinet in ecclesia, saltem quoad regimen ꝺ̄palium, quæ non sunt contēnenda. 12. q. 1. c. videntes, 1. q. 3. si quis obiecerit. vnde leges dicuntur sacratissimæ. l. leges sacratissimæ, C. de leg. & alibi dicuntur sanctissimę, vt in l. 1. ff. de var. & extraor. cog. & per ora Principum Deus dicitur illas promulgasse, vt in c. fi. 16. quæstio. 3. & l. fi. C. de præscrip. triginta vel quadraginta annorum. Sol. Hostien. formauit hic contrarium. Et dicit, quod ad regimen Ecclesiæ scientia ciuilis est summe necessaria. Et profecto satis inhoneste locutus est de Principe, & recordari debuisset de c. super specula. ℨ. de priui. vbi dicit, ꝙ raro occurrunt causæ ecclesiasticæ, quæ non possit canonicis statutis expediri. Ideo Host. dixit hic, & melius ad contrarium, ꝙ materia legum in canonibus cōtenta, poterit sine principali studio, lectione, & auditu legum haberi, & declarari per libros iuris ciuilis, qui haberi licite poterunt, & sic per studium cameræ, ad hoc principaliter non ordinatum, sed ad finem melius intelligendi scientiam canonicam poterit quis contrario satisfacere. Et no. hoc vltimum, ꝙ licitum est religiosis, & aliis hic prohibitis habere libros ciuilis scientiæ, & eis in camera, studere ad finem intelligendi melius canones, non autem principaliter propter ipsam ciuilem scientiam acquirendam. Pro hoc allego bo. tex. in c. turbat. & c. si quis grammaticam, & c. de quibusdam. 37. dist. Nam cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est. 1. q. 1. cap. non est putanda. Est enim scientia addiscenda principaliter propter Deum, & bonum publicum. Per scientiam enim mundus illuminatur, & ad obediendum Deo, & ministris, vita subiectorum informatur, vt dicit tex. in auth. habita, C. ne fi. pro pa. Et in dubitanter, qui ad hunc finem eam addiscit, consequitur nedum famam in hoc seculo, sed mercedem maximā in futuro. In cuius finem Altissimus nos, & omnes alios tam præsentes ꝙ̄ posteros, scientiæ insistentes, dirigat per suam ineffabilem clementiam.

COMMENTARIORVM ABBATIS PANORMITANI
in Tertium Decretalium Librum, Finis,

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF.

Omnes sunt quaterniones.

VENETIIS, APVD IVNTAS,
M. D. LXXXVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca